ad incrementum perduxi uirgines. Cum audi
tum fuit in egipto dolebunt: cum audierint
de tyro. Transite maria: ululate qui ha
bitatis in insula. Numquid non hec uestra
est que gloriabatur a diebus pristinis in
antiquitate sua? Ducent eam pedes sui
longe ad peregrinandum. Quis cogitauit
hoc super tyrum quondam coronatam: cuius
negociatores principes. institores eius in
cliti terre? Dominus exercituum cogitauit hoc
ut detraheret superbiam omnis glorie: et ad
ignominiam deduceret uniuersos incli
tos terre. Transi terram tuam quasi flumen filia
maris: non est cingulum ultra tibi. Ma
num suam extendet super mare: conturbabit
regna. Dominus mandauit aduersum chanaan.
ut conteret fortes eius: et dixit. Non adi
cies ultra ut glorieris calumpniam susti
nens. uirgo filia sydonis. In cethim con
surgens transfreta: ibi quoque non erit re
quies tibi. Ecce terra chaldeorum: talis populus
non fuit. Assur fundauit eam. In capti
uitatem transduxerunt robustos eius: suffo
derunt domos eius: posuerunt eam in rui
nam. Vlulate naues maris: quia deuas
tata est fortitudo uestra. Et erit. in die illa
in obliuione eris o tyre septuaginta an
nis: sicut dies regis unius. Post septua
ginta autem annos: erit tyro quasi canticum
meretricis. Sume cytharam: circui ciuita
tem meretrix obliuione tradita. Bene cane.
frequenta canticum: ut memoria tui sit. Et
erit post septuaginta annos visitabit
dominus tyrum: et reducet eam ad mercedes su
as. Et rursum fornicabitur cum uniuersis reg
nis terre super faciem terre: et erunt negocia
ciones eius et mercedes eius sanctificate domino.

Non condentur neque reponentur: quia his
qui habitauerint coram domino erit nego
ciacio eius: ut manducent in saturitatem.
et uestiantur usque ad uetustatem. XX

Ecce dominus dissipabit III
terram et nudabit eam: et affliget
faciem eius: et disperget habita
tores eius. Et erit sicut populus sic sacerdos:
et sicut seruus sic dominus eius: sicut ancilla
sic domina eius. Sicut emens sic ille qui ven
dit: sicut fenerator. sic is qui mutuum ac
cipit: sicut qui repetit. sic qui debet. Dis
sipacione dissipabitur terra: et direpcione
predabitur. Dominus enim locutus est uerbum hoc.
Luxit et defluxit terra: et infirmata est. Defluxit
orbis: infirmata est altitudo populi terre. Et terra interfecta
est ab habitatoribus suis: quia transgressi sunt le
ges. mutauerunt ius: dissipauerunt fedus
sempiternum. Propter hoc maledicio uorabit
terram: et peccabunt habitatores eius. Ideo
que insanient cultores eius: et relinquen
tur homines pauci. Luxit uindemia: in
firmata est uitis: ingemuerunt omnes
qui letabantur corde. Cessauit gaudium
tympanorum: quieuit sonitus letancium:
conticuit dulcedo cythare. Cum cantico non
bibent uinum: amara erit pocio bibenti
bus illam. Attrita est ciuitas uanitatis:
clausa est omnis domus nullo introeunte.
Clamor erit super uino in plateis. Deser
ta est omnis leticia: translatum est gaudium
terre. Relicta est in urbe solitudo: et cala
mitas opprimet portas: quia hec erunt
in medio terre. in medio populorum. Quomodo
si pauce oliue que remanserunt excuciantur
ex olea: et racemi cum fuerit finita uindemia.
Hii leuabunt uocem suam atque laudabunt:
cum glorificatus fuerit dominus hinnient de
mari. Propter hoc in doctrinis glorificate do
minum: in insulis maris nomen domini dei is
rahel. A finibus terre laudes audiuimus:
gloriam iusti. Et dixi. Secretum meum mihi: se
cretum meum mihi. Ve michi. Preuaricantes pre
uaricati sunt: et preuaricacione transgresso
rum preuaricati sunt. Formido et fouea et
laqueus super te: qui habitator es terre. Et e

ruit. qui fugerit a uoce formidinis cadet in foueam: et qui se explicuerit de foue a. tenebitur laqueo: quia cataracte de celsis apte sunt: et concutientur fundamenta terre. Confractione confringet terra. contractione contrita est terra. cōmotione cōmouebitur terra: agitatione agitabitur terra sicut ebrius: et auferetur q̄si tabernaculū vnius noctis. Et grauabit eam iniquitas sua et corruet: et non adiiciet ut resurgat. Et erit. ī die illa visitabit dñs sup militiā celi in excelso: et sup reges terre qui sunt sup terram. Et congregabūtur in congregatione vnus carcer in lacū: et claudentur ibi in carcere: et post multos dies visitabūtur. Et erubescet luna et confundetur sol: cū regnauit dñs exercituū ī mōte syon et in ihrlm. et in conspectu seniorū suor glorificatus.

XXV

Domine deus meus es exaltabo te: confitebor nomī tuo q̄m fecisti mirabilia. cogitationes ā aquas fideles amen. Quia posuisti ciuitatē in tumulū: urbem fortem in ruinam: domū alienor ut nō sit ciuitas. et in sempiternū non edificetur. Super hoc laudabit te populus fortis. ciuitas gentiū robustarū timebit te: quia fortis es fortitudo pauperis: fortitudo egeno in tribulatione sua: spes a turbine. umbraculū ab estu. Spūs enī robustor. q̄si turbo impellens parietē. Sicut estū in sicco. tumultū alienor humiliabis: et quasi calore sub umbre tonitrue ppagine filiorū marcescet facies. Et faciet dominus exercituū omnibus ppls in monte hoc cōuiuiū pinguiū. conuiuiū vindemie: pinguiū medullatorū. vindemie defecate. Et papiliabit in monte isto. faciem vinculū colligatū sup omnes ppl̄os: et telam quā ordiebat sup vniuersas nationes: papiliabit mortem in sempiternū. Et auferet dñs deus lacrimā ab omni facie: et obprobriū populi sui auferet de vniuersa terra: quia dominus locutus est. Et dicent in die illa.

Ecce deus nr̄ iste. Expectauimus eum: et saluabit nos. Iste dñs. sustinuimus eum: exultabimus et letabimur in salutari eius: quia requiescet manus dñi in monte isto. Et conculcabitur moab sub eo: sicut conculcatur palea in plaustro. Et extendet manus suas sub eo: sicut extendit natans ad natandū. Et humiliabit gloriā eius. cum allisione manuū eius: et munimenta sublimitatis murorū tuor concidet: et humiliabit et deiciet in terrā usq; ad pulueren.

XXVI

In die illa cantabitur canticū istud in terra iuda. Vrbs fortitudinis nr̄e: saluator ponetur in ea murus et antemurale. Aperite portas: et ingrediatur gens iusta custodiens veritatem. Vetus error abiit: seruabis pacem: pacem q̄a in te sperauimus. Sperastis in dño in secul̄ eternus. in dño deo fortē ī petuū: quia incurua habitantes in excelso: ciuitatem sublimem humiliabit. Humiliabit eam usq; ad terrā: deiciet eam usq; ad pulueren. Conculcabit eam pes: pes pauperis. gressus egenor. Semita iusti recta est: rectus callis iusti ad ambulandū. Et in semita iudicior tuor dñe sustinuimus te: nomen tuū et memoriale tuū in desiderio āīme. Anima mea desiderabit te in nocte: sed et spū meo in p̄cordijs meis. de mane ui gilabo ad te. Cū feceris iudicia tua in terra: iustitiā discent habitatores orbis. Miseream impio: et non discet iustitiā. In terra sanctor iniique gessit: et nō videbit gloriā dñi. Dñe exaltetur manus tua et non uideant: et confundant zelantes ppl̄i: et ignis hostes tuos deuoret. Domine dabis pacem nobis: omnia enī opera nr̄a operatus es nob. Dñe deus nr̄ possederunt nos dñi absq; te: tamen in te recordem nominis tui. Mouentes non viuant: gygantes non resurgant. propterea visitasti et contriuisti eos: et perdidisti omnem memoriā eor. Indulsisti genti dñe: indulsisti genti. Numq; glorificatus es: elongasti omnes finiuos terre. Dñe in

angustia requisierũt te: in tribulacõe murmurans doctrina tua eis. Dicut que operuit. ai appropinquent ad pai dolẽs clamat in doloribz suis: sic facti sumus a facie tua dñe. Concepimus et ẽi pturiuim⁹: et peperim⁹ spũ salutis. Salutes nou fecim⁹ in tra: ideo nõ ceciderũt habitatores terre. Viuent mortui tui: interfecti mei resurgent. Expgiscimini et laudate q̃ habitatis in pulueꝛ: quia ros luas ros tuus: et terram gygantũ detrahes in ruinam. Vade plus meus. intra in cubicula tua: claude ostia tua sup te. Abscondẽ modicũ ad momentũ: donec pteriat indignacio. Ecce enim dñs egredietur de loco suo: ut uisitet iniquitatem habitatoris tre contra eũ⁹: et reuelabit tra sanguinem suũ: et non opiet ulꝝ interfectos suos.

In die illa uisitabit dñs in gladio suo duro. et grandi. et forti. sup leuiathan serpentẽ uectem⁹: et sup leuiathan serpentẽ tortuosum: et occidet draconem qui in mari est. In die illa vinea mera cantabit ei. Ego dñs qui seruo eam⁹: repente ppmabo ei: ne forte uisitet contra eam. nocte et die seruo eam. Indignacio non est mi. Quis dabit mihi spinam et uepres in pho? Gradiar sup eã: simul succendam eã pariter. An pocius tenebit fortitudinẽ meã? faciet pacẽ mihi: pacẽ faciet mi. Qui egrediũtur ad iacob. florebit et germinabit isrl⁹: et implebũt facie orbis semine. Numq̃d iuxta plagam percutientis se percussit eum? Aut sicut occisio interfectos eius sic occisus ẽ? In mẽsura contra mensurã cũ abiecta fuit in discrimine eam. In meditata est in spũ suo duro p diem estus. Ideo sup hoc dimittetur iniquitas domus iacob: et iste omis fructus. ut auferatur pccm eius. Cũ ponet omes lapides altaris. sicut lapides calcis dissipatos: non stabunt lucꝰ et delubra. Ciuitas enim munita desolata erit: speciosa relinquetur. et dimittet⁹ quasi deserta. Ibi pascetur uitulus et ibi accubabit: et consumet frondes eius. In tempore messis illius conterent mulieres uenientes et docentes eam. Non est enim populus sapiens⁹: propter hoc non miserebitur eius qui fecit eum: et qui formauit eum non parcet ei. Et erit. in die illa pertransibit dominus ab alueo fluminis usq; ad torrentem egipti: et uos congregabimini unus et unus filij isrl⁹. Et erit. in die illa clangetur in tuba magna⁹: et uenient qui perierant de tra assyrioꝝ. et qui ejecti erãt de terra egipti: et adorabũt dñm in monte sancto in hierlm.

XXVIII

Ve corone superbie ebriis effraym. et flori decidenti glorie exultacionis eius: qui erant in uertice vallis pinguissime. erratum a uino. Ecce ualidus et fortis dñs. sicut tempestas grandinis. turbo conterens: sicut impetus aquaꝝ multarum inundantium. et inundantium sup terrã spaciosã. Pedibz conculcabit corona superbie ebriorum effraym: et erit flos decidens glorie exultacionis eius qui est sup uertice uallis pinguium. quasi tempore ueris aute maturitatem autumpni. Quã ei aspexit uidens: statim ut manu te tenuerit deuorabit illud. In die illa erit dominus exercituum corona glorie. et serti⁹ exultacionis residuo populi sui⁹: et spũs iudicij sedentis sup throno: et fortitudo reuertentibz de bello ad portam. Veruntamen hi quoq; p uino nescierunt: et p ebrietate erraverũt. Sacerdos et pphera nescierũt pre ebrietate: absorti sunt a uino. Erraverunt in ebrietate⁹: nescierũt uidere: ignorauerũt iudicium. Omnes enim mense replete sunt uomitu sordibusq; ita ut no esset ulla locus. Quem doctrinã docebit scientiã⁹: et intelligere faciet auditũ? Ablactatos a lacte. auulsos ab uberibz? quia manda remanda manda remanda⁹: expecta reexpecta. expecta reexpecta: modicum ibi. modicum ibi. In loquela enim labij et lingua altera loquetur ad populum istum: cui dixit. Hec est requies mea refocillate lassum: et hoc est meum refrigerium. Et noluerunt audire. Et erit eis uerbum dñi. manda remã

da. manda remanda. expecta reexpecta. ex
pecta reexpecta. modicū ibi modicū ibi:
ut uadant et cadant retrorsū. et contere
tur et illaqueent et capiant. Propter hoc
audite uerbū dñi uri illusores: qui do
minamini pplo meo qui est in ihrlm.
Dixistis enim. Pactum fecim mortē:
et cū inferno fedus iniim. flagellū inun
dans cū transierit non ueniet sup nos:
quia posuim mendaciū spem nrām. et
mendacio protecti sumus. Idcirco hec dicit dn̄s
dñs deus. Ecce ego mittā in fundamēto
syon lapidem: lapidem pbatū angulare
pciosū. in fundamento fundatū. Qui cre
diderit non festinet. Et ponā iudicium in
pondere: et iustitiā in mensura. Et subuer
tet grando spem mendacii: et protectionem
aque inundabūt. Et delebitur fedus uest
rum cū morte: et pactum vrm cū inferno nō sta
bit. flagellū inundans cū trānsierit: eritis ei
in conculcationē. Quotiēscūq; pertransierit tol
let vos: quū mane diluculo pertransibit i die
et in nocte. et tantūmodo intellectu dabit auditui. Contribulatū e eū
stratū ita ut alé dormiat: et pallium breue ad
cūq; operire non potest. Quoniam in mon
te diuisionis surget dñs: sicut in valle q̄
est in gabaon irascet. Vt faciat opus suum:
alienum opus eius. Vt operetur opus suum:
peregrinum est opus ab eo. Et nūc nolite il
ludere: ne forte constringantur vincula vra.
Consummationē enim et abbreuiationē au
diui a dño deo exercituum sup vniuersā terā.
Auribus percipite et audite uocē meā: attē
dite et audite eloquium meum. Numquid to
ta die arabit arator ut seret? pscindet et
occabit humum suā? Nonne cū adequauerit
faciē eius. seret gyth et cyminum spargit?
et ponet triticum p ordinem. et ordeum et mi
lium et viciam. in finibus suis? Et erudiet il
lum iudicio: deus suus docebit illū. Non
enim in serris tribulabitur gyth. nec rota
plaustri sup cyminum circumiet? sed in uir
ga excutietur gyth. et cyminum in baculo:
panis autē comminuet. Verūm non in perpe
tuum triturans triturabit illū? nec uex
abit eū rota plaustri: nec in pugnis suis
cōminuet eum. Et hoc a dño deo exercituum exiuit: ut mirabile faceret consiliū.
et magnificaret iustitiam. XXIX

Ve ariel ariel: ciuitas quam ex
pugnauit dauid. Additus est an
nus ad annū: solemnitates euo
lute sunt. Et circumallabo ariel. et erit
quasi tristis et mestus: et erit mi qsi ariel.
Et circūdabo qsi speculum in circuitu tuo: et
ponam contra te aggerē: et munimēta po
nam in obsidionem tuā. Humiliaberis:
de terra loqueris: et de humo audietur e
loquium tuum. Et erit qsi pythonis de terra vox
tua: et de humo eloquium tuum mussitabit.
Et erit sicut pulvis tenuis multitudo ne
mlanciū te: et sicut stipula pertransiēs mul
titudo eor. qui contra te pugnauerūt. Erit ex
peute conflictum a dño exercituum visitabi
tur in tonitruo et cōmotione terre: et uoce
magna turbinis et tempestatis. et flāme
ignis deuorantis. Et erit sicut somnium vi
sionis nocturne. multitudo omnium gentium q̄
dimicauerūt contra ariel: et omnes qui
militauerūt et obsederūt. et pugnauerunt
aduersus eam. Et sicut somniat esuriens
et comedit. cū autē euigilauerit expletus uacua e
anima eius: et sicut somniat sitiens et
bibit. et postquam surrexerit defectus lassus
adhuc sitit. et anima eius uacua e: sic erit
multitudo omnium gentium que dimicauerūt
contra montem syon. Obstupescite et admira
mini fluctuate et vacillate: inebriamini et nō
a vino. mouemini et non in ebrietate: quū
miscuit vobis dñs spūm soporis. Claudet o
culos vros: prophetas et principes vros qui
uident visiones operte. Et erit vobis visio
omnium. sicut verba libri signati: quē cum
dederint scienti litras dicent. Lege istū. Et ni
hil potest. Signatus est enim. Et
dabitur liber nescienti litras: dicetq; ei. Le
ge. Et respondebit. Nescio litras. Et dixit dñs.
Eo qđ appropinquat populus iste ore suo. et
labiis suis glorificat me. cor autē eius lō
ge est a me. et timuerūt me mandato ho
minum et doctus: ideo ecce ego addam ut

ām̄nacoñē facam ꝓ huic. miraculo
grandi et stupendo. Pibit eñ sapiencia a
sapiencib⁹ eius: et intellectus prudencie eo⁹
absconderur. Ve qui ꝓfundi estis corde. ut
a dño abscondatis consiliū: quor sūt in
tenebris opa. et dicūt. Quis uidet nos. et
quis nouit nos? Peruersa est hec vīa cogi
tacio. Quasi si luti⁹ cont̄ figulū cogitet.
et dicat opus factori suo non fecisti me:
et figmentū dicat factori suo. non intelli
gis. Nōne adhuc in modico et in breui
conuertet̄ libanus in carmel. et carmel in
saltū reputabit̄? Et audient in die illa
surdi uerba libri: et de tenebris et caligine
oculi cecor uidebūt. Et addent mites ī dño
letica: et pauperes hoīes in sancto israhel
exultabūt. quoniā defecit qui ꝑualebat:
consūmatus est illusor. Et uigili sunt om
nes qui iniquitatē. qui
peccare faciebant hoīes in uerbo. et ar
guenti in porta supplantabant: et declina
uerūt frustra a iusto. Propter hoc hec dicit do
minus ad domū iacob: qui redemit abrahā.
Non mō confundet̄ iacob nec modo vult⁹
eius erubescet: sed cū uiderit filios suos o
pera manuū mearū in medio sui. sanctifica
bunt nomen meū. Et sanctificabūt nomē sanc
ti iacob: et deū israel ꝑdicabūt. Et scient errā
tes spū intellectus: et murmuratores discent legē.
Et filij delerores
dicit dñs: ut faciens consilū et
non ex me. et ordinem̄ telā. et nō
p spīm meū: ut addatur ꝑccm̄ sup ꝑccm.
Qui ambulabatis ut descenderetis in egip
tum. et os meū nō interrogastis: sperantes
auxiliū in fortitudine pharaonis: et haben
tes fiduciā in umbra egipti. Et erit uob
fortitudo pharaonis in confusionē: et fi
ducia umbre egipti in ignominiā. Erūt
enī in thanis principes eius: et nūcij eius
usq; ad anes puenerūt. Omnes confusi
sunt sup populo qui eis ꝑdesse non potu
it. Non fuerūt in auxiliū. et in aliquā u
tilitatē: sed in confusionē et in obprobriū.
Onus iumentor austri. In tra tribula
onis et angustie leena et leo: ex eis vipa
et regulus volans. portantes sup humeros iumentor diuitias suas: et sup gib
bos camelor thesauros suos. ad ꝑplm q̄
eis prodesse non potent. Egyptus enī frus
tra et vane auxiliabit̄. Ideo clamaui su
per hoc. Superbia tanta est: quiescite. Nūc
ingressus scribe eas sup burrā: et in libro di
ligenter exara illud: et erit in die nouissimo
in testimoniū usq; in etnū. Populus enī ad
uersantium. Quia filij mendaces.
filij nolentes audire legē dñi. Qui dicunt
videntibus nolite uidere: et aspicientibus
nolite aspicere nobis ea que recta sūt. Lo
quimini nobis placentia: uidete nob errores.
Auferte a me uiam: declinate a me semitā:
cesset a facie nra sanctus israel. Propter hoc dicit
dñs sanctus israel. Pro eo q̄d reprobastis u
bum hoc. et sperastis in calumpniam et tumul
tum. et innixi estis sup eo: propterea erit nob
iniquitas hec sicut ruina decidens. et re
fulgens in muro excelso: cui subito dū nō
speratur uenient contritio eius: et comminue
tur sicut conteret̄ lagena figuli contritione
pulchra. Et nō inueniet̄ de fragmentis e
ius testa in qua ponatur igniculus de in
cendio: aut hauriatur paruū aque de fove
a. Quia hec dicit dñs deus sanctus israhel.
In reuersione et quiescentes: salui eritis.
In silentio et in spe erit fortitudo uestra.
Et noluistis: et dixistis. Nequaq̄m: sed
ad equos fugiemus. Ideo fugietis. Et su
per ueloces ascendem⁹. Ideo ueloces erunt
qui ꝑsequent̄ uos. Mille hoīes a facie u
nius. et a facie terroris quīq; fugi
ent: donec relinq̄mini q̄si malus nauis i
uertice montis: et quasi signū sup colle.
Propterea expectat dñs ut misereat̄ uri: et
ideo exaltabitur ꝑcussus uobis: quia deus
iudicij dñs. Beati omnes qui expectant
eum. Populus in syon habitabit in ihrlm.
Plorans nequaq̄ plorabis: miserans
misebitur tui. Ad uocē clamoris tui.
statim ut audierit rūdebit tibi. Et dabit
uobis dñs panē arctū et aquā breuem:
et non fugabit amplius a te ultra doctorē
tuū. Et erūt oculi tui uidentes ꝑceptorē

tuū: et aures tue audientes uerbū p⁹
tergū monentis. Hec est via: ambula
te in ea: neq; ad dexterā neq; ad sinis
tram. Et contaminabis laminas sculp
tiliū argenti tui. et uestimentū confla
tilis auri tui: et dispges ea sicut īmū
diciam menstruate. Egredere: et dices
ei. Et dabitur semī tuo pluuia ubicūq;
seminaueris in tra: et panis frugū terre
erit uberrim⁹ et pinguis. Pascetur in
possessione tua in die illa agnus spacio
se: et tauri tui. et pulli asinoꝝ qui ope
rantur terram ꝯmixtū migma come
dent. sicut in area uentilatū est. Et erūt
sup omnē montē excelsum. et sup omnē
collem eleuatū riui currenciū aquarum:
in die interfectionis multoꝝ. cū ceciderīt
turres. Et erit lux lune sicut lux solis:
et lux solis erit septempliciter sicut lux
septem dierū: in die qua alligauerit do
min⁹ vulnus ꝓpli sui. et ꝑcussurā pla
ge eius sanauerit. Ecce nomē dñi uenit
de longinquo: ardens furor eius et gra
uis ad portandū. Labia eius repleta sūt
indignacione: et lingua eius quasi ig
nis deuorans. Spūs eius uelut torrens
īmundans usq; ad mediū colli: ad ꝑdendas
gentes in nichilū. et frenū erroris qd̄ e
rat in maxillis ꝓplōꝝ. Canticū erit uob
sicut uox sc̄ificate solempnitatis: et leti
cia cordis. sicut qui ꝑgit cū tybia ut in
tret in montē dñi ad fortē isrl'. Et audi
tam faciet dñs gloriā uocis sue: et tro
rem brachij sui ostendet in cōminacio
nem furoris. et flāme ignis deuorātis.
Allidet in turbine: et in lapide grandīs.
A uoce enī dñi pauebit assur uirga per
cussus: et erit transitus uirge fundat⁹.
quā requiescē faciet dñs sup eū. In ty
panis et in cytharis. et in bellis ꝑcipu
is expugnabit eos. Ꝓparata ē enī ab
heri tophet. a rege ꝓparata ꝓfunda et dila
tata. Nutrimenta eius ignis et ligna
multa: flatus dñi sicut torrens
sulphuris succendens eam.
Et qui descen XXXI

dunt in egyptū ad auxiliū in equis spe
rantes. et habentes fiduciā sup q̄drigis
quia multe sunt. et sup equitibꝫ. q̄a pre
ualidi nimis: et non sunt confisi sup sāc
tum isrl': et dñm non requisierūt. Ipse
autē sapiens adduxit malū: et uerba
sua nō abstulit. Et consurget contra do
mū pessimoꝝ: et cont̄ auxiliū opanciū
iniquitatē. Egyptus homo. et nō deus:
et equi eoꝝ caro. et non spūs. Et dñs in
clinauit manū suam. et corruet auxilia
tor: et cadet cui ꝑstatur auxiliū: simulq;
omēs consumētur. Quia hec dicit dñs
ad me. Quomō si rugiat leo et catulus
leonis sup ꝑdam suā: cū occurrerit ei mul
titudo pastoꝝ. a uoce eoꝝ non formidabit.
et a multitudine eoꝝ nō pauebit: sic des
cendet dñs exercituū ut prelietur super
montē syon. et sup collem eius. Sicut
aues uolantes. sic ꝓteget dñs exercituū
ihrlm: ꝓtegens et liberans. transiens et
saluans. Conuertimī sicut in ꝓfundū re
cesseratis filij isrl'. In die enī illa abiciet
vir ydola argenti sui. et ydola auri sui: q̄
fecerūt uobis manus vr̄e in pcm̄. Et ca
det assur in gladio non viri: et gladius
non hominis uorabit eū. Et fugiet non a
facie gladij: et iuuenes eius uectigales e
runt. Et fortitudo eius a tr̄ore tr̄ansibit: et
pauebūt fugientes principes eius. Dixit
dñs cuius ignis est in syon: et caminus
eius in ihrlm. XXXII

Ecce in iusticia regnabit rex: et
principes in iudicio ꝑerūt. Et
erit uir sicut qui absconditur a
uento. et celat se a tempestate: sicut riui
aquaꝝ in siti. et umbra petre ꝓminētis
in terra deserta. Non caligabunt oculi vi
denciū: et aures audienciū diligenter au
scultabūt: et cor stultoꝝ intelliget scienciā:
et lingua balboꝝ uelociter loquet̄ et plane.
Non uocabitur ultra is qui insipiens ē
princeps: neq; fraudulentus appellabit̄
maior. Stultus enī fatua loquet̄. et cor
eius faciet iniquitatē: ut ꝑficiat simu
lacionē. et loquatur ad dñm fraudulen

ter: et uacuā faciat animā esurientis. et
potū sicienti auferat. Fraudulenti. ua
sa pessima sūt. Ipē eni cogitaciones cō
cinnabit ad pdendos mites in sermōe
mendacij: cū loquetur paup iudiciū.
Princeps uero ea que digna sūt princi
pi cogitabit: et ipē sup duces stabit. Mu
lieres opulente surgite et audite uocem
meā: filie confidentes pcipite auribz elo
quiū meū. Post dies eni et ānū. et uos
conturbabimī confidentes. Consūmata
est eni vindemia: collectio ultra non ue
niet. Obstupescite opulente: conturba
nū confidentes. Exuite uos et confundi
mī: accingite lumbos vrōs sup ubera:
plangite sup regione desiderabili. sup vi
nea fertili. Sup humū ppli mei spine et
uepres ascendent: quāto magis sup omēs
domos gaudij ciuitatis exultantis: Do
mus eī dimissa est: multitudo urbis rlic
ta ē. Tenebre et palpacio facte sūt super
speluncas usq; in eternū. Gaudiū onag
rum. pascua gregū: donec effundat super
nos spūs de excelso. Et erit desertū in cher
mel: et chermel in saltū reputabitur. Et
habitabit in solitudine iudiciū: et iustici
a in chermel sedebit. Et erit opus iustitie
pax: et cultus iustitie silenciū. et securitas
usq; in sempiternū. Et sedebit pplus meus
in pulchritudīe pacis: et in tabernaculis
fiducie. et in requie opulenta. Grando ī
descensione saltus: et hūilitate hūiliabit
ciuitas. Beati qui seminatis sup omnes
aquas: īmittentes pedem bouis et asini.

XXXIII

Ve qui
pdaris: nōne et ipē pdaberis: Et
qui spūis: nōne et ipē spueris:
Cū consūmaueris depredacionē depredabe
ris: cū fatigatus desiueris contēpnē. con
tempneris. Dnē miserē nrī: te eni expec
tauimus. Esto brachiū eorū in mane: et sal
nrā in tempe tribulacionis. A uoce ange
li fugerūt ppli: ab exaltacione tua disper
se sunt gentes. Et congregabunt spolia
uestra sicut colligitur brucus: uelut cum
fosse plene fuerint de eo. Magnificatus
est dns qm habitabit in excelso: implebit
syon iudicio et iusticia: et erit fides in tēpo
ribus tuis. Diuicie salutis sapiencia et sci
encia: timor dnī ipē thesaurus eius. Ecce
uidentes clamabunt foris: angeli pacis
amare flebunt. Dissipate sunt uie. cessa
uit transiens p semitā: irritū factū ē pac
tum. proiecit ciuitates: non reputauit ho
mines. Iuxit et elanguit terra: confusus
est libanus et obsorduit. Et fctus ē saron
sicut desertū: et concussa ē basan ⁊ carme
lus. Nūc consurgā dicit dns: nūc exalta
bor et nūc subleuabor. Concipietis ardo
rem: parietis stipulā. Spūs vr ut ignis
deuorabit uos: et erūt ppli quasi de incen
dio ciuis. Spine congregate. igni combu
rentur. Audite qui longe estis q fecerim:
et cognoscite vicini fortitudinē meā. Con
territi sunt in syon pctores: possedit tre
mor ypocritas. Quis poterit habitare
de uobis cū igne deuorante: Quis hīta
bit ex uobis cū ardoribus sempiternis: Qui
ambulat in iusticijs: et loquit ueritatē.
Qui pcit auariciā ex calūpnia: et excu
tit manus suas ab omī munē. Qui ob
turat aures suas ne audiat sanguinē:
et claudit oculos suos ne uideat malū.
Iste in excelsis hītabit. Munimēta sax
orū sublimitas eius. Panis ei datus ē:
aque eius fideles sunt. Regem in decore
suo uidebūt oculi eius: cernent trā delon
ge: cor tuū meditabitur timorē. Vbi est
lrātus: Vbi est legis uerba ponderans:
Vbi doctor puulorū: Pplm īpudentē non
uidebis. populū alti sermonis: ita ut nō
possis intelligere disertitudinē lingue e
ius. in quo nulla est sapiencia. Respice
syon. ciuitatē solempnitatis nostre. Ocu
li tui uidebūt ihlm hītacionē opulentā:
tabnaculū qd nequaq̄ trāsferri poterit.
Nec auferent claui in sempiternū: et omēs
funiculi eius non rūpentur: quia solū
modo ibi magnificus dns nr. Locus flu
uiorū riui latissimi et patentes. Non trās
ibit p eū nauis remigiū: neq; trieris mag
na transgredietur eum. Dns eni iudex nr.

dn̄s legifer noster: dn̄s rex nr̄: ipe salua
bit nos. Laxati sunt funiculi tui: sed nō
p̄ualebūt. Sic erit malus tuus: ut dila
tare signū non queas. Tunc diuidentur
spolia predarū multarū. Claudi diripiēt
rapinam: nec dicet vicinus elangui. Po
pulus qui habitat in ea: auferetur ab eo
iniquitas. XXXIIII

Accedite gentes et audite: et popli
attendite. Audiat terra et pleni
tudo eius. orbis et omē germen
eius: quia indignacio dn̄i sup omīs gen
tes: et furor sup vniūsam miliciā eorū.
Interfecit eos: et dedit eos in occisionē. In
terfcī eorū p̄icient: et de cadaueribꝫ eorū as
cendet fetor. Tabescent montes a sangui
ne eorū: et tabescet omīs milicia celorū. Et
cōplicabuntur sicut liber celi: et omīs mi
licia eorū defluet. sicut defluit foliū de vine
a et de ficu: qm̄ inebriatus est in celo gla
dius meus. Ecce sup ydumeā descendet: et
sup p̄plm̄ interfectionis mee ad iudicium.
Gladius dn̄i repletus est sanguīe: incras
satus ē adype de sanguīe agnorū et hyr
corū: de sanguīe medullatorū arietū. Vic
tima enī dn̄i in bosra: et interfectio mag
na in terra edom. Et descendent vnicornes
cum eis: et tauri cū potentibꝫ. Inebriabi
tur terra eorū sanguine. et humus eorū ady
pe pinguiū: quia dies vlcionis dn̄i. an
nus retribucionū iudicij syon. Et conuer
tent torrentes eius in picem: et humus
eius in sulphur. Et erit terra eius in picē
ardentē nocte et die: non extinguetur in
sempiternū. Ascendet fumus eius a gn̄a
cione in generacionē: desolabitur in se
culū seculorū. Non erit trāsiens p eam. Et
possidebūt illam onocrotalus et hericius:
et ibix et coruus hītabunt in ea. Et extē
detur sup eam mensura. ut redigatur ad
nichilū: et p̄pendiculū in desolacionē. No
biles eius non erūt ibi: regem pocius ī
uocabunt: et omīs principes eius erunt
in nichilū. Et orientur in domibꝫ eius spi
ne et urtice: et paliurus in municionibꝫ
eius. Et erit cubile draconū et pascua stru
cionū: et occurrent demonia. Onocentau
rus et pilosus clamabit alter ad alterū.
Ibi cubabit lamia: et īuenit sibi requiē.
Ibi habuit foueam hericius et enutriuit
catulos: et circūfodit. et fouit in vmbra
eius. Illuc congregati sunt milui: alter
ad altm̄. Requirite diligent in libro dn̄i
et legite: vnū ex eis non defuit. Alt alte
rū non quesiuit: quia qd ex ore meo p̄ce
dit. ille mandauit: et spūs eius ipe con
gregauit ea. Et ipe misit eis sortem: et
manus eius diuisit eam illis in mensu
ram. Vsqꝫ in eternū possidebūt eam: in
generacōe et gn̄acionē hītabūt in ea.

Letabitur XXXV
deserta et īuia: et exultabit soli
tudo: et florebit quasi liliū. Ger
minans gn̄minabit: et exultabit letabū
da et laudans. Gloria libani data est ei:
decor carmeli et saron. Ipi uidebunt glo
riam dn̄i: et decorē dei nr̄i. Confortate
manus dissolutas: et genua debilia robo
rate. Dicite. Pusillanimes confortamī:
nolite timē. Ecce deus uester vlcionē addu
cet retribucionis: deus ipe ueniet et salua
bit uos. Tunc apient oculi cecorū: et aures
surdorū patebunt. Tunc saliet sicut ceruus
claudus. et apta erit lingua mutorū: qui
a scisse sunt in deserto aque. et torrentes ī
solitudine: et que erat arida in stagnum.
et siciens in fontes aquarū. In cubilibus
in quibus p̄us dracones hītabant: orietur
viror calami et iunci. Et erit ibi semita et
via: et uia sancta uocabit. Non transibit
p eam pollutus. Et hec erit nobis dirc̄ta
uia: ita ut stulti non errent p eam. Non
erit ibi leo: et mala bestia non ascendet
p eam: nec īuenietur ibi. Et ambulabūt
qui liberati fuerint et redempti a dn̄o: cō
uertentur et uenient in syon cū laude: et
leticia sempiterna sup caput eorū. Gaudiū
et leticiā optinebūt: et fugiet dolor et ge
mitus. XXXVI

Et factū est in q̄rtodecimo anno re
gis ezechie. ascendit sennache
rib rex assyriorū sup omnes ciuitates iuda

munitas: et cepit eas. Et misit rex assy
riorum rapsacen de lachis in ihrlm ad re
gem ezechiam in manu graui: et stetit
in aqueductu piscine superioris in uia a
gri fullonis. Et egressus est ad eum elya
chim filius helchie. qui erat sup domum:
et sobna scriba et ioahe filius asaph. a
commentariis. Et dixit ad eos rapsaces:
Dicite ezechie. Hec dicit rex magnus: rex
assyriorum. Que est ista fiducia qua confi
dis: aut quo consilio uel fortitudine re
bellare disponis? Sup quem habes fiduci
am: quia recessisti a me? Ecce confidis
sup baculum harundineum confractum istum
sup egyptum: cui si innisus fuerit homo intr
bit in manum eius. et pforabit eam. Sic
pharao rex egypti omnibus qui confidunt
in eo. Qd si rnderis mi. in dno deo nostro
confidimus: nonne ipse est cui abstulit e
zechias excelsa et altaria: et dixit iude et
ihrlm. coram altari isto adorabitis? Et
nunc trade te dno meo regi assyriorum: et da
bo tibi duo milia equorum: nec poteris ex
te pbere ascensores eorum. Et quomodo sustine
bis facie iudicis uni loci ex seruis dni me
i minoribus? Qd si confidis in egypto in
quadrigis et in equitibus: et nunc nunquid
sine dno ascendi ad terram istam. ut disper
derem eam? Dns dixit ad me. Ascende su
p terram istam: et disperde eam. Et dixit elya
chim et sobna et ioahe ad rapsacen. Loq
re ad seruos tuos syra lingua: intelligi
mus eum. Ne loquaris ad nos iudaice:
in auribus ppli qui est sup murum. Et dix
it ad eos rapsaces. Nunquid ad dnm tuum.
et ad te misit me dns meus ut loquerer
omnia uerba ista: et non pocius ad uiros
qui sedent sup murum. ut comedant sterco
ra sua. et bibant urinam pedum suorum uobis
cum? Et stetit rapsaces et clamauit uoce
magna iudaice: et dixit. Audite uerba
regis magni: regis assyriorum. Hec dicit rex.
Non seducat uos ezechias: qa non pote
rit eruere uos. Et non uobis tribuat fidu
ciam ezechias sup dno dicens. Eruens li
berabit nos dns: non dabitur ciuitas

ista in manu regis assyriorum. Nolite au
dire ezechiam. Hec enim dicit rex assyriorum.
Facite mecum bndictionem. et egredimini ad
me: et comedite unusquisque uineam suam.
et unusquisque ficum suam. et bibite unus
quisque aquam cysterne sue: donec ueniam et tol
lam uos ad terram que est ut terra uestra: terram
frumenti et uini. terram panum et uinearum.
Nec conturbet uos ezechias dicens: dns
liberabit nos. Nunquid liberauerunt dii
gentium unusquisque terram suam de manu
regis assyriorum? Ubi est deus emath et ar
fath? Ubi est deus sepharuaim? Nunquid
liberauerunt samariam de manu mea? Qs
est ex omnibus diis terrarum istarum qui eruerit
terram suam de manu mea: ut eruat dns
ihrlm de manu mea? Et siluerunt: et non
rnderunt ei uerbum. Mandauerat enim eis rex
dicens. Ne rndeatis ei. Et ingressus est
helyachim filius helchie qui erat sup do
mum. et sobna scriba et ioahe filius asaph
a commentariis ad ezechiam scissis uestibus:
et nunciauerunt ei uerba rapsacis.

XXXVII

Et factum est
cum audisset rex ezechias scidit ues
timenta sua. et obuolutus est sac
co: et intrauit in domum dni. Et misit elya
chim qui erat sup domum et sobnam scribam.
et seniores de sacerdotibus optos saccis ad
ysaiam filium amos pphetam: et dixerunt
ad eum. Hec dicit ezechias. Dies tribulaci
onis et correptionis et blasphemie dies
hec: quia uenerunt filii usque ad partum. et uir
tus non est parienti: si quo modo audiat dns
deus tuus. uerba rapsacis: quem misit rex
assyriorum dns suus ad blasphemandum de
um uiuentem. et exprobrandum sermonibus
quos audiuit dns deus tuus. Leua ergo
oronem: pro reliquiis que repte sunt. Et
uenerunt serui regis ezechie ad ysaiam. Et
dixit ad eos ysaias. Hec dicetis dno uro.
Hec dicit dns. Ne timeas a facie uerborum
que audisti: quibus blasphemauerunt pueri
regis assyriorum me. Ecce ego dabo ei spm.
et audiet nuncium: et reuertetur ad terram
suam: et corruere eum faciam gladio in terra

sua. Reuersus est autē rapsaces: et inue
nit regem assyriorum p̄liantē aduersū lob
na. Audierat enī quia ꝓfectus esset de la
chis. Et audiuit de charatha rege ethio
pie dicentes. Egressus est ut pugnet cō
tra te. Qd̄ cum audisset: misit nūcios
ad ezechiā dicens. Hec dicetis ezechie r̄
gi iude loquentes. Non te decipiat deus
tuus in quo tu confidis dicens: non da
bitur ihrlm in manu regis assyriorum. Ec
ce tu audisti omnia que fecerūt reges as
syriorum omnibus terris quas subuerterunt:
et tu poteris liberari? Nūquid eruerunt
eos dij gentiū. quos subuerterūt p̄res mei:
gozā et aran. et reseph et filios eden. qui
erant in thalassar? Vbi est rex emath et
rex arfath. et rex urbis sepharuaim. aua
et aua? Et tulit ezechias libros de manu
nūciorum et legit eos: et ascendit in domū
dn̄i: et expandit eos ezechias corā dn̄o.
Et orauit ezechias ad dn̄m dicens. Dn̄e
exercituū deus isrl̄ qui sedes sup̄ cherubī.
tu es deus solus om̄ni regnorum terre: tu fecis
ti celū et terram. Inclina dn̄e aurē tuam
et audi: aperi dn̄e oculos tuos et uide: et
audi omnia uerba sennacherib que misit
ad blasphemandū deum viuentē. Vere ei
dn̄e desertas fecerūt reges assyriorum terras
et regiones earum: et dederūt deas earum igni.
Non enī erant dij. sed opa manuū hoīm
lignū et lapis: et cōminuerūt eos. Et nūc
dn̄e deus nr̄. salua nos de manu ei⁹: et cog
noscant omnia regna terre. quia tu es dn̄s
solus. Et misit ysaias filius amos ad e
zechiam dicens. Hec dicit dn̄s deus isrl̄.
Pro quibꝫ rogasti me de sennacherib re
ge assyriorum: hoc est uerbū qd̄ locutus est
dn̄s sup̄ eum. Despexit te. subsannauit te
virgo filia syon: post te caput mouit fi
lia ihrlm. Cui exprobrasti et quē blasphe
masti: et sup̄ quē exaltasti uocē et leuas
ti altitudinē oculorum tuorum? Ad scm̄ isra
hel. In manu seruorum tuorum exprobrasti do
mino: et dixisti. In multitudine q̄drigā
rum mearum ego ascendi altitudinē mon
tiū. iuga libani: et succidam excelsa cedro
rū eius. et electas abietes illius: et intro
ibo altitudinē summitatis eius. saltū car
meli illius. Ego fodi et bibi aquā: et exsic
caui uestigio pedis mei om̄s riuos agge
rum. Nūquid nō audisti que olim feceri
ei? Ex diebus antiquis ego plasmaui il
lud: et nūc adduxi. Et fcm̄ est in eradicacō
nē colliū cōpugnantiū: et ciuitatū muni
tarū. Habitatores earum breuiata manu cō
tremuerūt et confusi sūt: fcti sunt sicut fe
nū agri. et gramē pascue et herba tectorum
que exaruit aūq̄m maturesceret. Habitaci
onē tuā et egressum tuū et introitū tuum
cognoui: et insaniā tuā contra me. Cum
fureres aduersū me: sup̄bia tua ascendit
in aures meas. Ponā ergo circulū in nari
bus tuis. et frenū in labijs tuis: et reducā
te in via p̄ quā uenisti. Tibi autē hoc erit
signū. Comede hoc āno que sponte uascū
tur: et in āno secūdo pomis uescē. In āno
autē tercio seminate et metite: et planta
te vineas. et comedite fructū earum. Et mit
tet id qd̄ saluatū fuerit de domo iuda. et qd̄
reliquū est radicē deorsū. et faciet fructum
sursū: quia de ihrlm exibunt reliquie: et
saluacio de monte syon. Zelus dn̄i exercitu
um faciet istud. Propterea hec dicit dominus
de rege assyriorum. Non intrabit ciuitatem
hanc. et non iaciet ibi sagittā: et non oc
cupabit eam clypeus: et non mittet in cir
cuitu eius aggerē. In via qua uenit per
eam reuertetur: et ciuitatē hanc nō in
gredietur dicit dn̄s. Et ꝓtegam ciuitatē
istam: ut saluē eam ꝓpter me. et ꝓpter da
uid seruū meū. Egressus est autē angel⁹
dn̄i: et ꝑcussit in castris assyriorum centum
octoginta quinq̄ milia. Et surrexerūt ma
ne: et ecce om̄s cadauera mortuorum. Et e
gressus est: et abijt. Et reuersus est senna
cherib rex assyriorum: et hītauit in ninive.
Et fcm̄ est cū adoraret in templo nesrach
deū suū: adramelech et sarasar filij eius
ꝑcusserūt eum gladio: fugerūt in terrā a
rarach. Et regnauit asaradon filius eius
pro eo. XXXVIII
In diebus illis: egrotauit ezechias usq̄

ad mortē. Et intrauit ad eum ysaias fi
lius amos ꝓpheta: et dixit ei. Hec dicit
dn̄s. Dispone domui tue: quia morieris
tu. et non viues. Et cōuertit ezechias faci
em suā ad pietem: et orauit ad dn̄m et
dixit. Obsecro dn̄e memento queso quo
modo ambulauerī coram te in ueritate
et in corde ꝑfecto: et qd̄ bonū est in oculis
tuis fecerim. Et fleuit ezechias fletu mag
no. Et factū est uerbū dn̄i ad ysaiam dicēs.
Vade et dic ezechie. Hec dicit dn̄s deus dd̄
patris tui. Audiui orōnem tuā: uidi lacri
mas tuas. Ecce ego adiciā sup dies tuos
q̄ndecim annos: et de manu regis assyrio
rum eruam te. et ciuitatē istam: et
protegā eam. Hoc autē tibi erit
signū a dn̄o: quia faciet dn̄s uerbū hoc
qd̄ locutus est. Ecce ego reuerti faciā vm
bram linearū ꝑ quas descenderat in h̄olo
gio achaz in sole deorsū. decē lineis. Et re
uersus est sol decem lineis: ꝑ gradus quos
descenderat. Scriptura ezechie regis iude:
cū egrotasset et cōualuisset de infirmita
te sua. Ego dixi. in dimidio dierū meorū:
uadam ad portas inferi. Quesiui residu
um ānorū meorū. Dixi: non uidebo dn̄m
deum in terra uiuenciū. Non aspiciā ho
minē ultra: et habitatorē. Quietis gene
racio mea. ablata est. et cōuoluta ē a me:
quasi tabernaculū pastorū. Precisa est ueld̄
a texente uita mea: dū adhuc ordirer suc
cidit me. De mane usq; ad uesperam fini
es me. Sperabam usq; ad mane: quasi
leo sic contriuit omīa ossa mea. De mane
usq; ad uesperam finies me. Sicut pullus
hyrūdinis sic clamabo: meditabor ut co
lumba. Attenuati sunt oculi mei: suspi
cientes in excelsum. Dn̄e vim pacior: rn̄
de pro me. Quid dicam aut quid rn̄debit
mi: cū ipē fecerit: Recogitabo om̄s ānos
meos: in amaritudine aīme mee. Dn̄e
si sic viuitur. et in talibꝫ uita sp̄us mei:
corripies me et viuificabis me: ecce in pa
ce amaritudo mea amarissima. Tu autē
eruisti animā meā ut non pariret: proie
cisti post tergū tuū omīa peccata mea.

Quia non infernus confitebitur tibi: ne
q; mors laudabit te: non expectabūt qui
descendūt in lacū ueritatē tuā. Viuēs ui
uens ipē confitebitur tibi sicut et ego ho
die: pater filijs notam faciet ueritatē tu
am. Dn̄e saluū me fac: et psalmos nr̄os
cantabimꝰ cūctis diebꝫ uite nr̄e in domo
dn̄i. Et iussit ysaias ut tollerent massā
de ficis. et cathaplasmarent sup vulnus:
et sanaretur. Et dixit ezechias. Qd̄ erit
signū. quia ascendā in domū domini?

In tempe illo XXXIX
misit merodach baladan filius baladan
rex babylonis. libros et munera ad eze
chiam. Audierat eū qd̄ egrotasset et con
ualuisset. Letatus est autem sup eis eze
chias: et ostendit eis cellam aromatū.
et argenti et auri. et odoramentorū et vn
guenti optimi. et om̄s apotecas suppel
lectilis sue: et vniuersa que īuenta sunt
in thesauris eius. Non fuit uerbū quod
non ostenderet eis ezechias in domo sua.
et in omī ptāte sua. Introijt autē ysai
as ꝓpheta ad regem ezechiā: et dixit ei.
Quid dixerūt uiri isti: et unde uenerūt
ad te? Et dixit ezechias. De terra longin
qua uenerūt ad me: de babylone. Et dix
it. Quid uiderūt in domo tua? Et dixit e
zechias. Omīa q̄ in domo mea sunt uide
runt. Non fuit res quā non ostenderim
eis in thesauris meis. Et dixit ysaias ad
ezechiam. Audi ūbū dn̄i exercituū. Ecce
dies uenient: et auferentur omīa que in do
mo tua sunt. et que thesaurizauerūt pa
tres tui usq; ad diem hanc in babylonem.
Non relinquetur quicq̄m dicit dn̄s. Et de
filijs tuis qui exibūt de te. quos genueris
tollent: et erūt eunuchi in palacio regis
babylonis. Et dixit ezechias ad ysaiam.
Bonū uerbū dn̄i qd̄ locutus est. Et dixit.
Fiat tm̄ pax et ueritas in diebꝫ meis.

Consolamī consola XL
mini ꝓple meus: dicit dn̄s deus
uester. Loq̄mī ad cor iherusalē.
et aduocate eam: qm̄ completa est mali
cia eius: dimissa est iniquitas illius.

Y S A

Suscepit de manu dñi duplicia: ꝓ omni-
bus pcis suis. Vox clamantis in deserto:
parate viam dñi: rectas facite in solitudine
semitas dei nostri. Omnis vallis exalta-
bitur: et omnis mons et collis humiliabitur:
et erunt prava in directa. et aspera in vias
planas. Et revelabitur gloria dñi: et vi-
debit omnis caro pariter quod os dñi locu-
tum est. Vox dicentis. Clama. Et dixi.
Quid clamabo? Omnis caro fenum: et omnis
gloria eius quasi flos agri. Exsiccatum est
fenum et cecidit flos: quia spiritus dei suffla-
vit in eo. Vere: fenum est populus. Exsiccatum
est fenum et cecidit flos: verbum autem dñi
manet in eternum. Super montem excelsum
ascende tu. qui evangelizas syon: exal-
ta in fortitudine vocem tuam qui evan-
gelizas ihrlm. Exalta: noli timere. Dic civi-
tatibus iude. Ecce deus vester. Ecce dñs deus
in fortitudine veniet: et brachium eius do-
minabitur. Ecce merces eius cum eo: et o-
pus illius coram eo. Sicut pastor gregem
suum pascet: in brachio suo congregabit
agnos. et in sinu suo levabit: fetas ipse
portabit. Quis mensus est pugillo aquas:
et celos palmo ponderavit? Quis appen-
dit tribus digitis molem terre: et libra-
vit in pondere montes. et colles in statera?
Quis adiuvit spiritum dñi: aut quis consi-
liarius eius fuit et ostendit illi? Cum quo
iniit consilium et instruxit eum. et docuit eum
semitam iusticie. et erudivit eum sciencia: et
viam prudencie ostendit illi? Ecce gentes
quasi stilla situle: et quasi momentum statere
reputate sunt. Ecce insule quasi pulvis exigu-
us: et lybanus non sufficiet ad succenden-
dum: et animalia eius non sufficient ad ho-
locaustum. Omnis gentes quasi non sint. sic
sunt coram eo: et quasi nichilum et inane
reputate sunt ei. Cui ergo similem fecistis
deum: aut quam ymaginem ponetis ei? Num-
quid sculptile conflavit faber: aut aurifex
auro figuravit illud. et laminis argente-
is argentarius? Forte lignum et imputribile
elegit artifex sapiens: querit quomodo sta-
tuat simulachrum quod non moveatur. Num-

quid non scitis? Numquid non audistis? Num-
quid non annunciatum est ab inicio vobis?
Numquid non intellexistis fundamenta terre?
Qui sedet super gyrum terre: et habitatores eius
sunt quasi locuste. Qui extendit velut nichi-
lum celos: et expandit eos sicut tabernacu-
lum ad inhabitandum. Qui dat secretorum
scrutatores quasi non sint: iudices terre velut
inane facit. Et quidem neque plantatus ne-
que satus neque radicatus in terra truncus
eorum. Repente flavit in eos et aruerunt: et
turbo quasi stipulam auferet eos. Et cui
assimilastis me. et adequastis dicit sanctus?
Levate in excelsum oculos vestros: et videte
quis crea[illegible]uit hec. Qui educit in nu-
mero mi[illegible]liciam eorum: et omnes ex
nomine vocat. Pre multitudine fortitudinis
et roboris virtutisque eius: neque unum reliquum
fuit. Quare dicis iacob et loqueris israel. ab-
scondita est via mea a domino: et a deo meo iu-
dicium meum transivit? Numquid nescis: aut
non audisti? Deus sempiternus dñs qui crea-
vit terminos terre non deficiet neque labora-
bit: nec est investigacio sapiencie eius. Qui
dat lasso virtutem. et hiis qui non sunt fortitudi-
nem: et robur multiplicat. Deficient pue-
ri et laborabunt: et iuvenes in infirmitate
cadent. Qui autem sperant in domino muta-
bunt fortitudinem: assument pennas sicut a-
quile: current et non laborabunt: ambu-
labunt et non deficient. XLI

Taceant ad me insule: et gentes
mutent fortitudinem. Accedant et
tunc loquantur: simul ad iudici-
um propinquemus. Quis suscitavit ab orien-
te iustum: vocavit eum ut sequeretur se? Da-
bit in conspectu eius gentes: et reges obti-
nebit. Dabit quasi pulverem gladio eius:
sicut stipulam vento raptam arcui eius.
Persequetur eos: transibit in pace: semita
in pedibus eius non apparebit. Quis hec
operatus est et fecit: vocans generaciones
ab exordio? Ego dñs: primus et novissimus
ego sum. Viderunt insule et timuerunt: ex-
trema terre obstupuerunt: appropinquave-
runt et accesserunt. Unusquisque proximo suo

auxiliabitur: et fratri suo dicet conforta
re. Confortabit faber erarius percuciens
malleo eum qui cudebat tunc temporis dicens.
glutino bonum est: et confortauit eum in cla
uis ut non moueatur. Et tu israel seruus me
us iacob quem elegi. semen abraham ami
ci mei: in quo apprehendi te. ab extremis
terre. et a longinquis eius uocaui te: et
dixi tibi. Seruus meus es tu: elegi te. et
non abieci te. Ne timeas quia tecum sum
ego: ne declines quia ego deus tuus. Con
fortaui te. et auxiliatus sum tui: et susce
pit te dextera iusti mei. Ecce confundentur
et erubescent omnes qui pugnant aduersum te.
Erunt quasi non sint: et peribunt uiri qui con
tradicunt tibi. Queres eos: et non inuenies
uiros rebelles tuos. Erunt quasi non sint. et ue
luti consumpcio hominis bellantis aduersum
te: quia ego dominus deus tuus apprehendens
manum tuam. dicensque tibi. Ne timeas: e
go adiuui te. Noli timere uermis iacob:
qui mortui estis ex israel. Ego auxiliatus
sum tui dicit dominus: et redemptor tuus sanctus
israhel. Ego posui te quasi plaustrum triturans
nouum: habens rostra serrancia. Tritura
bis montes et comminues: et colles quasi pul
uerem pones. Ventilabis eos: et uentus
tollet: et turbo dispergeet eos. Et tu exulta
bis in domino: et in sancto israel letaberis. Ege
ni et pauperes querunt aquas. et non sunt:
lingua eorum siti aruit. Ego dominus exaudiam
eos: deus israel non derelinquam eos. Aperiam
in supinis collibus flumina: et in medio
camporum fontes. Ponam desertum in stagna
aquarum: et terram inuiam in riuos aquarum.
Dabo in solitudine cedrum: et spinam et mirtum.
et lignum oliue. Ponam in deserto abietem ul
mum et buxum simul: ut uideant et sciant et
recogitent et intelligant pariter: quia manus
domini fecit hoc. et sanctus israel creauit illud. Pro
pe facite iudicium uestrum dicit dominus: afferte si
quid forte habetis dixit rex iacob. Accedant
et nuncient uobis: quecumque uentura sunt. Pri
ora que fuerunt nunciate: et ponemus cor
uestrum et sciemus nouissima eorum: et que uen
tura sunt indicate nobis. Annunciate que
uentura sunt in futurum: et sciemus quia
dii estis uos. Bene quoque aut male si po
testis facite: et loquamur et uideamus simul.
Ecce uos estis ex nichilo: et opus uestrum
ex eo quod non est. Abhominacio est qui elegit
uos. Suscitaui ab aquilone: et ueniet ab
ortu solis. Vocauit nomen meum: et addu
cet magistratus quasi lutum: et uelut plas
tes conculcans humum. Quis annunciauit
ab exordio ut sciamus: et a principio ut
dicamus iustus es: Non est neque annuncians
neque predicens: neque audiens sermones ues
tros. Primus ad syon dicet. ecce assum: et
ihrlm euangelistam dabo. Et uidi et non
erat neque ex istis quisquam qui iniret con
silium: et interrogatus responderet uerbum. Ecce
omnes iniusti et uana opera eorum: uentus et in
ane simulachra eorum.

XLII

Ecce seruus meus. suscipiam eum:
electus meus. complacuit sibi in
illo anima mea. Dedi spiritum meum
super eum: iudicium gentibus proferet. Non cla
mabit neque accipiet personam: neque audie
tur foris uox eius. Calamum quassatum
non conteret: et linum fumigans non exting
uet. In ueritate educet iudicium. Non erit
tristis neque turbulentus donec ponat in ter
ra iudicium: et legem eius insule expectabunt.
Hec dicit dominus deus creans celos et extendens
eos. firmans terram et que germinant ex ea:
dans flatum populo qui est super eam. et spiritum
calcantibus eam. Ego dominus uocaui te in ius
ticia: et apprehendi manum tuam. et serua
ui et dedi te in fedus populi in lucem gencium: ut
aperires oculos cecorum. et educeres de conclusi
one uinctum: de domo carceris sedentes in te
nebris. Ego dominus: hoc est nomen meum. Glo
riam meam alteri non dabo: et laudem me
am sculptilibus. Que prima fuerant ecce
uenerunt: noua quoque ego annuncio: ante
quam oriantur audita uobis faciam. Can
tate domino canticum nouum: laus eius ab extre
mis terre. Qui descenditis in mare et ple
nitudo eius: insule et habitatores earum.
Subleuetur desertum et ciuitates eius: in do
mibus habitabit cedar. Laudate habitatores pe

tre: de uertice montium clamabunt. Ponent
dno gloriam: et laudem eius in insulis
nunciabunt. Dns sicut fortis egredietur: si
cut uir pliator suscitabit zelum. Vocifera
bitur et clamabit: sup inimicos suos con
fortabitur. Tacui. semp silui: paciens fui:
sicut pturiens loquar. Dissipabo et ab
sorbebo simul: desertos faciam montes
et colles: et omne gramen eorum exsiccabo. Et
ponam flumina in insulas: et stagna are
faciam. Educam cecos in via quam nesciunt:
in semitis quas ignorauerunt ambulare
eos faciam. Ponam tenebras coram eis in lu
cem: et praua in recta. Hec uerba feci eis:
et non dereliqui eos. Conuersi sunt retror
sum. Confundantur confusione qui confi
dunt in sculptili: qui dicunt conflatili uos
dij nostri. Surdi audite: et ceci intuemini
ad videndum. Quis cecus: nisi seruus me
us? Et surdus: nisi ad quem nuncios meos
misi? Quis cecus: nisi qui uenundatus est?
Quis cecus: nisi seruus dni? Qui uides
multa: nonne custodies? Qui aptas ha
bes aures: nonne audies? Et dns uoluit
ut scificaret eum: et magnificaret legem
et extolleret. Ipse autem pplus direptus et
ego eieci eos: eo quod non audierint uerba me
a dicit dominus. que misi ad eos per seruos meos
prophetas de nocte consurgens et mittens: et
non audistis dicit dominus. Vos ergo audite
uerbum domini omnis transmigracio: quam emi
si de ihrlm in babilonem. Hec dicit dominus exer
cituum deus israel ad achab filium culie. et ad
sedechiam filium maasie: qui prophetant uo
bis in nomine meo mendaciter. Ecce ego tradam
eos in manu nabuchodonosor regis ba
bilonis: et percuciet eos in oculis uestris. Et as
sumetur ex eis maledictio omni transmigra
cioni iude. que est in babilone dicencium.
Ponat te dominus sicut sedechiam et sicut a
chab quos frixit rex babilonis in igne. pro
eo quod fecerunt stulticiam in israel. et mechati
sunt in uxores amicorum suorum: et locuti sunt
uerbum in nomine meo mendaciter quod non man
daui eis. Ego sum iudex et testis dicit dominus.
Et ad semeiam neellamitem dices. Hec di
cit dominus exercituum deus israel. Pro eo quod mi
sisti in nomine tuo libros. ad omnem populum qui
est in ihrlm et ad sophoniam filium maasie
sacerdotem: et ad uniuersos sacerdotes di
cens. Dominus dedit te sacerdotem pro ioiade sa
cerdote ut sis dux in domo domini super omnem
uirum arrepticium et prophetantem: ut mittas
eum in neruum et in carcerem. Et nunc quare
non increpas iheremiam anachotichem
qui prophetat uobis: Quia super hoc misit
ad nos in babilonem dicens. Longum est. E
dificate domos et habitate: et plantate or
tos. et comedite fructum eorum. Legit ergo so
phonias sacerdos librum istum in auribus
ieremie prophete. Et factum est uerbum domini ad ie

remiam dicens. Mitte ad omnē transmi
gracionē dicens. Hec dicit dñs ad semeiā
uecllamitem. Pro eo qđ ꝓphauit uobis se
meias. et ego non misi eum. et fecit uos cō
fidere in mendacio: idcirco hec dicit dñs. Ec
ce ego visitabo sup semeiā uecllamitē: et
sup semen eius. Non erit ei vir sedens in
medio ꝑli huius: et non uidebit bonum
qđ ego facā populo meo ait dñs: quia ꝓ
uaricacionē locutus ē aduersum dñm.

Hoc uerbū qđ XXX
factū est ad ihemiā a dño dicens.
Hec dicit dñs deus isrl dicens:
Scribe tibi omnia uerba. que locutus sū
ad te in libro. Ecce enī dies uenient dicit
dñs: et cōuertā cōuersionē ꝑli mei isrl
et iuda ait dñs: et cōuertā eos ad terram
quā dedi ꝓtribus eor. et possidebūt eam.
Et hec uerba que locutus est dñs ad isrl
et ad iudam. Cūm hec dicit dñs. Vocem
tremoris audiumꝰ: formido et non ē pax.
Interrogate et videte si generat masculus.
Quare ego vidi omnis vir manū sup
lumbū suū quasi pariensꝰ: et cōuersi sunt
vniuse facies in auriginē: Ve qa magna
dies illa. nec est similis eius: tempus
et tribulacionis est iacob. et ex ipo salua
bitur. Et erit in die illa ait dñs exeretu
um. conteram iugū eius de collo tuo. et
vincula illius dirūpam: et non dūabūtur
ei amplius alieni: sed seruient dño
deo suo. et dauid regi suo quē suscitabo e
is. Tu ergo ne timeas serue meus iacob
ait dñs. neq; paueas isrl: quia ecce ego
saluabo te de terra longinqua. et semen
tuū de terra captiuitatis eor. Et reūtet
iacob et quiescet et ditabit affluet bonis:
et non erit qui conturbet: qui tecū ego sū
ait dñs ut saluem te. facā enī consūma
cionē in cunctis gentibz. in quibz dispsi te.
Te autē non faciam in consūmacionem:
sed castigabo te in iudicio. ut non uideāris
tibi īnocuus. Quia hec dicit dñs. Insana
bilis fractura tua: pessima plaga tua. Nō
est qui iudicet iudiciū tuū ad alligandū:
curacionū utilitas non est tibi. Omnes
amatores tui obliti sunt tui: te non que
rent. Plaga enī inimici percussi te: castiga
cione crudeli. Propter multitudinē iniquita
tis tue: dura facta sunt peccata tua. Quid
clamas sup contricione tua: Insanabilis
est dolor tuus. Propter multitudinē iniqui
tatis tue. et ꝓpter dura pecā tua feci hec ti
bi. Ꝓdēa omnes qui comedūt te deuorabū
tur: et uniuersi hostes tui in captiuitatē
ducent. et qui te uastant vastabuntur:
cunctos ꝙ prędatores tuos dabo in prędam.
Obducam enī cicatricē tibi. et a vulneri
bus tuis sanabo te dicit dñs: quia eiecta
uocauerūt te syon. Hec est que non
habebat requirentē. Hec dicit dñs. Ecce
ego conuertam cōuersionē tabernaculor ia
cob: et tectis eius miserbor. Et ędificabit
ciuitas in excelso suo: et templū iuxta or
dinē suū fundabitur: et egredietur de eis
laus. uox ꝙ ludentiū. Et multiplicabo e
os et non īminuent: et glorificabo eos et
non attenuabūtur. Et erunt filij eius sicut
a principio: et cetus eius coram me per
manebit: et visitabo aduersū omnes qui
tribulant eū. Et erit dux eius ex eo: et ꝓ
ceps de medio eius ꝓducetur. Et applicabo
eum: et accedet ad me. Quis enī iste ē qui
applicet cor suū. ut approprinquet mihi ait
dñs? Et eritis mihi in ꝑplm: et ego ero no
bis in deū. Ecce turbo dñi furor egredietur.
procella ruens: in caput ipior conquiescet.
Non auertet iram indignacionis dñs: do
nec faciat et compleat cogitacionē cordis
sui. In nouissimo dierꝫ intelligens eis. ⁊c.

In tempore illo dicit XXXI
dñs. ero deus vniuersis cognacionibz isrl:
et ipi erūt mihi in ꝑplm. Hec dicit dñs.
Inuenit gracā in deserto ꝑplus qui remā
serat gladio. Vadet ad requiē suā israhel.
Longe dñs apparuit mihi: et in caritate
ꝑpetua dilexi te: ideo attraxi te miserans
Rursūq; edificabo te: edificaberis virgo
isrl. Adhuc ornaberis tympanis tuis: et
egredieris in choro ludentiū. Adhuc plan
tabis vineas in montibz samarie. Plan
tabūt plantantes: et donec tempus ueni

at non vindemiabūt: quia erit dies in q̄
clamabūt custodes in monte ephraym.
Surgite et ascendamus in syon. ad dn̄m
deum nostrū. Quia hec dicit dn̄s. Exul
tate in leticia iacob: et hymnite contra
caput gentiū. Psonate. canite. et dicite.
Salua dn̄e ꝑplm̄ tuū: reliquias isrl'. Ecce
ego adducam eos de terra aquilonis: et
congregabo eos ab extremis terre. Inter
quos erūt cecus et claudus et pregnans
et pariens siml': cetus magnus reuertē
cū huc. In fletu uenient. et in precibus
deducam eos: et adducam eos ꝑ torrētes
aquar in via rcā. et non īpingent in ea:
quia fcūs sum israheli pater: et ephray
pmogenitus meus est. Audite uerbū do
mini gentes: et annūciate insulis que
ꝓcul sunt et dicite. Qui dispsit isrl' con
gregabit eum: et custodiet eum sicut pas
tor gregem suū. Redemit eū dn̄s iacob:
et liberauit eū de manu potencioris. Et
uenient et laudabūt in monte syon: et
confluent ad bona dn̄i sup frumento et
vino et oleo. et fetu pecor et armentor.
Eritq; aīma eor quasi ortus irriguus:
et ultra non esurient. Tunc letabitur v̄
go in choro: iuuenes et senes siml'. Et c
uertam luctū eor in gaudiū: et consola
bor eos et letificabo a dolore suo. Et inebr
abo aīam sacerdotū pinguedine: et ꝑpl's
meus bonis meis adimplebit' ait dn̄s.
Hec dicit dn̄s. Vox in excelso audita ē la
mentacionis fletus et luctus. rachel plo
rantis filios suos: et nolentis consolari
sup eis quia non sūt. Hec dicit dn̄s. Q'
escat vox tua a ploratu et oculi tui a la
crimis: quia est merces opi tuo ait dn̄s.
Et reuertentur de tra īmica: et est spes
nouissimis tuis ait dn̄s: et reuertentur
filij ad terminos suos. Audiens audiui e
phraym transmigrantē. Castigasti me:
et eruditus sum. quasi iuuēculus indo
mitus. Conuerte me et reuertar: q̄a tu do
minus deus meus. Postq̄m enī cōuertis
ti me egi penitenciam: et postq̄ ostendis
ti michi ꝑcussi femur meū. Confusus sū

et erubui: q̄m sustinui obprobriū adoles
cencie mee. Si filius honorabilis michi
ephraym. si puer delicatus: quia ex quo
locutus sum de eo adhuc recordabor eius.
Idcirco conturbata sunt viscera mea sup
eum: miserans miserebor eius ait dn̄s.
Statue tibi speculam pone tibi amaritu
dines: dirige cor tuū in viā dircām in q̄
ambulasti. Reuertē v̄go isrl': reuertē ad
ciuitates tuas istas. Vsq; quo deliciis dis
solueris filia uaga: Quia creauit dn̄s
nouū sup terrā: femina circūdabit virū.
Hec dicit dn̄s exercituū deus isrl'. Adhuc
dicent uerbū istud in terra iuda et in ur
bibus eius: cū conuertero captiuitatē
eor. Bn̄dicat tibi dn̄s pulchritudo iusti
cie mons scūs. Et habitabūt in eo iudas
et omnes ciuitates eius siml': agricole
et minantes greges. Quia inebriaui a
nimā lassam: et omnē aīam esurientē
saturaui. Ideo quasi de sompno suscita
tus sum et uidi: et sompnus meus dul
cis michi. Ecce dies uenient dicit dn̄s: ⁊
seminabo domū isrl'. et domū iuda semi
ne hom̄is et semīe iumentor. Et sicut
uigilaui sup eos ut euellerem et demol
lirer. et dissiparem et dispgerem et affli
gerem: sic uigilabo sup eos ut edificem
et plantē. ait dn̄s. In diebus illis non
dicent ultra. patres comederūt vuā acer
bam et dentes filior obstupuerūt: sed v
nusquisq; in iniquitate sua morietur.
Om̄is homo qui comederit vuā acerbā:
obstupescent dentes eius. Ecce dies ueni
ent dicit dn̄s. et feriā domui isrl' et domu
i iuda fedus nouū: non scd'm pactū qd'
pepigi cū patribz uris in die qua appre
hendi manū eor. ut educerē eos de terra
egipti. pactū qd' irritū fecerūt: et ego do
minatus sum eor dicit dn̄s: sed hoc erit
pactū qd' feriā cum domo isrl'. Post di
es illos dicit dn̄s dabo legem meā in vis
ceribus eor. et in corde eor scribam eam:
et ero eis in deum: et ipi erūt m̄ in ꝑplm̄.
Et non docebūt ultra vir ꝓximū suum.
et vir frēm suū dicens: cognosce dn̄m.

Omnes eum cognoscent me a nummo eorum
usque ad maximum ait dominus: quia propicia
bor iniquitatibus eorum: et peccati eorum non ero
memor amplius. Hec dicit dominus qui dat
solem in lumine diei. ordinem lune et stel
larum in lumine noctis: qui turbat mare.
et sonant fluctus eius: dominus exercituum
nomen illi. Si defecerint leges iste coram
me dicit dominus: tunc et semen israhel defici
et. ut non sit gens coram me cunctis diebus.
Hec dicit dominus. Si mensurari potuerint
celi sursum. et investigari fundamenta terre
deorsum: et ego abiciam universum semen is
rahel. propter omnia que fecerunt dicit dominus.
Ecce dies veniunt dicit dominus et edificabitur
civitas domino a turre ananehel usque ad por
tam anguli: et exibit ultra normam men
sure. in conspectu eius super collem gareb:
et circuibit goatha et omnem vallem cada
verum. et cineres et universam regionem mor
tis usque ad torrentem cedron. et usque ad an
gulum porte equorum orientalis. Sanctum domini non
evelletur: et non destruetur ultra in perpetuum.

Verbum quod XXXII
factum est ad ihemiam a domino in an
no decimo sedechie regis iuda: ipse
est annus octavus decimus nabuchodonosor.
Tunc exercitus regis babilonis obsidebat
ihrlm: et ihemias propheta erat clausus in
atrio carceris. qui erat in domo regis iu
da. Clauserat enim eum sedechias rex iuda
dicens. Quare vaticinaris dicens. hec
dicit dominus. ecce ego dabo civitatem istam in
manu regis babilonis et capiet eam. et
sedechias rex iuda non effugiet de manu
chaldeorum: sed tradetur in manu regis ba
bilonis. et loquetur os eius cum ore illius.
et oculi eius oculos illius videbunt: et in ba
bilonem ducet sedechiam. et ibi erit donec
visitem eum ait dominus: si autem dimicaveri
tis adversum chaldeos. nichil prosperum habe
bitis: Et dixit ieremias. Factum est verbum
domini ad me dicens. Ecce ananehel filius sel
lum patruelis tuus veniet ad te dicens.
Eme tibi agrum meum qui est in anathot:
tibi enim competit ex propinquitate ut emas.

Et venit ad me ananehel filius patrui me
i secundum verbum domini ad vestibulum carceris:
et ait ad me. Posside agrum meum qui est in a
nathot in terra beniamin: quia competit
tibi hereditas. et tu propinquus ut possideas.
Intellexi autem quod verbum domini esset: et emi a
grum ab ananehel filio patrui mei qui est
in anathot. Et appendi ei argentum septem
stateres. et decem argenteos: et scripsi in
libro et signavi. et adhibui testes: et ap
pendi argentum in statera. Et accepi librum
possessionis signatum: stipulaciones et ra
ta et signa forinsecus. Et dedi librum pos
sessionis baruch filio neri filii maasie in
oculis ananehel patruelis mei. et in ocu
lis testium qui scripti erant in libro empci
onis in oculis omnium iudeorum qui sedebant
in atrio carceris: et precepi baruch coram
eis dicens. Hec dicit dominus exercituum deus
israhel. Sume libros istos librum emptio
nis hunc signatum. et librum hunc qui apertus
est: et pones illos in vase fictili ut permanere
possint diebus multis. Hec enim dicit do
minus exercituum deus israel. Adhuc possi
debuntur domus et agri et vinee in terra
ista. Et oravi ad dominum: postquam tradidi li
brum possessionis baruch filio neri dicens.
Heu. heu. heu. domine deus. Ecce tu fecisti celum
et terram in fortitudine tua magna: et in
brachio tuo extento. Non erit tibi diffici
le omne verbum: qui facis misericordiam in
milibus: et reddes iniquitatem patrum in sinum
filiorum eorum post eos. Fortissime magne po
tens. dominus exercituum nomen tibi: magnus
consilio. et incomprehensibilis cogitatu: cuius
oculi aperti sunt super omnes vias filiorum adam:
ut reddas unicuique secundum vias suas. et se
cundum fructum adinvencionum eius. Qui po
suisti signa et portenta in terra egipti us
que ad diem hanc. et in israhel. et in homi
nibus: et fecisti tibi nomen sicut est dies hec.
Et eduxisti populum tuum israel de terra egipti
in signis et in portentis. et in manu ro
busta. et in brachio extento. et in terrore
magno: et dedisti eis terram hanc quam iu
rasti patribus eorum. ut dares eis terram fluen

tem lacte et melle. Et ingressi sunt et pos
sederunt eam: et non obedierunt uoci tue: et
in lege tua non ambulauerunt. Omnia que
mandasti eis ut facerent non fecerunt: et
euenerunt eis omnia mala hec. Ecce muni
ciones exstructe sunt aduersum ciuitatem
ut capiatur: et urbs data est in manus
chaldeorum. qui preliantur aduersum eam a
facie gladij. et famis et pestilencie: et que
cumque locutus es acciderunt ut ipse cernis:
et tu dicis michi domine deus. eme agrum
argento et adhibe testes: cum urbs data
sit in manu chaldeorum: Et factum est uerbum
domini ad iheremiam dicens. Ecce ego dominus deus
uniuerse carnis. Numquid michi difficile
erit omne uerbum: propterea hec dicit dominus. Ecce
ego tradam ciuitatem istam in manum chal
deorum. et in manu regis babilonis: et capi
et eam. Et uenient chaldei preliantes adu
sum urbem hanc: et succendent eam igni.
et comburent eam. et domos in quarum do
matibus sacrificabant baal. et libabant
diis alienis libamina ad irritandum me.
Erant enim filij israel et filij iuda iugiter faci
entes malum in oculis meis ab adolescenci
a sua. filij israhel qui usque nunc exacer
bant me in opere manuum suarum dicit dominus:
quia in furore et in indignacione mea
facta est mihi ciuitas hec a die qua edificaue
runt eam. usque ad diem istam qua aufe
tur de conspectu meo, propter maliciam filiorum is
rahel. et filiorum iuda quam fecerunt ad iracun
diam me, prouocantes ipsi et reges eorum. prin
cipes eorum. et sacerdotes. et prophete eorum uiri iu
da et habitatores ihrlm. Et uerterunt ad me
terga et non facies cum docerem eos dilucu
lo et erudirem: et nollent audire ut acci
perent disciplinam. Et posuerunt ydola su
a in domo in qua inuocatum est nomen me
um: ut polluerent eam. Et edificauerunt
excelsa baal. que sunt in ualle filij ennom.
ut iniciarent filios suos et filias suas mo
loth: quod non mandaui eis. nec ascendit
in cor meum ut facerent abhominacionem hanc:
et in peccatum deducerent iudam. Et nunc propter
ista hec dicit dominus deus israel ad ciuitatem hanc:

de qua uos dicitis quod tradatur in manu re
gis babilonis in gladio et in fame et in pes
te. Ecce ego congregabo eos de uniuersis terris
ad quas eieci eos in furore meo et in ira
mea. et in indignacione grandi: et redu
cam eos ad locum istum. et habitare eos fa
ciam confidenter: et erunt michi in populum. et e
go ero eis in deum. Et dabo eis cor unum et uiam
unam ut timeant me uniuersis diebus: et
bene sit eis et filijs eorum post eos. Et feriam
eis pactum sempiternum: et non desinam
eis benefacere. Et timorem meum dabo in cor
de eorum: ut non recedant a me. Et letabor
super eis cum eis benefecero: et plantabo eos
in terra ista in ueritate in toto corde meo et
in tota anima mea. Quia hec dicit dominus. Si
cut adduxi super populum istum omne malum hoc
grande: sic adducam super eos omne bonum
quod ego loquar ad eos. Et possidebuntur
agri in terra ista de qua uos dicitis quod de
serta sit. eo quod non remanserit homo et
iumentum: et data sit in manu chaldeorum.
Agri pecunia ementur. et scribentur in li
bro. et imprimetur signum: et testis adhibe
bitur. in terra beniamin et in circuitu ihe
rusalem in ciuitatibus iuda. et in ciuitatibus
montanis et in ciuitatibus campestribus.
et in ciuitatibus que ad austrum sunt: quia
conuertam captiuitatem eorum ait dominus.

Et factum est XXXIII
uerbum domini ad iheremiam secundo:
cum adhuc clausus esset in atrio
carceris dicens. Hec dicit dominus qui fecturus
est et formaturus illud et paturus: dominus
nomen eius. Clama ad me et exaudiam
te: et annunciabo tibi grandia et firma que
nescis. Quia hec dicit dominus deus israel ad do
mos urbis huius et ad domos regis iuda que
destructe sunt. et ad municiones et ad gla
dium uenienciam ut dimicent cum chaldeis.
et impleant eas cadaueribus hominum. quas
percussi in furore meo et in indignacione
mea: abscondens faciem meam a ciuita
te hac, propter omnem maliciam eorum. Ecce e
go obducam ei cicatricem et sanitatem et cu
rabo eos: et reuelabo illis depredacionem

pacis et ueritatis. Et conuertam conuersionem iuda. et conuersionē ihrlm: et edificabo eos sicut a principio. Et emundabo illos ab omni iniquitate sua in qua peccauerunt in: et propitius ero omnibus iniquitatibz eorū. in quibz deliquerunt michi. et spreuerūt me. Et erit michi in nomen et in gaudiū et in laudem et in exultationē. cunctis gentibz terre. que audient omnia bona que ego faciens sum eis: et pauebūt et conturbabuntur in omnibus bonis et in omni pace quā ego facam eis. Hec dicit dñs. Adhuc audietur in loco isto quē uos dicitis esse desertū. eo qđ non sit homo nec iumentū in ciuitatibz iuda et foris ihrlm que desolate sunt absq; homine et absq; habitatore. et absq; pecore. uox gaudij et uox lętitię. uox sponsi et uox sponse: uox dicentiū confitemini dño exercituū quoniam bonus dñs. quoniam in eternū misericordia eius: et portantiū uictimā in domū dñi. Reducam enim conuersionē terre sicut a principio dicit dñs. Hec dicit dñs exercituū. Adhuc erit in loco isto deserto absq; homine et absq; iumento. et in cunctis ciuitatibz eius habitaculū pastorū. accubantiū gregū in ciuitatibz montanis et in ciuitatibz campestribz. et in ciuitatibus que ad austrū sunt: et in terra beniamin et in circuitu ihrlm et in ciuitatibus iuda. Adhuc transibūt greges ad manū numerantis. ait dñs. Ecce dies uenient dicit dñs: et suscitabo uerbū bonū qđ locutus sum ad domū isrl. et ad domū iuda. In diebz illis et in tempore illo germinare faciam dauid germen iustitie: et faciet iudiciū et iustitiā in terra. In diebz illis saluabitur iuda: et ihrlm habitabit confidenter. Et hoc est qđ uocabit eum: dñs iustus nr. Quia hec dicit dñs. Non interibit de dauid uir qui sedeat sup thronū domus isrl: et de sacerdotibz et de leuitis non interibit uir a facie mea. qui offerat holocaustomata et incendat sacrificiū et cedat uictimas cunctis diebus Et factus est uerbū dñi ad ieremiam dicēs. Hec dicit dñs. Si irritū fieri potest pactum meū cū die. et pactū meū cū nocte. ut non sit dies et nox in tempore suo: et pactum meū irritū esse potest cū dauid seruo meo. ut non sit ex eo filius qui regnet in throno eius: et leuite et sacerdotes ministri mei. Sicuti numerari non possūt stelle celi. et metiri harena maris: sic multiplicabo semē dauid serui mei. et leuitas ministros meos. Et factus est ūbū dñi ad ieremiam dicens. Nūquid non uidisti qđ populus hic locutus sit dicens: duas cognationes quas elegerat dñs abiecte sunt: Et populum meū despexerūt: eo qđ non sit ultra gens coram eis. Hec dicit dñs. Si pactum meū inter diem et noctē. et leges celo et terre non posui: equidem et semen iacob et dauid serui mei reiciam. ut non assumam de semine eius principes. seminis abraham. et ysaac et iacob. Reducam enim conuersionem eorū: et miserebor eis. xxxiiii

Verbū qđ factum est ad ieremiam a dño: quando nabuchodonosor rex babilonis. et omnis exercitus eius omnisq; regna terre que erant sub potestate manus eius. et omnis populi bellabant contra ihrlm et contra omnes urbes eius dicens. Hec dicit dñs deus isrl. Vade et loquere ad sedechiam regē iuda: et dices ad eum. Hec dicit dñs. Ecce ego tradam ciuitatem hanc in manu regis babylonis: et succendet eam igni. Et tu non effugies de manu eius: sed comprehensione capieris. et in manu eius traderis: et oculi tui oculos regis babilonis uidebūt. et os eius ore tuo loquetur: et babilonē introibis. Attamen audi uerbū dñi sedechia rex iuda. Hec dicit dñs ad te. Non morieris in gladio. sed in pace morieris: et secundū combustiones patrū tuorū regum priorū qui fuerunt ante te. sic comburent te. et ue dñe plangent te: quia uerbum ego locutus sum dicit dñs. Et locutus est ieremias pphēta ad sedechiā regem iuda omnia uerba hec in ihrlm. Et exercitus regis babilonis pugnabat contra ihe

rusalem. et contra omnes ciuitates iu
da que relique erant: contra lachis et
contra azecha. Hec enim superant de ciuita
tibus iuda urbes munite. Verbum quod factum
est ad ieremiam a domino postquam percussit
rex sedechias fedus cum omni populo in ihrlm.
predicans ut dimitteret vnusquisque ser
uum suum et vnusquisque ancillam suam he
breum et hebream liberos: et nequaquam do
minarentur eis. id est in iudeo et fratre su
o. Audierunt ergo omnes principes et v
niuersus populus qui inierant pactum. ut
dimitteret vnusquisque seruum suum. et vnus
quisque ancillam suam liberos: et ultra non
dominarentur in eis. Audierunt igitur: et di
miserunt. Et conuersi sunt deinceps et re
traxerunt seruos et ancillas suas quos di
miserant liberos: et subiugauerunt in fa
mulos et in famulas. Et factum est uerbum
domini ad ieremiam a domino dicens. Hec dicit
dominus deus israel. Ego percussi fedus cum patri
bus vestris: in die qua eduxi eos de terra e
gipti. de domo seruitutis dicens. Cum com
pleti fuerint septem anni. dimittat vnus
quisque fratrem suum hebreum qui venditus est
ei: et seruiet tibi sex annis: et dimittes eum
a te liberum. Et non audierunt patres vestri
me: nec inclinauerunt aurem suam. Et con
uersi estis uos hodie. et fecistis quod rectum
est in oculis meis. ut predicaretis liber
tatem vnusquisque ad amicum suum: et inis
tis pactum in conspectu meo in domo in qua
inuocatum est nomen meum super eam. Et re
uersi estis et commaculastis nomen meum:
et reduxistis vnusquisque seruum suum et v
nusquisque ancillam suam quos dimi
seratis ut essent liberi et sue potestatis:
et subiugastis eos ut sint uobis serui et
ancille. Propterea hec dicit dominus. Vos non
audistis me: ut predicaretis libertatem
vnusquisque fratri suo. et vnusquisque amico
suo. Ecce ego predico libertatem ait dominus: ad
gladium et ad pestem et famem. Et dabo
uos in commocionem cunctis regnis terre.
Et dabo uiros qui preuaricantur fedus me
um. et non obseruauerunt uerba federis

quibus assensi sunt in conspectu meo uitu
lum quem conciderunt in duas partes.
et transierunt inter diuisiones eius princi
pes iuda et principes ihrlm. eunuchi et
sacerdotes et omnis populus terre qui trans
ierunt inter diuisiones vituli: et dabo e
os in manu inimicorum suorum et in manu
querencium animam eorum: et erit morticinum
eorum in escam uolucribus celi et bestiis terre.
Et sedechiam regem iuda et principes e
ius dabo in manu inimicorum suorum. et in
manu querencium animam eorum: et in manu
exercituum regis babilonis qui recesserunt
a uobis. Ecce ego precipio dicit dominus: et re
ducam eos in ciuitatem hanc: et prelia
buntur aduersus eam. et capient eam et
incendent igni. Et ciuitates iuda dabo in
solitudinem: eo quod non sit habitator.

XXXV

Verbum quod
factum est ad ieremiam a domino
in diebus ioachim filii iosie regis
iuda dicens. Vade ad domum rechabitarum:
et loquere eis. Et introduces eos in domum
domini in vnam exedram thesaurorum: et dabis
eis bibere vinum. Et assumpsi ieconiam fili
um ieremie. filii absanie. et fratres eius
et omnes filios eius et vniuersam domum re
chabitarum: et introduxi eos in domum domini
ad gazophilacium filiorum anan. filii iezede
lie hominis dei. quod erat iuxta gazophilaci
um principum super thesaurum maasie filii
sellum qui erat custos uestibuli. Et posui
coram filiis domus rechabitarum ciphos
vini plenos et calices: et dixi ad eos. Bi
bite vinum. Qui responderunt. Non bibemus
vinum: quia ionadab filius rechab pater
noster precepit nobis dicens. Non bibetis
vinum uos et filii uestri usque in sempiternum:
et domum non edificabitis et sementem non
seretis. et vineas non plantabitis nec ha
bebitis: sed in tabernaculis habitabitis
cunctis diebus vestris: ut viuatis diebus mul
tis super faciem terre in qua uos peregrina
mini. Obediuimus ergo ionadab filio rechab
patris nostri in omnibus que precepit nobis: ita
ut non biberemus vinum cunctis diebus

nr̄is. nos et mulieres nr̄e. filij et filie nr̄e.
et non edificarem⁹ domos ad habitandū:
et vineam et agrū et sementē non habu
imus: sed habitauim⁹ in tabernacul': et
obedientes fuim⁹ iuxta omīa que p̄cepit
nobis ionadab pater nr̄. Cum autē as
cendisset nabuchodonosor rex babilonis
ad t̄ram nr̄am: diximus. Venite et ingre
diamur ihrlm̄ a facie exercitus chaldeo
rum: et a facie exercitus syrie. Et mansi
mus in ihrlm̄. Et fc̄m est uerbū dn̄i ad ie
remiam dicens. Hec dicit dn̄s exercituū
deus israhel. Vade et dic viris iuda et ha
bitatoribz ihrlm̄. Nūquid non accipietis
disciplinam: ut obediatis uerbis meis
dicit dn̄s: Preualuerūt sermones iona
dab filij rechab quos p̄cepit filijs suis ut
non biberent vinū: et non biberūt usq;
ad diem hanc: quia obedierūt p̄cepto pa
tris sui. Ego autem locutus sum ad uos
de mane consurgens et loquens: et non
obedistis michi. Misiq; ad uos om̄es s̄uos
meos ꝓphetas: consurgens diluculo. mit
tensq; et dicens. Conuertimī vnusquisq; a
via sua pessima. et bona facite studia vr̄a:
et nolite sequi deos alienos neq; colatis e
os: et hītabitis in t̄ra quā dedi uob̄ et pa
tribus vr̄is. Et non inclinastis aurē ues
tram: neq; audistis me. Firmauerūt igi
tur filij ionadab filij rechab p̄ceptū pr̄is
sui qd̄ p̄ceperat eis: ꝓplus autē iste non
obediuit michi. Idcirco hec dicit dn̄s exer
cituū deus isrl'. Ecce ego adducam sup iu
dam et sup om̄es habitatores ihrlm̄ vni
uersam afflictionē quam locutus sum
aduersum eos: eo qd̄ locutus sum ad il
los et non audierūt: uocaui illos et non
rn̄derūt m̄. Domui autē rechabitar dix
it ieremias. Hec dicit dn̄s exercituū deus
isrl'. Pro eo qd̄ obedistis p̄cepto ionadab
pr̄is ur̄i. et custodistis om̄ia mandata e
ius. et fecistis vniu̇sa que p̄cepit uobis:
ꝓpt̄ea hec dicit dn̄s exercituū deus isrl'.
Non deficiet uir de stirpe ionadab filij
rechab: stans in conspectu meo cunctis
diebus. XXXVI

Et factū est in anno quarto ioa
chim filij iosie regis iuda: factū
est uerbū hoc ad ieremiā a dn̄o
dicens. Tolle uolumē libri. et scribes in
eo om̄ia uerba que locutus sum tibi ad
uersum isrl' et iudam. et aduersū omnes
gentes. a die qua locutus sū ad te. ex die
bus iosie usq; ad diem hanc. si forte au
diente domo iuda vniu̇sa mala que ego
cogito facere eis. reuertat̄ vnusquisq; a
via sua pessima: et ꝓpicius ero iniquita
ti et pc̄to eor. Vocauit ergo ieremias ba
ruch filiū nerie. Et scripsit baruch ex ore
ieremie om̄s sermones dn̄i quos locutus
est ad eū in volumīe libri. Et p̄cepit iere
mias baruch dicens. Ego clausus sū: nec
ualeo ingredi domū dn̄i. Ingredere ergo
tu et lege de uolumīe in quo scripsisti ex
ore meo uerba dn̄i: audiente ꝓplo ī domo
dn̄i. in die ieiunij. Insup et audiente v
niuerso iuda qui ueniūt de ciuitatibz su
is. leges eis: si forte cadat oracio eor ī con
spectu dn̄i. et reuertatur vnusquisq; a vi
a sua pessima: qm̄ magnus furor et in
dignacio quā locutus est dn̄s adu̇sū po
pulū hunc. Et fecit baruch filius nerie
iuxta om̄ia que p̄cepat ei ieremias ꝓphā:
legens ex uolumīe sermones dn̄i in domo
dn̄i. Fc̄m est autē in anno q̄nto ioachim
filij iosie regis iuda in mense nouo: pre
dicauerūt ieiuniū in conspcū dn̄i omni
ꝓplo in ihrlm̄. et vniuerse multitudini q̄
confluxerat de ciuitatibz iuda in iherusa
lem. Legitq; baruch ex uolumīe sermoēs
ieremie in domo dn̄i in gazophilacio ga
marie filij saphan scribe. in uestibulo su
ꝑiori in introitu porte noue domus dn̄i:
audiente omī ꝓplo. Cūq; audisset miche
as filius gamarie filij saphan. om̄es ser
mones dn̄i ex libro: descendit in domū re
gis ad gazophilaciū scribe. Et ecce ibi om
nes principes sedebant: elysama scriba ⁊
dalaias filius semeie. et elnathan filius
acobor. et gamarias filius saphan. et se
dechias filius ananie. et vniuersi princi
pes. Et nūciauit eis micheas om̄ia u̇ba

que audiuit legentem baruch ex uolu
mine in auribz ppli. Miserūt itaqz om
nes principes ad baruch iudi filiū na
thanie. filij selemie. filij chus dicentes.
Volumē ex quo legisti audiente pplo. su
me in manu tua: et ueni. Tulit ergo ba
ruch filius nerie uolumē in manu sua:
et uenit ad eos. Et dixerūt ad eū. Sede et
lege hec in auribus nris. Et legit baruch
in auribz eor. Igitur cū audissent omīa
uerba obstupuerunt unusquisqz ad pxi
mū suū: et dixerūt ad baruch. Nūciare
debemus regi omnes sermones istos. Et
interrogauerūt eū dicentes. Indica nob:
quomō scripsisti omēs sermones istos
ex ore eius. Dixit autē eis baruch. Ex
ore suo loquebatur qī legens ad me oēs
sermones istos: et ego scribebam in vo
lumīe atramento. Et dixerūt principes
ad baruch. Vade et abscondere tu et iere
mias: et nemo sciat ubi sitis. Et ingres
si sūt ad regem in atriū. Porro uolumē
cōmendauerūt in gazophilaciū elysame
scribe. Et nūciauerūt audiente rege oēs
sermones. Misitqz rex iudi. ut sumeret
uolumē. Qui tollens illud de gazophi
lacio elysame scribe: legit audiente rege
et uniuersis principibz qui stabant circa
regem. Rex autē sedebat in domo hyema
li in mense nono: et posita erat arula
coram eo plena primis. Cūqz legisset iu
di tres pagellas uel quatuor: scidit illud
scalpello scribe. et pieat in ignē qui erat
sup arulam: donec cōsumeretur omē uo
lumen igni qui erat in arula. Et non ti
muerūt neqz sciderūt uestimenta sua rex.
et omēs serui eius: qui audierūt sermo
nes istos uniūsos. Verūptamē elnathā
et dalaias et gamarias contradixerūt
regi. ne cōbureret libr: et non audiuit e
os. Et pcepit rex ieremihel filio amelech
et saraie filio ezrihel et selemie filio abde
hel: ut comphenderent baruch scribam
et ieremiā pphetā. Abscondit autē eos do
minus. Et factū est uerbū dni ad ieremiā
postqm cōbusserat rex uolumen. et sermo

nes quos scripserat baruch ex ore ieremie
dicens. Rursum tolle uolumē aliud: et
scribe in eo omnes sermones priores qui
erant in uolumīe priori. qd combussit
ioachim rex iuda. Et ad ioachim regem
iuda dices. Hec dicit dns. Tu cōbussisti
uolumē illud dicens. Quare scripsisti ī
eo annūcians. festinus ueniet rex babi
lonis et uastabit trām hanc. et cessare
faciet ex illa hoīem et iumentū. Pterea
hec dicit dns contra ioachim regē iuda.
Non erit ex eo qui sedeat sup soliū dauid:
et cadauer eius proicietur ad estū per di
em et ad gelu p noctē. Et visitabo contra
eum. et contra semen eius. et contra ser
uos eius iniquitates suas: et adducam
sup eos et sup habitatores ihrlm. et sup
uiros iuda omē malū qd locutus sum
ad eos: et non audierūt. Ieremias autē
tulit uolumē aliud: et dedit illud baruch
filio nerie scribe. Qui scripsit in eo ex o
re ihemie omēs sermones libri quē com
busserat ioachim rex iuda igni: et insup
additi sunt sermones multoplures qm
ante fuerant.

XXXVII

Et regnauit rex sedechias filius
iosie pro ieconia filio ioachim.
quē constituit regem nabucho
donosor rex babylonis in terra iuda: et nō
obediuit ipē et serui eius. et pplus terre.
uerbis dni que locutus est in manu iere
mie pphe. Et misit rex sedechias iuchal
filiū selemie. et sophoniā filiū maasie
sacerdotē ad ieremiā pphetā dicēs. Ora p
nobis dnm deū nrm. Ieremias autem
libere ambulabat in medio ppli: nō eī
miserāt eū in custodiā carceris. Igitur
exercitus pharao egressus est de egipto.
Et audientes chaldei qui obsidebant
ihrlm huiusmodi nūciū: recesserūt ab
iherusalem. Et factū est uerbū dni ad ie
remiā pphetam dicens. Hec dicit dns deus
isrl. Sic dicetis regi iuda: qui misit uos
ad me interrogandū. Ecce exercitus pha
raonis qui egressus est uob in auxiliū:
reuertetur in trām suā in egiptū. Et re

dient chaldei et bellabunt contra ciuita
tem hanc: et capient eam. et incendent
igni. Hec dicit dns. Nolite decipere aias
uras dicentes. euntes abibunt et recedent
a nobis chaldei: quia non abibunt. Sed
et si percusseritis omnem exercitum chaldeo
rum qui pliantur aduersum uos. et dere
licti fuerint ex eis aliqui vulnerati: sin
guli de tentorio suo consurgent. et incen
dent ciuitatem hanc igni. Ergo cum reces
sisset exercitus chaldeorum ab ihrlm. ppter
exercitum pharaonis: egressus est ihremi
as de ihrlm ut iret in terram beniamin.
et diuideret ibi possessionem in conspectu
ciuium. Cumque peruenisset ad portam ben
iamin: erat ibi custos porte per vices no
mine ierias filius selemie filij ananie. et
apprehendit ieremiam pphetam dicens. Ad
chaldeos profugis. Et rndit ieremias. Fal
sum est. Non fugio ad chaldeos. Et non
audiuit eum: sed comprehendit ierias ihre
miam. et adduxit eum ad principes. Quam
obrem irati principes contra ieremiam:
cesum eum miserunt in carcerem qui erat
in domo ionathan scribe. Ipse enim preposi
tus erat super carcerem. Itaque ingressus est
ieremias in domum laci et in ergastulum:
et sedit ibi ieremias diebus multis. Mit
tens autem rex sedechias tulit eum: et in
terrogauit in domo sua abscondite. et dix
it. Putas ne est sermo a dno? Et dixit
ieremias. Est. Et ait. In manu regis
babilonis traderis. Et dixit ieremias
ad regem sedechiam. Quid peccaui ti
bi et seruis tuis et pplo tuo? quia misis
ti me in domum carceris? Vbi sunt pphete
vri qui pphetabant uobis et dicebant? non
ueniet rex babylonis super uos et super ter
ram hanc? Nunc ergo audi obsecro dne
mi rex ualeat deprecatio mea in conspec
tu tuo: et ne me remittas in domum io
nathan scribe. ne moriar ibi. Precepit
ergo rex sedechias ut traderetur ieremias
in uestibulo carceris: et daretur ei torta
panis cotidie excepto pulmento: donec
consumerentur omnes panes de ciuitate.

Et mansit ieremias in uestibulo carceris.

XXXVIII

Audiuit autem saphatias filius nathan
et iedelias filius fassur. et iu
cha filius selemie. et phassur filius mel
chie. sermones quos ieremias loqueba
tur ad omnem pplm dicens. hec dicit dns.
Quicumque manserit in ciuitate hac: mo
rietur gladio et fame et peste. Qui au
tem profugerit ad chaldeos viuet: et erit
anima eius sospes et viuens. Hec dicit
dns. Tradenda tradetur ciuitas hec in
manu exercitus regis babilonis: et ca
piet eam. Et dixerunt principes regi. Ro
gamus ut occidatur homo iste. De in
dustria enim dissoluit manus virorum bel
lancium qui remanserunt in ciuitate hac.
et manus vniuersi ppli: loquens ad eos
iuxta uerba hec. Siquidem homo hic
non querit pacem ppli huius: sed malum.
Et dixit rex sedechias. Ecce ipse in mani
bus vris est: nec enim fas est uobis regem
quicquam negare. Tulerunt ergo ieremiam:
et proiecerunt eum in lacum elchie filij ame
lech. qui erat in uestibulo carceris. Et
submiserunt ieremiam in funibus: in lacum
in quo non erat aqua. sed lutum. Descen
dit itaque ieremias in cenum. Audiuit autem
abdemelech ethiops vir eunuchus. qui e
rat in domo regis: quod misissent ieremi
am in lacum. Porro rex sedebat in porta
beniamin. Et egressus est abdemelech de
domo regis: et locutus est ad regem dicens.
Dne mi rex. male fecerunt viri isti omnia
quecumque perpetrarunt contra ieremiam pphe
tam: mittentes eum in lacum. ut moriatur
ibi fame. Non sunt enim panes ultra in
ciuitate. Precepit itaque rex abdemelech e
thiopi dicens. Tolle tecum hinc triginta
viros: et leua ihremiam pphetam de lacu an
quam moriatur. Assumptis ergo abdemelech
secum viris. ingressus est domum regis que
erat sub cellario: et tulit inde ueteres pa
nos. et antiqua que computruerant: et sub
misit ea ad ieremiam in lacum per funiculos.
Dixitque abdemelech ethiops ad ieremiam.

Pone veteres pannos et hec scissa et pu
trida sub cubito manuum tuarum: et super fu
nes. Fecit ergo ieremias sic. Et extraxerunt
ieremiam funibus: et eduxerunt eum de lacu.
Mansit autem ieremias in uestibulo car
ceris. Et misit rex sedechias: et tulit ad
se ieremiam prophetam ad ostium tertium quod erat
in domo domini. Et dixit rex ad ieremiam. In
terrogo ego te sermonem: ne abscondas a
me aliquid. Dixit autem ieremias ad se
dechiam. Si annunciauero tibi: numquid
non interficies me: Et si concilium tibi
dedero: non me audies. Iurauit ergo
rex sedechias ieremie clam dicens. Vi
uit dominus qui fecit nobis animam hanc: si oc
cidero te. et si tradidero in manu virorum
istorum qui querunt animam tuam. Et dixit iere
mias ad sedechiam. Hec dicit dominus exer
cituum deus israel. Si profectus exieris ad pri
cipes regis babilonis: viuet anima tu
a. et ciuitas hec non succendetur igni:
et saluus eris tu et domus tua. Si autem
non exieris ad principes regis babilo
nis: tradetur ciuitas hec in manu chal
deorum. et succendent eam igni: et tu non
effugies de manu eorum. Et dixit rex sede
chias ad ieremiam. Sollicitus sum propter
iudeos qui transfugerunt ad chaldeos:
ne forte tradar in manus eorum. et illu
dant mihi. Respondit autem ieremias. Non te
tradent. Audi queso uocem domini quam
ego loquor ad te: et bene tibi erit. et viuet
anima tua. Quod si nolueris egredi: iste est
sermo domini. quem ostendit mihi dominus. Ecce omnes
mulieres que remanserunt in domo regis
iuda. educentur ad principes regis babi
lonis: et ipse dicent. Seduxerunt te. et pre
ualuerunt aduersum te viri pacifici tui: de
merserunt in ceno. et lubrico pedes tuos:
et recesserunt a te. Et omnes uxores tue et fi
lii tui educentur ad chaldeos. et non effu
gies manus eorum: sed in manu regis babi
lonis capieris: et ciuitatem hanc combu
rent igni. Dixit ergo sedechias ad ieremi
am. Nullus sciat uerba hec: et non mo
rieris. Si autem audierint principes qui
a locutus sum tecum. et uenerint ad te et
dixerint tibi. indica nobis quid locutus
sis cum rege ne celes nos. et non te interficie
mus. et quid locutus est tecum rex: dices
ad eos. Prostraui ego preces meas coram
rege ne me reduci iuberet in domum iona
than: et ibi morerer. Venerunt ergo omnes
principes ad ieremiam: et interrogauerunt
eum. Et locutus est eis iuxta omnia uer
ba que precepat ei rex: et cessauerunt ab
eo. Nichil enim fuerat auditum. Mansit ue
ro ieremias in uestibulo carceris: usque
ad diem quo capta est ihrlm. XXX

Et factum est ut caperetur IX
ihrlm. Anno nono sedechie re
gis iuda mense decimo uenit
nabuchodonosor rex babylonis. et om
nis exercitus eius ad ihrlm: et obside
bant eam. Undecimo autem anno sedechi
e mense quarto. quinta die mensis aperta
est ciuitas: et ingressi sunt omnes prin
cipes regis babilonis: et sederunt in porta
media. neregel. sereser. semegar. nabu
sarachim. rapsares. neregel. sereser. reb
mag. et omnes reliqui principes regis ba
bilonis. Cumque uidisset eos sedechias rex
iuda. et omnes viri bellatores: fugerunt.
et egressi sunt nocte de ciuitate per uiam
orti regis. et per portam que erat inter du
os muros: et egressi sunt ad uiam deser
ti. Persecutus est autem eos exercitus chal
deorum. et comprehenderunt sedechiam in cam
po solitudinis ierichontine: et captum
adduxerunt ad nabuchodonosor regem ba
bilonis in reblata. que est in terra emath:
et locutus est ad eum iudicia. Et occidit rex
babilonis filios sedechie in reblata in o
culis eius: et omnes nobiles iuda occidit
rex babilonis. Oculos quoque sedechie e
ruit: et vinxit eum compedibus. ut duceretur
in babilonem. Domum quoque regis et do
mum vulgi succenderunt chaldei igni: et
murum ihrlm subuerterunt. Et reliquias
populi que remanserunt in ciuitate. et per
fugas qui transfugerant ad eum. et super
fluos vulgi qui remanserant: transtulit

nabuzardan magister militū in babi
lonem. Et de plebe pauperū qui nichil
penitus habebant dimisit nabuzar
dan magister militū in tra iuda: et de
dit eis vineas et cysternas in die illa.
Precepat autē nabuchodonosor rex
babilonis de ieremia nabuzardan ma
gistro milicie dicens. Tolle illū et pone
sup eū oculos tuos: nichilq; ei mali fa
cias: sed ut voluerit facias ei. Misit er
go nabuzardan princeps milicie et na
bu et sesban. et rapsares et neregel. et
sereser. et regmag. et omnes optima
tes regis babilonis miserūt. et tulerūt
ieremiā de vestibulo carceris: et tradi
derunt eum godolie filio aicham filij
saphan: ut intraret domū. et habita
ret in pplo. Ad ieremiā autē factus fu
erat sermo dni cū clausus esset in vesti
bulo carceris dicens. Vade et dic abde
melech ethiopi dicens. Hec dicit dns ex
cercituū deus isrl. Ecce ego inducā sermo
nes meos sup ciuitatē hanc in malū
et non in bonū: et erūt in conspcū tuo
in die illa. Et liberabo te in die illa ait
dns. et non traderis in manu virorū
quos tu formidas: sed eruens liberabo
te. et gladio nō cades: sed erit tibi aīma
tua in salutē: quia in me habuisti fi
duciā ait dominus. XL

Sermo qui fcus est ad ieremiā
a dno postqm dimissus est a
nabuzardan magro milicie
de rama: qn tulit eū vinctū cathenis
in medio oīm qui migrabant de iheru
rusalem et iuda. et ducebantur in baby
lonem. Tollens ergo princeps milicie
ieremiam dixit ad eum. Dns deus tuus
locutus est malū hoc sup locū istū: et
adduxit. et fecit dns sicut locutus ē. qr
peccastis dno. et non audistis vocē eius:
et fcus est vobis sermo hic. Nūc ergo
ecce solui te hodie de cathenis que sūt
in manibz tuis. Si placet tibi ut veni
as mecū in babilonē. veni: et ponam
oculos meos sup te. Si autē displicet
tibi venire mecū in babilonē: reside. Ec
ce omis terra in conspcū tuo: qd elegeris
et quo placuerit tibi ut vadas. illuc pge.
Et mecū noli venire: sed habita apud
godoliam filiū aicham filij saphan. qm
preposuit rex babilonis ciuitatibz iude.
Habita ergo cum eo in medio ppli: vel
quocūqz placuerit tibi ut vadas. vade.
Dedit quoqz ei magr milicie cibaria et
munuscula: et dimisit eum. Venit aut
ieremias ad godoliam filiū aicham in
masphat: et hitauit cū eo in medio po
puli qui relictus fuerat in tra. Cū ergo
audissent omes principes excercitus q
dispsi fuerant p regiones. ipi et socij eor
qd prefecisset rex babilonis godoliam
filiū aicham terre: et qd cmendasset ei
viros et mulieres et puulos. et de paupi
bus terre qui non fuerant trāslati i ba
bilonē: venerūt ad godoliam in mas
phat. et ysmahel filius nathanie. et io
hannan. et ionathan filius charee. et sa
reas filius tenoemeth. et filij offi qui e
rant nethophati. et ieconias filius ma
achati. ipi et viri eor. Et iurauit eis go
dolias filius aicham filij saphan et co
mitibz eor dicens. Nolite timē seruire
chaldeis. Habitate in tra et seruite rgi
babilonis: et bene erit vobis. Ecce ego
habito in masphat: ut rndeam pcep
to chaldeor qui mittūtur ad nos. Vos
autē colligite vindemiā et messē et ole
um. et condite in vasis vris: et mane
te in urbibz vris quas tenetis. Sed et
omes iudei qui erant in moab et in fi
lijs āmon et in ydumea et in vniūsis
regionibz. audito qd babilonis rex de
disset reliquias in iudea. et qd pposuisset
sup eos godoliam filiū aicham filij sa
phan: reuersi sunt inqm omes iudei de
vniūsis locis ad que pfugerant: et ve
nerūt in terrā iuda ad godoliā in mas
phat: et collegerūt vinū et messem mul
tam nimis. Iohannan autē filius cha
ree. et omnes principes excercitus qui
dispsi erant in regionibz venerunt ad

godoliam in maspha: et dixerũt ei. Da
to quia baalis rex filioꝝ ãmon misit
ysmahel filiũ nathanie p̃cutẽ aĩam tu
am. Et non credidit eis godolias filꝰ a
chaam. Johannan uero filius charee dix
it ad godoliam seorsum in maspha lo
quens. Ego et p̃cutiam ysmahel filiũ
nathanie nullo sciente: ne interficiat
aĩam tuam. et dissipentur omnes iudei
qui congregati sunt ad te: et pereat reli
quie iuda. Et ait godolias filius aichã
ad johannan filium charee. Non fiet
uerbũ hoc. Falsum enĩ tu loqueris de ys
mahel.

XLI

Factũ est in mense septimo ue
nit ysmahel filius nathanie
filij elysama de semine regali et optã
tes regis. et decem uiri cũ eo ad godoliã
filiũ aicham in maspha: et comede
runt panes simul in maspha. Surre
xit autẽ ysmahel filius nathanie. et de
cem uiri qui erant cũ eo. et percusserunt
godoliam filiũ aicham filij saphã gla
dio: et interfecerũt eum quẽ p̃fecerat rex
babylonis terre. Omnes quoq; iudeos q̃
erant cũ godolia in maspha. et chalde
os qui repti sunt ibi. et uiros bellatoꝝ
percussit ysmahel. Secũdo autẽ die post
q̃m occiderat godoliam nullo adhuc
sciente. uenerunt uiri de sychem et de sy
lo et de samaria. octoginta uiri ras
barbam et scissis uestibꝰ et squalentes:
munera et thus habebant in manu ut
offerrent in domo dñi. Egressus ergo ys
mahel filius nathanie in occursum eo
rum de maspha: incedens et ploraus
bat. Cumq; autẽ occurrisset eis: dixit ad
eos. Venite ad godoliam filiũ aicham.
Qui cum uenissent ad mediũ ciuita
tis: interfecit eos ysmahel filius natha
nie cum mediũ laci. ipe et uiri q̃ erant
cum eo. Decem autẽ uiri reperti sunt in
ter eos: qui dixerũt ad ysmahel. Noli
occidere nos: quia habemꝰ thesaurũ i
agro frumenta et ordei et mellis. Et ces
sauit: et nõ interfecit eos cũ fratribꝰ suis. Ia
cus autem in quem piecerat ysmahel
omnia cadauera virorꝝ quos percussit p
ter godoliam: ipe est quem fecit rex asa
p̃pter baasa regem isrl. Ipũ repleuit
ysmahel filius nathanie occisis. Et
captiuas duxit ysmahel omnes reliqui
as ppli qui erant in maspha. filias re
gis et uniuersũ ppliu qui remanserant
in maspha: quos commendauerat na
buzardan princeps militie godolie filio
aicham. Et cepit eos ysmahel filius
nathanie: et abiit ut transiret ad filios
ãmon. Audiuit autẽ johannan filꝰ
charee et omnes principes bellatorũ.
qui erant cũ eo. omne malũ qđ fecerat
ysmahel filius nathanie: et assump
tis uniuersis uiris. pfecti sunt ut bella
rent aduersũ ysmahel filiũ nathanie.
Et inuenerũt eum ad aquas multas
que sunt in gabaon. Cumq; uidisset
omnis ppls qui erat cum ysmahel. jo
hannan filiũ charee. et uniuersos pri
cipes bellatoꝝ qui erant cũ eo: letati
sunt. Et reuersus est omnis ppls quẽ
cepat ysmahel in maspha. Refugus
q; abiit ad johannan filiũ charee. ys
mahel autẽ filius nathanie fugit cũ
octo uiris a facie johannan: et abiit
ad filios ãmon. Tulit ergo johannan
filius charee. et omnes principes bella
toꝝ qui erant cum eo. uniuersas reliqui
as uulgi quas reduxerant ab ysma
hel filio nathanie de maspha. postq̃
percussit godoliam filiũ aicham fortes
uiros ad prelium. et mulieres et pueros
et eunuchos quos reduxerat de gaba
on: et abierũt et sederunt pegrinãtes
in chamaan que est iuxta bethleem.
ut pgerent et introirent egyptũ a fa
cie chaldeoꝝ. timebant eũ eos: quia p
cusserat ysmahel filius nathanie go
doliam filiũ aicham. quẽ ꝓposuerat
rex babylonis ī tra iuda.

XLII

Accesserũt omnes principes
bellatoꝝ. et johannan filius
charee et iezonias filius ozie.

et reliquū vulgus a puo usq; ad magnū: dixerūq; ad ieremiam ꝓpheram. Cadat oratio mea in conspectu tuo: et ora pro nobis ad dñm deū tuū pro omnibus reliquis istis: quia derelicti sumus pauci de plurib; sicut oculi tui nos intuentur: et annūciet nobis dominus deus tuus viam p quam pgamus. et verbū qđ faciamus. Dixit aũ ad eos ieremias ꝓpheta. Audiui. Ecce ego adoro dñm deum vrm: sđm verba vestra. Oēm verbū qđcūq; rūserit mihi indicabo vobis: nec celabo vos q̄quā. Et illi dixerūt ad ieremiā. Sit dñs inter nos testis veritatis et fidei: si non iuxta omne verbū in quo miserit te dñs deus tuus ad nos sic faciemus: sive bonū est sive malū. Voca dñm deū nr̄m ad quē mittim⁹ te obediemus: ut bene sit nobis cū audierimus vocē dñi dei nr̄i. Cum aut̄ completi essēt decem dies: factū est verbū dñi ad ieremiam. Vocauitq; iohannan filiū charee. et omnes principes bellator̄ qui erant cū eo. et vniuersū ꝑplm a minimo usq; ad maguū: et dixit ad eos. Hec dicit dominus deus isrl: ad quē misistis me. ut ꝑcurarem ꝑces vras in conspectu eius. Si quiescentes manseritis in terra hac. edificabo vos et nō destruam: plantabo et non euellam. Iam enim placatus sum sup malo qđ feci vobis. Nolite timere a facie regis babilonis: quē vos pauidi formidatis. Nolite timere eum dicit dñs: quia vobiscū ego. ut saluos faciā vos. et eruam de manu eius. Et dabo vobis misericordiam et miserebor vr̄i: et habitare vos faciam in terra vra. Si aut̄ dixeritis vos. non habitabim⁹ in ea ista. nec audiemus vocē dñi dei nr̄i dicentes neq̄quā. sed ad terram egipti pgem⁹. ubi non videbim⁹ bellū. et clangorem tube non audiem⁹. et fame non sustinebim⁹. et ibi habitabim⁹: ꝓpter hoc nunc audite verbū dñi reliquie iuda.

Hec dicit dñs exercituū deus israhel. Si posuerus faciem vram ut ingrediamini egiptū et intraueritis ut ibi habitetis: gladius quem vos formidatis ibi cōprehendet vos in terra egipti: et fames pro qua estis sollicita adherebit vobis in egipto: et ibi moriemini. Omnes q̄ vri qui posuerunt faciem suam ut ingrediant̄ egiptū et habitent ibi: morientur gladio et fame et pestē. Nullus de eis remanebit: nec effugiet a facie mali qđ ego afferam sup eos. Quia hec dicit dñs exercituū deus isrl. Sicut conflatus est furor meus et indignatio mea sup habitatores ihrlm: sic conflabitur indignatio mea sup vos cū ingressi fueritis egiptū: et eritis in vlulatū et in porem et in maledictū et in obprobrium: et nequaq̄m ultra videbitis locum istum. Verbū dñi sup vos reliquie iuda. Nolite intrare egiptū. Scientes scitis. quia obtestatus sum vos hodie: quia decepistis aīas vras. Vos enim misistis me ad dñm deum vrm dicentes. Ora pro nobis ad dñm deum nr̄m: et iuxta omnia quecūq; dixerit tibi dominus deus nr̄. sic annūcia nob. et faciemus. Et annūciaui vobis hodie: et non audistis vocē dñi dei vestri sup vniuersis pro quibus misit me ad vos. Nunc ergo scientes scietis: quia gladio et fame et pestē morieminī in loco ad quem voluistis intrare ut habitetis ibi.

XLIII

Actū est autē cum completisset ihemias loquens ad populū vniuersos sermones dñi dei eor̄ p quos miserat eos dñs deus eor̄ ad illos omnia verba hec: dixit azarias filius osie et iohannan filius charee et omnes viri superbi dicentes ad ihemiā. Mendacia tu loq̄ris. Non misit te dñs deus nr̄ dicens ne ingrediamini in egiptum ut habitetis illic: sz baruch filius neri incitat te aduersū nos. ut tradas

nos in manibus chaldeorum. ut interfi
ciat nos et traduci faciat in babilonem.
Et non audiuit iohannan filius cha
ree. et omnes principes bellatorum. et u
niuersus populus uocem domini ut maneret
in terra iuda: sed tollens iohannan fili
us charee et uniuersi principes bellatorum
uniuersos reliquiarum iuda qui reuersi fu
erant de cunctis gentibus ad quas fue
rant ante dispersi. ut habitarent in terra
iuda uiros et mulieres. paruulos et fili
as regis. et omnem animam quam reliq
rat nabuzardan princeps militie cum
godolia filio aicham filii saphan. et ie
remiam prophetam et baruch filium nerie.
et ingressi sunt terram egipti. quia non
obedierunt uoci domini: et uenerunt usque ad
tafnis. Et factus est sermo domini ad ieremiam
in tafnis dicens. Sume in manu tua
lapides grandes: et abscondes eos in
cripta que est sub muro latericio in por
ta domus pharaonis. in tafnis cernen
tibus uiris iudeis: et dices ad eos. Hec di
cit dominus exercituum deus israel. Ecce ego mit
tam et assumam nabuchodonosor re
gem babylonis seruum meum: et ponam
thronum eius super lapides istos quos ab
scondi: et statuet solium suum super eos. Ve
niensque percuciet terram egipti. quos in
morte in morte. et quos in captiuita
te in captiuitate. et quos in gladio in
gladio. Et succendet ignem in delubris
deorum egipti. et comburet ea: et captiuos
ducet illos. Et amicietur terra egipti. si
cut amicitur pastor pallio suo: et egre
dietur inde in pace. et conteret statu
as domus solis que sunt in terra egip
ti: et delubra deorum egipti comburet igni.

XLIIII

Verbum quod
factum est ad ieremiam. ad om
nes iudeos qui habitant in
terra egipti. habitantes in magdalo et
in tafnis et in memphis. et in terra pha
tures dicens. Hec dicit dominus exercituum
deus israel. Vos uidistis omne malum is
tud quod adduxi super ihrlm. et super omnes
urbes iuda: et ecce sunt deserte hodie et non
est in eis habitator. propter maliciam quam
fecerunt ut me ad iracundiam prouoca
rent. et irent et sacrificarent et colerent
deos alienos quos nesciebant. et illi. et
uos. et patres uestri. Et misi ad uos omnes
seruos meos prophetas: de nocte consur
gens. mittensque et dicens. Nolite facere
uerbum abhominationis huiuscemodi. Et
non audierunt nec inclinauerunt aurem
suam: ut conuerterentur a malis suis.
et non sacrificarent diis alienis. Et
conflata est indignacio mea et furor
meus. et succensa est in ciuitatibus iuda
et in plateis ihrlm: et uerse sunt in so
litudinem et uastitatem secundum diem hanc.
Et nunc hec dicit dominus exercituum deus is
rahel. Quare uos facitis malum gran
de contra animas uestras: ut intereat ex
uobis uir et mulier. paruulus et lactans
de medio iude. nec relinquatur uobis
quicquam residuum prouocantes me in
operibus manuum uestrarum. sacrificando diis
alienis in terra egipti. in quam ingressi es
tis ut habitetis ibi et dispereatis: et sitis
in maledictionem et in opprobrium cunctis
gentibus terre: Numquid obliti estis ma
la patrum uestrorum. et mala regum iuda et
mala uxorum eius. et mala uestra et ma
la uxorum uestrarum: que fecerunt in terra iuda
et in regionibus ihrlm: Non sunt mun
dati usque ad diem hanc: et non timue
runt. et non ambulauerunt in lege do
mini et in preceptis eius que dedi coram
uobis et coram patribus uestris. Ideo hec
dicit dominus exercituum deus israel. Ecce e
go ponam faciem meam in uobis in ma
lum: et dispdam omnem iudam. Et as
sumam reliquias iude qui posuerunt
facies suas ut ingrederentur terram egip
ti et habitarent ibi: et consumentur
omnes in terra egipti. Cadent in gladio:
et in fame consumentur a minimo usque
ad maximum. In gladio et in fame
morientur: et erunt in iusiurandum
et in miraculum. et in maledictionem et

in obprobriū. Et visitabo hītatores t̄
re egipti. sicut visitaui sup̄ ihrl'm in
gladio et fame et peste: et non erit q̄
effugiat et sit residuus de reliquijs iu
deor̄ qui uadūt ut pegrinent̄ in t̄ra
egipti. et reuertantur in t̄ram iuda:
ad quā ipī eleuant aīas suas ut re
uertantur et habitent ibi. Non reuer
tentur. nisi qui fugerint. Responde
runt autē ieremie omnes viri sciētes
qd̄ sacrificarent uxores eor̄ dijs alie
nis. et uniuerse mulieres quar̄ stabat
multitudo grandis: et omīs popul⁹
habitanciū in t̄ra egipti in phatures
dicens. Sermonē quē locutus es ad
nos in nomīe dn̄i non audiemus ex
te: sed facientes faciemus omne uer
bum qd̄ egredietur de ore nr̄o: ut sacri
ficemus regine celi et libemus ei liba
mina sicut fecimus nos et patres nr̄i
reges nr̄i et principes nr̄i in urbibus
iuda et in plateis ihrl'm: et saturati
sumus panibus. et bene nobis erat.
malūq; non vidimus. Ex eo autē tem
pore quo cessauim⁹ sacrificare regine
celi et libare ei libamina indigemus
omībz: et gladio et fame consumpti
sum⁹. Qd̄ si non sacrificam⁹ regine ce
li et libamus ei libamina: nūq̄ sine
viris nr̄is fecimus ei placentas ad co
lendam eam et liba libanda: Et dixit
ieremias ad omnē ꝓplm̄ adūsum vi
ros et aduersum mulieres et aduersū
uniūsam plebem qui responderant ei
uerbū dicens. Nūquid non sacrificiū
qd̄ sacrificastis in ciuitatibz iuda. et
in plateis ihrl'm uos et patres nr̄i. re
ges nr̄i et principes nr̄i et ꝓplus t̄re:
horū recordatus est dn̄s et ascendit su
p̄ cor eius: Et non poterat dn̄s ultra
portare ꝓpter maliciā studior̄ nr̄orū:
et ꝓpter abhomīaciones quas fecistis.
Et facta est t̄ra nr̄a in desolacionem
et in stuporem et in maledictū: eo qd̄
non sit hītator sicut est dies hec. ꝓpter
ea qd̄ sacrificaueritis ydolis et pecca

ueritis dn̄o. et non audieritis uocem
dn̄i et in lege et in p̄ceptis et in testīo
nijs eius non ambulaueritis: idcirco
eueuerūt uobis mala hec. sicut et di
es hec. Dixit autē ieremias ad omnē
ꝓplm̄: et ad uniuersas mulieres. Audi
te uerbū dn̄i omīs iuda qui estis in t̄
ra egipti. Hec inquit dn̄s exercituū
deus isrl'. dicens. Vos et uxores uestre
locuti estis ore nr̄o: et manibz nr̄is im
plestis dicentes. Faciamus uota nr̄a q̄
vouim⁹: ut sacrificemus regine celi.
et libemus ei libamina. Implestis
uota nr̄a: et ope ꝓpetrastis ea. Ideo au
dite uerbū dn̄i omīs iuda qui habita
tis in terra egipti. Ecce ego iuraui in
nomīe meo magno ait dn̄s: quia ne
quaqm̄ ultra nomen meū uocabitur
ex ore omīs viri iudei dicentis. viuit
dn̄s deus in omī terra egipti. Ecce ego
uigilabo sup̄ eos in malū et non in
bonū: et consumentur omnes viri iuda
qui sunt in t̄ra egipti gladio et fame:
donec penitus consumantur. Et qui
fugerint gladiū reuertentur de terra
egipti in terram iuda. viri pauci: et sci
ent omnes reliquie iuda ingredienci
um terram egipti ut habitent ibi: cui⁹
sermo compleatur. meus an illorum.
Et hoc uobis signū ait dn̄s. qd̄ visi
tem ego sup̄ uos in loco isto: ut sciatis
quia vere cōplebuntur sermones me
i contra uos in malū. Hec dicit dn̄s.
Ecce ego tradam pharaonem efree re
gem egipti in manu īmicor̄ eius. et
in manu querenciū aīam illius: si
cut tradidi zedechiam regē iuda ī ma
nu nabuchodonosor regis babilōis
īmici sui. et querentis animā eius.

XLV

Verbū qd̄ locu
tus est ieremias ꝓpheta ad ba
ruch filiū nerie cum scripsis
set uerba hec in libro de ore ieremie ā
no quarto ioachim filij iosie regis iu
da dicens: Hec dicit dn̄s deus isrl' ad te
baruch. Dixisti. Ve misero m̄: qm̄ ad

didit dn̄s dolorem dolori meo. Laboraui in gemitu meo: et requiem non inueni. Hec dices ad eū. Sic dicit dn̄s. Ecce quos edificaui ego destruo. et q̄s plantaui ego euello. et uniuersā tr̄ā hanc. et tu queris tibi grandia. Noli querere: quia ecce ego adducam malū sup omnē carnē. ait dn̄s: et dabo tibi animā tuam in salutem in omnibus locis ad quecūq; p̄rexeris. XLVI

Quod fc̄m est uerbū dn̄i ad ieremiam p̄phetam contra gentes ad egiptum. auersū exercitum pharaonis nechao regis egipti qui erat iuxta flumen eufraten ī charchamis: quem p̄cussit nabuchodonosor rex babylonis in quarto anno ioachim filij iosie regis iuda. P̄pate scutum et clypeū: et p̄cedite ad bellum. Iungite equos: et ascendite equites. State in galeis: polite lanceas: induite uos loricis. Quid igitur: Vidi ipsos pauidos et t̄ga uertentes: fortes eor̄ cesos: et fugerūt conciti. nec respexerūt. Terror undiq; ait dn̄s. Non fugiet uelox: nec saluari putet se fortis. Ad aquilonē iuxta flumen eufraten uicti sunt et ruerūt. Quis ē iste qui quasi flumen ascendit: et ueluti fluuior̄ intumescūt gurgites eius: Egiptus flumīs instar ascendit: et uelud flumīa mouebunt̄ fluctus eius et dicet. Ascendens op̄iam tr̄am: perdam ciuitatem et habitatores ei⁹. Ascendite equos. et exultate in curribus: et p̄cedant fortes. ethyopia et lybies tenentes scutū. et lydij arripientes et iacientes sagittas. Dies autē ille dn̄i dei exercituum. dies ulcionis: ut sumat uindictam de īmicis suis. Deuorabit gladius et saturabitur: et inebriabitur sanguine eor̄. Victima enī dn̄i exercituū in tr̄a aquilonis: iuxta flumen eufraten. Ascende in galaad: et tolle resinam virgo filia egipti. Frustra multiplicabis medicamina: sanitas non erit tibi. Audierunt gentes ignominiā tuam. et ululat⁹ tuus repleuit terrā: quia fortis īpegit in fortem: ambo p̄iter conciderūt. Verbū q̄d locutus est dn̄s ad ieremiā p̄phetam: sup eo q̄d ueniturus eēt nabuchodonosor rex babylonis. et p̄cussurus tr̄am egipti. Annūciate egypto et auditū facite magdalo: et resonet in memphis: et in tafnis dicite. Sta et p̄para te: quia deuorabit gladius ea que p̄ circuitū tuū sunt. Quare computruit fortis tuus: Non stetit: q̄m dn̄s subuertit eū. Multiplicauit ruentes: ceciditq; vir ad p̄ximū suū. Et dicent. Surge et reuertam̄ ad p̄plm̄ nr̄m et ad tr̄am natiuitatis nr̄e: a facie gladij colūbe. Vocate nomen pharao regis egipti: tumultū adduxit tēpus. Viuo ego inquit rex. dn̄s exercituū nomen eius: q̄m sicut thabor in montibus et sicut carmelus in mari ueniet. Vasa transmigrationis fac tibi habitatrix filia egipti: quia mēphis in solitudinē erit. et deseretur inhabitabilis. Vitula elegans atq; formosa egiptus: stimulator ab aquilone ueniet ei. Mercenarij quoq; eius q̄ uersabantur in medio eius quasi vituli saginati uersi sunt. et fugerūt simul. nec stare potuerūt: quia dies interfectionis eor̄ ueniet sup eos. tempus visitacionis eor̄. Vox eius q̄ eris sonabit: q̄m cum exercitu p̄perabūt. ⁊ cū securib; uenient ei. Quasi ligna cedētes. succiderūt saltū eius ait dn̄s: qui supputari non p̄t. Multiplicati sunt sup locustas: et non est eis nr̄s. Confusa est filia egipti: et tradita in manu p̄pli aquilonis. Dixit dn̄s exercituū deus isr̄l. Ecce ego uisitabo super tumlt̄ū alexandrie. et sup pharao et sup egiptū. et sup deos eius et sup r̄ges eius: et sup pharao et sup eos qui confidūt in eo. Et dabo ego eos in manu querenciū animā eor̄. et in manu na

buchodonosor regis babilonis. et in ma
nu seruorum eius: et post hec habitabi
tur. sicut diebus pristinis. ait dominus.
Et tu ne timeas serue meus iacob. et
ne paueas israel: quia ecce ego saluum te
faciam de longinquo. et semen tuum
de terra captiuitatis sue: et reuertetur iacob
et quiescet. et prosperabitur: et non erit
qui exterreat eum. Et tu noli timere ser
ue meus iacob ait dominus: quia tecum sum
ego: quia consumam ego cunctas gen
tes ad quas eieci te. Te uero non con
sumam: sed castigabo te in iudicio:
nec quasi innocenti parcam tibi.

Quod factum est uerbum domini ad ieremiam pro
phetam contra palestinos:
antequam percuteret pharao gazam. Hec
dicit dominus. Ecce aque ascendunt ab aq
lone: et erunt quasi torrens inundans:
et operient terram et plenitudinem eius.
urbem et habitatores eius. Clama
bunt homines. et ululabunt omnes
habitatores terre a strepitu pompe
armorum et bellatorum eius: a commocione
quadrigarum eius. et multitudine ro
tarum illius. Non respexerunt patres fi
lios manibus dissoluti pro aduentu di
ei. in quo uastabuntur omnes phylis
tiim: et dissipabitur tyrus et sydon cum
omnibus reliquis auxiliis suis. Depo
pulatus est enim dominus palestinos: reli
quias insule cappadocie. Venit calui
cium super gazam: conticuit ascalon. et
reliquie uallis earum. Usquequo concide
ris? O mucro domini. usquequo non qui
esces? Ingredere in uaginam tuam:
refrigerare et sile. Quomodo quiescet
cum dominus precepit ei. aduersum ascalonem
et aduersum maritimas eius regio
nes: ibique condixerit illi.

Ad moab: hec dicit dominus exer
cituum deus israel. Ve super nabo:
quoniam uastata est et confusa.
Capta est cariathaim. Confusa est for
tis et tremuit. Non est ultra exulta
cio in moab. Contra esebon cogitaue
runt malum. Venite et disperdamus eam
de gente. Ergo silens contiscesces: seque
turque te gladius. Vox clamoris de oro
naim: uastitas et contricio magna.
Contrita est moab. Annunciate clamo
rem paruulis eius. Per ascensum enim luith
plorans ascendit in fletu: quoniam in des
censu oronaim hostes ululatum contri
cionis audierunt. Fugite. saluate ani
mas uestras: et eritis quasi mirice in de
serto. Pro eo enim quod habuisti fiduciam
in municionibus tuis et in thesauris
tuis: tu quoque capieris. Et ibit cha
mos in transmigracionem: sacerdotes e
ius et principes eius simul. Et ueniet
predo ad omnem urbem: et urbs nulla
saluabitur. Et peribunt ualles. et dissi
pabuntur campestria: quoniam dixit dominus.
Date florem moab quia florens egre
dietur: et ciuitates eius deserte erunt
et inhabitabiles. Maledictus qui fa
cit opus domini fraudulenter: et maledic
tus qui prohibet gladium suum a sangui
ne. Fertilis fuit moab ab adolescenci
a sua. et requieuit in fecibus suis: nec
transfusus est de uase in uas. et in trans
migracionem non abiit. Idcirco per
mansit gustus eius in eo: et odor eius
non est immutatus. Propterea ecce dies
ueniunt dicit dominus. et mittam ei ordi
natores et stratores lagunculas: et
sternent eum et uasa eius exhaurient:
et lagenas eorum collident. Et confunde
tur moab a chamos: sicut confusa
est domus israel. a bethel in qua habe
bat fiduciam. Quomodo dicitis for
tes sumus: et uiri robusti ad preliandum:
Vastata est moab et ciuitates illius
ascenderunt: et electi iuuenes eius descen
derunt in occisionem: ait rex dominus exerci
tuum nomen eius. Prope est interitus
moab ut ueniat: et malum eius uelo
citer occurret nimis. Consolamini eum
omnes qui estis in circuitu eius: et u
niuersi qui scitis nomen eius. Dicite.

Quomo̅ confracta est uirga fortis: baculus gloriosus: Descende de gl'a. et sede in siti habitacio filie dybon: q̅m̅ vastator moab ascendet ad te. dissipabit municiones tuas. In via sta: et ꝓspice habitacio aroer. Interroga fugientem et eū qui euasit. Dic. Quid accidit: Confusus est moab: q̅m̅ victus est. Vlulate et clamate: annūciate in arnon. q̅m̅ uastata ē moab: et iudiciū uenit ad t̄ram campestrem sup̄ helon. et sup̄ iesa. et sup̄ mephat. et sup̄ dybon. et sup̄ nabo. et sup̄ domū deblathaim. et sup̄ cariathaim. et sup̄ bethgamul. et sup̄ bethmaon. et sup̄ carioth. et sup̄ bosra. et sup̄ omnes ciuitates terre moab que longe et que ꝓpe sunt. Abscisum ē cornu moab: et brachiū eius contritū est. ait dn̄s. Inebriate eū: q̅m̅ contra dn̄m erectus est. Et allidet manū moab in vomitu suo: et erit in derisum eciā ipe. Fuit eni̅ in derisum tibi isr'l: quasi int' fures repperisses eū. Ꝓter uerba ergo tua que aduersū illū locutus es: captiu' duceris. Relinquite ciuitates et h̄itate in petra habitatores moab: et estote q̄si columba indificans in sūmo ore foraminis. Audiuim' sup̄biam moab: sup̄bus est ualde. Sublimitatē eius ꝛ arrogancia̅ et sup̄biam et altitudinē cordis illius ego scio ait dn̄s: iactanciam eius. et qd̄ non sit iuxta eam u̅tus eius: nec iuxta qd̄ poterat conatus sit facē. Ideo sup̄ moab eiulabo: et ad moab vniu̅sam clamabo. ad uiros muri fictilis lamentantes. De planctu iazer plorabo tibi vinea sabama. Ꝓpagines tue transierūt mare: usq̄ ad mare iazer ꝑuenerūt. Sup̄ messem tuā et vindemiam tuam predo irruit. Ablata ē leticia et exultacio de carmelo. et de t̄ra moab: et vinū de torcularib̄ sustuli. Nequaq̄ calcator vue solitū celeuma cantabit. De clamore esebon usq̄ eleale et iesa. dederūt uocem suā: a segor usq̄ ad oronaim vitulam conternā tem. Aque quoq̄ nemrim pessime erunt. Et auferam de moab ait dn̄s offerentē in excelsis: et sacrificantē dijs eius. Ꝓterea cor meū ad moab quasi tybia eris sonabit: et cor meū ad viros muri fictilis dabit sonitū tybiar. Quia plus fecit q̄m potuit: id circo ꝑierūt. Omne eni̅ caput caluiciū: et omn̄is barba rasa erit. In cūctis manibus colligacio: et supra omē dorsum ciliciū. Sup̄ omn̄ia tecta moab. et ī plateis eius omn̄is planctus: q̅m̅ contriui moab sicut vas īutile ait dn̄s. Quomodo victa est. et ululauerūt: Quomo̅ deiecit ceruicem moab. et confus' est: Eritq̄ moab in derisū: et in exemplū omnib̄ in circuitu suo. Hec dicit dn̄s. Ecce quasi aquila euolabit: et extendet alas suas ad moab. Capta est carioth: et municiones ꝯprehense sunt. Et erit cor forciū moab in die illa: sicut cor mulieris ꝑturientis. Et cessabit moab eē ꝓpl's: q̅m̅ contra dominū gloriatus est. Pauor et fouea et laqueus. sup̄ te o habitator moab ait dn̄s. Qui fugerit a facie pauoris cadet in foueā: et qui conscenderit de fouea capietur laqueo. Adducā eni̅ sup̄ moab annū visitacionis eor̄ dicit dn̄s. In vmbra esebon steterunt de laqueo fugientes: quia ignis egressus est de esebon. et flāma de medio seon: et deuorabit ꝑtem moab. et verticem filior̄ tumultus. Ve tibi moab. peristi ꝓple chamos: quia comp̄hensi sunt filij tui et filie tue in captiuitatem. Et conu̅tam captiuitatem moab. ī nouissimis diebꝫ ait dn̄s. Huc usq̄ iudicia moab. Item ad filios āmon.

XLIX

Hec dicit dn̄s. Nūquid filij non sunt isr'l. aut heres non est ei: Cur igitur hereditate possedit melchom. gad et ꝓplus eius in vrbibus eius habitauit: Ideo ecce dies ueniūt dicit do

nunus: et audiui facaam sup rab
bach filioz amon sermoiu prelij. Et
erit in tumultu dissipata: filioz eius
igni succendent: et possidebit israel pos
sessores suos dicit dns. Vlulate ebo:
quia uastata est hay. Clamate filie
rabbach accingite uos cilicijs. plan
gite et circuite p sepes: quia melchom
in transmigracone ducetur: sacerdo
tes eius et principes eius simul. Quid
gloriaris in vallibus: defluxit val
lis tua filia delicata: que confidebas
in thesauris tuis et dicebas. Quis ue
niet ad me: Ecce ego inducam sup te ti
morem ait dns deus exercituum. ab oi
bus qui sunt in circuitu tuo: et dis
pergam singulu a conspectu uno: nec erit
qui congreget fugientes. Et post hec re
uertar et faciam captiuos filioz amon ad
ydumeam. Hec dicit dns exercituum. Nu
quid non est ultra sapiencia in theman:
Periit consiliu a filijs: iuuenis tra est
sapiencia eoz. Fugite terga uertite: des
cendite in uoraginem habitatores dedan:
quia pdicacionem esau addaxit sup eum
tempus visitacionis eius. Si vindemia
tores uenissent sup te: non reliquis
sent racemum. Si fures in nocte: rapu
issent qd sufficeret sibi. Ego uero dis
cooperui esau: reuelaui abscondita e
ius. et celari non potent. Vastatum e
semen eius. et fres eius et vicini eius:
et non erit. Relinque pupillos tuos.
ego eos faciam viuere: et vidue tue
in me sperabunt. Quia hec dicit dns.
Ecce quibz non erat iudicium ut bibe
rent calicem. bibentes bibent: et tu
quasi innocens relinquis: Non eris
innocens. Sz bibens bibes: quia p me
metipm iurauj dicit dns. qd in soli
tudinem et in obprobrium et in desertu
et in maledictionem erit bosra: et oes
ciuitates eius erunt in solitudines se
pituas. Auditu audiui a dno: et le
gatus ad gentes missus e. Congrega
mini et venite ad eam: et consurgam
in prlium. Ecce enim paruulum dedi te in gen
tibz: contemptibilem inter homines. Arro
gancia tua decepit te. et superbia cordis
tui: qui habitas in cauernis petre. et ap
prehendis nimis altitudinem collis. Cui
exaltauis quasi aquila nidum tuum: inde
detrahaam te dicit dns. Et erit ydumea
in desertu. Omnis qui transibit per eam
stupebit. et sibilabit sup omnes plagas
eius: sicuti subuersa est sodoma et gomor
ra et vicine eius. ait dns. Non habita
bit ibi uir: et non incolet eam filius
hominis. Ecce quasi leo ascendet de sup
bia iordanis ad pulchritudinem robus
tam: quia subito curre eum faciam ad
illam. Et quis erit electus. que ponam
ei: Quis enim similis mei: et quis sustu
linebit me: Et quis est iste pastor q
resistat vultui meo: Propterea audite co
silium dni qd iniit de edom. et cogitacio
nes eius quas cogitauit de habitatoribz
theman: si non detraxerint eos paruu
li gregis. nisi dissipauerint cum eis hiti
culum eoz. A uoce ruine eoz. commota
est terra. Clamor in mari rubro au
ditus est uocis eius. Ecce quasi aqui
la ascendet et euolabit: et expandet
alas suas sup bosram. Et erit cor for
tium ydumee in die illa qi cor mulieris
parturientis. Ad damascum. Confusa est
emath et arphat: quia audituj pessi
mum audierunt. Turbati sunt in mari:
sollicitudine quiescere non potest.
Dissoluta est damascus: uersa in fu
gam. Tremor apprehendit eam: angus
tia et dolores tenuerunt eam quasi p
turiente. Quomodo derelicta est ciuitas
laudabilem: urbem letitie: Ideo cadent
iuuenes eius in plateis eius: et omnes
uiri prelij conticescent in die illa ait
dns exercituum. Et succendam ignem
in muro damasci: et deuorabit mene
a benadab. Ad cedar et ad regna asor
que percussit nabuchodonosor rex ba
bilonis. Hec dicit dns. Surgite ascen

dite ad cedar: et uastate filios orientis.
Tabernacula eor et greges eor capi
ent: pelles eorū et omnia uasa eor. et
camelos eorū tollent sibi: et uocabūt
sup eos formidinē in circuitu. fugite
abite uehementer: in uoragnubz sede
te qui habitatis ador ait dns. Iunxit ei
contra uos nabuchodonosor rex ba
bilo uis consiliū: et cogitauit ad
uersū uos cogitationes. Consurgi
te et ascendite ad gentē quietā. et ha
bitantē confidenter ait dns. Non ob
tas non portes eis: soli habitant. Et
erūt cameli eor in direptionem. et mul
titudo iumentor in prdam. Et dispgā
eos in omnē uentū qui sunt attonsi
in comā: et ex omni confinio eor adduc
am interitū sup eos ait dns. Et erit
ador in hñitaculum draconū: deserta us
q; in eternū. Non manebit ibi uir: nec
incolet eam filius hominis. Qd fuit es
uerbū dni ad ieremiā pphetam adu
sum elam in principio regni sedechie
regis iuda dicens. Hec dicit dns exerci
tuū. Ecce ego confringam arcū elā.
summā fortitudinē eor: et inducā sup
elam quatuor uentos a quatuor pla
gis celi. et uentilabo eos in omnes ue
tos istos: et nō erit gens ad quam nō p
ueniant profugi elam. Et pauē facā
elam coram inimicis suis: et in con
spectu querentiū aiam eor. Et adducā
sup eos malū: iram furoris mei dicit
dns. Et emittā post eos gladiū: donec
consumā eos. Et ponam solū meū
in elam: et prdam inde reges et prin
pes ait dns. In nouissimis autē die
bus: reuertī facam captiuos elam
dicit dns.

Verbū qd locutus est dns de
babilone: et de terra chaldeo
rū in manu ieremie pphete. Annūcia
te in gentibz: et auditū facite. Leua
te signū: prdicate et nolite celare. Di
cite. Capta est babylon. confusus e
bel: victus est marodach. Confusa sc
sculptilia eius. fracta sūt ydola eor:
qui ascendit contra eam gens ab a
quilone. que ponet terrā eius in so
litudinē: et non erit qui habitet in
ea ab homine usq; ad pecus. Et mo
uti sunt: et abierūt. In diebus illis. In
tempe illo ait dns: uenient filij isrl.
ipi et filij iuda simul. Ambulantes et
flentes pgredientur: et dnm deū suum
querent in syon: nouogabunt viam.
huc facies eor uenient: et apponent
ad dnm fedus sempiternū. qd nulla obli
uione delebitur. Grex pditus fuit es
pplus meus: pastores eor seduxerunt
eos: montesq; uagari in montibz. De
monte in collem transierūt: oblti sūt
cubilis sui. Omnes qui inuenerūt come
derūt eos: et hostes eor dixerūt. nō pec
camus: p eo qd peccauerūt dno decu
bilis iustitie. et expectatiōi patrū eor dno.
Recedite de medio babylonis. et de ter
ra chaldeor egredimini. et estote q̄si he
di ante gregem: quia ecce ego suscitabo et
adducam in babylonē congregatio
nem gentiū magnarū de terra aquilonis:
et pparabuntur aduersū eam. et inde ca
pietur. Sagitte eius quasi uiri fortis
interfectoris: non reuertetur uacua.
Et erit chaldea in prdam: omnes vasta
tes eam replebūtur ait dns. Quia ex
ultatis et magna loquimini diripientes
hereditatem meam: quia effusi estis si
cut uitulꝰ super herbam: et mugitis
ut tauri. Confusa est mater vestra ni
mis: et adequata pulueri q genuit
uos. Ecce nouissima erit in gentibus:
et deserta inuia et arens. Ab ira enim
dni non habitabitur: sed redigetur to
ta in solitudinē. Omnis qui transibit
p babilonē stupebit: et sibilabit sup
uniuersis plagis eius. pparate contra
babilonē p circuitū: omnes qui intē
ditis arcū. debellate eam. Non par
catis iaculis: quia dno peccauit. Cla
mate aduersus eam: ubiq; dedit ma
nū. Ceciderūt fundamenta eius: dei

truci sunt unus eius: qñ ulao dñi
est. Vlaonē accipite de ea: sicut fecit
facite ei. Dispdite satoream de babilo
ne. et reuertetur ad locum suum: et
sis: facie a gladij columbe. Vnusquis
qz ad ppīm suū cōuertetur: et singulu
ad ānam suā fugient. Grex dispsus
isrl': leones eiecerūt eum. Primus co
medit eū rex assur: iste nouissimus
cossauit eum nabuchodonosor rex
babilonis. Propēa hec dicit dñs exer
cituū deus isrl'. Ecce ego visitabo re
gem babilonis et terram eius sicut vi
sitaui regem assur: et reducam isrl'
ad habitaculū suū: et pascetur car
melus et basan: in monte effraym et
galaad saturabitur āima eius. In
diebz illis et in tempe illo ait dñs q̄
retur iniquitas isrl' et non erit: et
pcām iuda et non inuenietur: qñ ppi
cius ero eis quos reliquero. Sup ter
ram duplicē ascende: et sup habita
tores eius visita. Dissipa et interfice.
que post eos sunt ait dñs: et fac iux
ta oīa que pcepi tibi. Vox belli in
terra. et contrito magna. Quomō
confractus est et conquassatus malleus
vniuerse tre: Quomō uersa est in de
sertū babylon in gentibz: Laqueū
ui te et capta es babylon: et nesciebas.
Inuenta es et apprehensa: qñ dñm pro
uocasti. Aperuit dñs thesaurū suum.
et protulit uasa ire sue: qñ opus est do
mino deo exercituū in terra chaldeoz.
Venite ad eam ab extremis finibz: a
pite ut exeant qui conculcent eam.
Tollite de via lapides et redigite in a
cernos: et interficite eam: nec sit quic
qñ reliquū. Dissipate vniuersos fo
tes eius: descendant in occisionē. Ve
eis quia uenit dies eoz: tempus vi
sitationis eoz. Vox fugientiū et eoz
qui euaserūt de tra babilonis: ut ā
nūcient in syon ulaonē dñi dei nri.
vlaonē templi eius. Annūciate ba
bilonem plurimis: omnibz qui ten
dunt arcū. Consistite adūsū eam p
gyrū: et nullus euadat. Reddite ei
secundū opus suū: iuxta oīa que
fecit. facite illi: quia contra dñm ero
ta est adūsum sanū isrl'. Idcō cadent
iuuenes eius in plateis eius: et oīs
uir bellatores eius conticescent in di
e illa ait dñs. Ecce ego ad te [illegible] sup
be dicit dñs deus exercituū: [illegible] quia
uenit dies tuus tempus visi[illegible]tionis tue. Et cadet superbus et corruet: e
non erit qui suscitet eum. Et succen
dam ignem in urbibz eius: et deuora
bit oīa in circuitu eius. Hec dicit
dñs exercituū. Calūpniam sustinue
filij isrl'. et filij iuda simul. Omnes qui
ceperūt eos tenuerūt: noluūt dimittere eos.
Redemptor eoz fortis: dñs exercituū
nomen eius. Iudicio defendet causā
eoz: ut exterreat terram et conuocet
habitatores babilonis. Gladius ad
chaldeos ait dñs: et ad habitatores babi
lonis. et ad principes et ad sapientes
eius. Gladius ad diuinos eius. et stul
ti erūt. Gladius ad fortes eius: qui
timebūt. Gladius ad equos et ad cur
rus eius. et ad omne vulgus qd est in
medio eius: et erūt quasi mulieres.
Gladius ad thesauros eius: qui dis
pientur. Siccitas sup aquas eius et
arescent: quia terra sculptiliū est.
et in portentis gloriant. Propēa habita
dracones cum fatuis struthionibz: et ha
bitabunt in ea struciones. Et nō in
habitabitur ultra usqz ad sempiter
nū: nec edificabitur usqz ad generatio
nem et generationē: sicut subuerti
deus sodomā et gomorram. et vici
nas eius ait dñs. Non habitabit i
bi vir: nec inquilinus habitet eam filius hoīs.
Ecce populus uenit ab aquilone et gēs
magna: et reges multi consurgent
a finibz terre. Arcū et scutū apprehen
dent: crudelis est et inmisericors est.
Vox eoz quasi mare sonabit: et su
per equos ascendent sicut vir pa

ad pluū. contra te filia babylon. Au
diuit rex babylonis famam eor: et
dissolute sunt manus eius. Angustia
a apprehendit eū: dolor quasi pturi
entem. Ecce quasi leo ascendit de superbi
a iordanis ad pulchritudinē robustā:
quia subito curre eum faciam ad illā.
Et quis erit electus quem ponam ei?
Quis enī similis mei? et quis sustine
bit me? Et quis est iste pastor qui re
sistat vultui meo? Propter audite con
silium dñi qđ mente concepit adūsum
babilonē: et cogitationes eius quas
cogitauit sup terrā caldeor. Nisi de
traxerint eos paruli gregū: nisi dissi
patū fuerit cum ipis habitaculū eor.
A voce captiuitatis babylonis commota
est terra: et clamor inter gentes auditus e.
Hec dicit dñs. Ecce
ego suscitabo sup babilonem
et sup habitatores eius. q̄ cor
surū leuauerunt contra me quasi ue
tum pestilentē: et mittā in babilonē
ventilatores. et ventilabūt eam et de
molientur terram eius: quī uenerunt
sup eam undiq; in die afflictionis e
ius. Non tendat qui tendit arcū suū:
et non ascendat loricatus. Nolite p
cere iuuenibz eius: interfite omnem
militiā eius. Et cadent interfecti in ter
ram caldeor. et vulnerati in regioni
bus eius: quī non fiunt viduatus is
rahel. et iuda a deo suo dño exercituū
um. Terra autem eor repleta ē delic
to a sco isrl. Fugite de medio babylo
nis: ut saluet vnusquisq; aiam suā.
Nolite tacē sup iniquitates eius: qñ
tempus ultionis est dño: uicissitudi
nem ipe retribuet ei. Calix aureus ba
bylon in manu dñi: inebrians omnē
terrā. De vino eius biberūt gentes: et
ideo cōmouent sunt. Subito cecidit ba
bylon: et contrita est. Ululate sup eā:
tollite resinam ad dolorem eius. si for
te sanetur. Curauim⁹ babylonē: et
non est sanata. Derelinquam⁹ eā et

eam⁹ vnusquisq; in terram suā: quī p
uenit usq; ad celos iudicium eius: et ele
uatū est usq; ad nubes. Protulit dñs
iustitias nostras: uenite et enarrem⁹
in sion opus dñi dei nri. Acuite sagit
tas: implete pharetras. Suscitauit
dñs spīm regum medor: et contra ba
bilonē mentis eius ut pdat eam: quī
ultio dñi est. ultio templi sui. Super me
dium contra babilonem a dño suscita
tus est. Sup muros babilonis leuate
signū. augete custodiam. leuate
custodes. ppate insidias: quia cogita
uit dñs et fecit quecūq; locutus est cō
tra habitatores babilonis. Que habi
tas sup aquas multas locuples i the
sauris: uenit finis tuus pedalis pā
sionis tue. Juravit dñs exercituum
p aniam suam: quī replebo te homī
bus quasi bruchо: et sup te celeuma
cantabitur. Qui fecit terrā in fortī
tudine sua: et ppauit orbem in sapi
entia sua: et prudentia sua extendit
celos. Dante eo uocem: multaplica
buntur aque in celo. Qui leuat nubes
ab extremo terre. fulgura in pluuiā
fecit: et pduxit ventū de thesauris su
is. Stultus factus est omnis homo a scie
tia: confusus ē omnis conflator i scalp
tili: quia mendax conflatio eius. nec
est spūs in eis. Vana sūt opa et risu
digna: in tempe visitationis sue pi
bunt. Non sicut hec pars iacob: qđa
qui fecit omnia ipe est. et isrl sceptrū
hereditatis eius. dñs exercituū no
men eius. Collidis tu mihi vasa belli.
et ego collidam in te gentes. et disp
dam in te regna: et collidam in te e
quū et equitem eius: et collidam in
te curruū et ascensorem eius. Et colli
dam in te virū et mulierē: et collidā
in te senē et puerū. Et collidam in te
iuuenem et virginē: et collidam i te
pastorē et gregem eius. Et collidam
in te agricolā et iugales eius: et col
lidam in te duces et magistrat⁹. Et

IHE

reddam babyloni et cunctis habita
toribꝫ caldee omne malum suum quod fece
runt in syon in oculis vestris ait dominus.
Ecce ego ad te mons pestifer ait do
minus: qui corrumpis universam terram.
Et extendam manum meam super te.
et euoluam te de petris: et dabo te in
montem combustionis. Et non tollent
de te lapidem in angulum. et lapidem
in fundamenta: sed perditus in eternum
eris ait dominus. Leuate signum in terra.
clangite bucina in montibus: sanctifica
te super eam gentes: annunciate contra
illam regibus ararath menni et a
schenez. Numerate contra eam thap
sar: adducite equum quasi brucum acu
leatum. Sanctificate contra eam gentes.
reges medie duces eius. et universos
magistratus eius: cunctamque terram
potestatis eius. Et commouebitur terra
et turbabitur: quia euigilauit con
tra babilonem cogitacio domini: ut po
nat terram babylonis desertam et inha
bitabilem. Cessauerunt fortes babilo
nis a prelio: habitauerunt in presidiis.
Deuoratum est robur eorum: facti sunt quasi
si mulieres. Incensa sunt tabernacu
la eius: contriti sunt uectes eius.
Currens obuiam currenti ueniet.
et nuncius obuius nuncianti: ut an
nunciet regi babilonis quia capta
est ciuitas eius. a summo usque ad sum
mum: et vada preoccupata sunt. et pa
ludes incense sunt igni. et viri bel
latores conturbati sunt. Quia hec di
cit dominus exercituum deus israel. Filia ba
bylon quasi area. tempus triture
eius: adhuc modicum. et ueniet tem
pus messionis eius. Comedit me
deuorauit me nabuchodonosor rex
babylonis: reddidit me quasi vas
inane. Absorbuit me quasi draco:
repleuit ventrem suum teneritudine
mea. et eiecit me. Iniquitas aduersum
me. et caro mea super babilonem
dicit habitacio syon: et sanguis me

us super habitatores caldee dicit ihe
rusalem. Propterea hec dicit dominus. Ecce
ego iudicabo causam tuam. et ulciscar
ulcionem tuam: et desertum faciam mare
eius: et siccabo venam eius. Et erit ba
bylon in tumulos. habitacio draconum.
stupor et sibilus: eo quod non sit habita
tor. Simul ut leones rugient: excu
cient comas uelut catuli leonum. In
calore eorum ponam potus eorum: et inebri
abo eos ut sopiantur et dormiant sop
num sempiternum: et non consurgant di
cit dominus. Deducam eos quasi agnos ad
victimam: quasi arietes cum hedis. Quo
modo capta est sesach. et comprehensa est
inclita universe terre: Quomodo facta
est in stuporem babylon inter gentes:
Ascendit super babilonem mare: multi
tudine fluctuum eius operta est. Facte
sunt ciuitates eius in stuporem: terra
inhabitabilis et deserta: terra in qua
nullus habitet. nec transeat per eam fili
us hominis. Et visitabo super bel in ba
bilone: et eiciam quod absorbuerat de o
re eius: et non confluent ad eum ultra
gentes. Siquidem et murus babilonis
corruet. Egredimini de medio eius populus
meus. ut saluet unusquisque animam
suam ab ira furoris domini: et ne forte
mollescat cor vestrum et timeatis audi
tum qui audietur in terra. Et ueniet
in anno audicio: et post hunc annum
audicio. et iniquitas in terra: et dominator
super dominatorem. Propterea ecce dies ueni
unt et visitabo super sculptilia babilo
nis: et omnis terra eius confundetur: et u
niuersi interfecti eius cadent in medio eius.
Et laudabunt super babilonem celi et ter
ra et omnia que in eis sunt: quia ab
aquilone uenient ei predones ait dominus.
Et quomodo fecit babylon ut caderent
occisi in israel: sic de babilone cadent
occisi in universa terra. Qui fugistis
gladium. uenite: nolite stare. Recorda
mini procul domini: et ihrlm ascendat super
cor vestrum. Confusi sumus: quoniam audiuimus

obprobriū. Operuit ignominia facies
nr̄as: quia uenerūt alieni sup̄ sc̄ifica
cionem domus dn̄i. Ꝓpterea ecce dies ue
niūt ait dn̄s. et visitabo sup̄ sculptili
a eius: et in omni t̄ra eius mugiet vul
neratus. Si ascenderit babylon in ce
lū. et firmauerit in excelso robur suū:
a me uenient vastatores eius. ait do
minus. Vox clamoris de babilone et
contricio magna de t̄ra chaldeor̄: qm̄
vastauit dn̄s babylonē. et ꝑdidit ex ea
uocē magnā: et sonabūt fluctus eorū
quasi aque multe. Dedit sonitū vox
eor̄: quia venit sup̄ eam id est sup̄ ba
bilonem ꝑdo: et apprehensi sūt fortes
eius. et emarcuit arcus eor̄: quia for
tis ultor dn̄s reddens retribuit. Et in
ebriabo principes eius et sapientes e
ius. duces eius et magistratus eius ⁊
fortes eius: et dormient sompnū sem
piternū. et non exꝑgiscent̄ ait rex: dn̄s
exercituū nomen eius. Hec dicit dn̄s
exercituū. Murus babylonis ille al
tissimus suffossione suffodietur: et
porte eius excelse igni ꝯburent̄: et la
bores ꝓplor̄ ad nichilū. et genciū in ig
nem erunt. et disꝑibūt. Verbū qd̄ ꝑce
pit ieremias ꝓphetes saraie filio nerie
filij maasie cū ꝑgeret cū sedechia rege
in babylonē: in anno quarto regni e
ius. Saraias autē erat princeps ꝓphe
cie. Et scripsit ieremias omē malū qd̄
uenturū erat sup̄ babylonē in libro v
no: omnia uerba hec que scripta sūt cō
tra babilonē. Et dixit ieremias ad sa
raiam. Cum veneris in babylonē et
videris et legeris omnia uerba hec dices:
Dn̄e tu locutus es contra locū istū ut
disꝑderes eum. ne sit qui in eo habitet
ab homine usq̄ ad pecus: et ut sit ꝓpetu
a solitudo. Cumq̄ compleueris legere
librū istū: ligabis ad eum lapidem. et
ꝓicies illū in medio eufraten. et dices.
Sic submergetur babylon: et nō ꝯsur
get a facie afflictionis. quā ego addu
co sup̄ eam et dissoluetur. Hucusq̄ uer

ba ieremie. LII

Filius viginti et vnius ānī se
dechias cū regnare cepisset: et
vndecim annis regnauit ī ihe
rusalem: et nomē matris eius ami
tal. filia ieremie de lobna. Et fecit malū
in oculis dn̄i iuxta omnia que fecerat
ioachim: qm̄ furor dn̄i erat in iheru
salem et in iuda usq̄quo ꝓiceret eos
a facie sua. Et recessit sedechias a rege
babylonis. Factū est autē in anno no
no regni eius in mense decimo. decima
mensis venit nabuchodonosor rex ba
bylonis. ipe et omnis exercitus eius ad
uersū ihrlm. et obsederūt eam: et edifi
cauerunt contra eam municiones in
circuitu. Et fuit ciuitas obcessa usq̄
ad vndecimū annū regni sedechie.
Mense autē q̄rto nona mensis obti
nuit fames in ciuitate: et non erant
alimenta ꝓplo terre. Et dirupta ē ciui
tas. et omnis viri bellatores eius fuge
rūt: et exierūt de ciuitate nocte ꝑ viā
porte que est inter duos muros et du
cit ad ortū regis. caldeis obsidentibus
urbem in gyro: et abierunt ꝑ viā que
ducit in heremū. Ꝑsecutus est autem
exercitus chaldeor̄ regem: et apꝓhen
derūt sedechiam in deserto qd̄ est iuxta
ihericho: et omnis comitatus eius dif
fugit ab eo. Cumq̄ cōprehendissent
regem. adduxerūt eū ad regē babylo
nis in reblata que est in terra emach:
et locutus est ad eum iudicia. Et iu
gulauit rex babylonis filios sedechie
in oculis eius. Sed et omnes principes
iuda occidit in reblata: et oculos sede
chie eruit. et vinxit eū cōpedibꝫ. Et ad
duxit eū rex babylonis in babylonem:
et posuit eum in domū carceris usq̄
ad diem mortis sue. In mense autē
q̄nto decīa mensis. ipe est ānus non⁹
decim⁹ nabuchodonosor regis babilo
nis. venit nabuzardan princeps mi
licie q̄ stabat coram rege babilonis ī
ihrlm. et incendit domū dn̄i et domū

regis: et omnes domos ihrlm. et om
nem domum magnam igne combussit: et
totum murum ihrlm per circuitum destruxit
cunctus exercitus caldeorum qui erat cum
magistrato milicie. De pauperibus autem
populi et de reliquo vulgo quod remanse
rat in ciuitate. et de profugis qui trans
fugerant ad regem babylonis: et ce
teros de multitudine transtulit nabu
zardan princeps milicie. De pauperi
bus uero terre reliquit nabuzardan
princeps milicie vinitores et agricolas.
Columpnas quoque ereas que erant in
domo domini et bases et mare ereum quod
erat in domo domini. confregerunt caldei:
et tulerunt omne es eorum in babilonem. et
lebetes. et creagras. et psalteria et phi
alas. et mortariola et omnia uasa ere
a que in ministerio fuerant tulerunt:
et ydrias et tymiamateria et urceos
et pelues et candelabra et mortaria et
cyatos. Quotquot aurea aurea et quot
quot argentea argentea tulit magister
milicie: columpnas duas et mare unum:
vitulos duodecim ereos qui erant sub ba
sibus quas fecerat rex salomon in do
mo domini. Non erat pondus eris omnium
uasorum horum. De columpnis autem. decem
et octo cubiti altitudinis erant in colump
na una: et funiculus duodecim cubitorum
circuibat eam. Porro grossitudo eius
quatuor digitorum: et intrinsecus caua
erat: et capitella super utramque erea. Alti
tudo capitelli unius. quinque cubitorum.
Et reciacula et malagranata centum
reciaculis circumdabantur: et reciacula
et malagranata nonaginta et sex de
pendencia: et omnia malagranata cen
tum reciaculis circumdabantur. Et tulit
magister milicie saraiam sacerdotem pri
mum. et sophoniam sacerdotem secundum:
et tres custodes uestibuli. Et de ciuita
te tulit eunuchum unum qui erat preposi
tus super viros bellatores. et septem vi
ros de hiis qui videbant faciem regis qui
inuenti sunt in ciuitate. et scribam prin

cipem militum qui probabat tyrones: et
sexaginta viros de populo terre. qui inuen
ti sunt in medio ciuitatis. Tulit autem
eos nabuzardan magister milicie: et
duxit eos ad regem babylonis in reb
lata. Et percussit eos rex babylonis: et
interfecit eos in reblata in terra emach. Et
translatus est iuda de terra sua. Iste est
populus quem transtulit nabuchodonosor.
In anno septimo: iudeos tria milia. vi
ginti tres. In anno octauodecimo nabu
chodonosor transtulit de ihrlm animas
octingentas triginta duas. In anno
vicesimo tercio nabuchodonosor transtulit
nabuzardan magister milicie iudeorum ani
mas septingentas quadraginta quinque.
Omnes ergo anime quatuor milia sexcente.
Et factum est in tricesimo septimo anno trans
migracionis ioachim regis iuda duo
decimo mense vicesima quinta mensis
eleuauit euilmerodach rex babilonis
ipso anno regni sui caput ioachim re
gis iuda. et eduxit eum de domo carceris:
et locutus est cum eo bona. Et posuit thro
num eius super thronos regum qui erant pro
se in babilone: et mutauit uestimen
ta carceris eius. Et comedebat panem
coram eo semper cunctis diebus vite sue: et
cibaria eius perpetua dabantur ei a rege
babilonis. statuta per singulos dies us
que ad diem mortis sue. cunctis diebus
vite eius. Explicit ihremias propheta

Incipiunt lamentaciones ihremie prophete.

Quomodo sedet Aleph.
sola ciuitas plena po
pulo: facta est quasi vidu
a domina gencium: princeps
prouinciarum facta est sub
tributo. Beth. Plorans
plorauit in nocte: et lacrime eius in mar
illis eius. Non est qui consoletur eam:
ex omnibus caris eius. Omnes amici e
ius spreuerunt eam: et facti sunt ei inimici.
Gymel. Migrauit iuda propter afflicti
onem et multitudinem seruitutis: ha

bitauit inter gentes: nec inuenit requiem.
Omnes persecutores eius apprehenderunt
eam inter angustias. Deleth Vie syon
lugent: eo quod non sint qui ueniant ad
solempnitatem. Omnes porte eius destruc
te: sacerdotes eius gementes. uirgines eius
squalide: et ipsa oppressa amaritudine.
He Facti sunt hostes eius in capite: ini
mici eius locupletati sunt: quia dominus
locutus est super eam propter multitudi
nem iniquitatum eius. Puuli eius duc
ti sunt in captiuitatem: a facie tribu
lantis. Vau Et egressus est a filia sy
on omnis decor eius. Facti sunt principes
eius uelut arietes. non inuenientes pas
cua: et abierunt absque fortitudine. an
te faciem subsequentis. Zay. Et recor
data est ihrlm dierum afflictionis sue
et preuaricationis omnium desiderabilium su
orum: que habuerat a diebus antiquis
cum caderet populus eius in manu hostili.
et non esset auxiliator. Viderunt eam
hostes: et deriserunt sabbata eius. Heth
Peccatum peccauit ihrlm: propterea instabilis
facta est. Omnes qui glorificabant eam
spreuerunt illam: quoniam viderunt ignomi
niam eius. Ipsa autem gemens: et con
uersa retrorsum. Theth. Sordes eius in
pedibus eius: nec recordata est finis su
i. Deposita est uehementer: non habens
consolatorem. Vide domine afflictionem
meam: quoniam erectus est inimicus. Joth
Manum suam misit hostis ad omnia
desiderabilia eius: quia vidit gentes
ingressas sanctuarium suum: de quibus precepe
ras ne intrarent in ecclesiam tuam. Caph
Omnis populus eius gemens: et querens
panem. Dederunt preciosa queque pro cibo
ad refocillandam animam. Vide domine. con
sidera: quoniam facta sum vilis. Lamed O vos
omnes qui transitis per viam. attendi
te et videte si est dolor sicut dolor meus:
quoniam vindemiauit me. ut locutus est do
minus in die ire furoris sui. Mat De ex
celso misit ignem in ossibus meis: et eru
diuit me. Expandit rethe pedibus me

is: conuertit me retrorsum. Posuit me
desolatam: tota die merore confectam.
Num Vigilauit iugum iniquitatum me
arum in manu eius: conuolute sunt et im
posite collo meo. Infirmata est uirtus
mea: dedit me dominus in manu de qua
non potero surgere. Samech Abstulit
omnes magnificos meos dominus de medi
o mei: uocauit aduersum me tempus.
ut conteret electos meos. Torcular cal
cauit dominus virgini filie iuda. Ayn Idcir
co ego plorans et oculus meus dedu
cens aquam: quia longe factus est a
me consolator. conuertens animam meam.
Facti sunt filii mei perditi: quoniam inualuit in
imicus. Phe. Expandit syon manus
suas: non est qui consoletur eam. Man
dauit dominus aduersum iacob: in circuitu
eius hostes eius. Facta est ihrlm qua
si polluta menstruis inter eos. Sade
Iustus est dominus: quia os eius ad iracun
diam prouocaui. Audite obsecro uniuer
si populi: et uidete dolorem meum. Virgines
mee et iuuenes mei abierunt in capti
uitatem. Coph Vocaui amicos me
os: et ipsi deceperunt me. Sacerdotes me
i et senes mei in urbe consumpti sunt:
quia quesierunt cibum sibi ut refocilla
rent animam suam. Res Vide domine
quoniam tribulor: venter meus conturba
tus est. Subuersum est cor meum in me
metipsa: quoniam amaritudine plena sum.
Foris interfecit gladius: et domi mors
similis est. Sen Audierunt quia ingemis
co ego: et non est qui consoletur me. Om
nes inimici mei audierunt malum meum:
letati sunt quoniam tu fecisti. Adduxisti diem
consolacionis: et fient similes mei.
Thau. Ingrediatur omne malum eorum
coram te: et deuindemia eos sicut vin
demiasti me propter iniquitates meas.
Multi enim gemitus mei: et cor meum
merens. Aleph.

Quomodo obtexit caligine in fu
rore suo dominus filiam syon: pro
iecit de celo terram inclitam is

rahel. et non est recordatus scabelli
pedū suoꝝ in die furoris sui. Beth. P
cipitauit dn̄s nec pepcit omnia specio
sa iacob: destruxit in furore suo mu
niciones v̄ginis iuda. deiecit in t̄ram.
polluit regnū et principes ei⁹. Gymel
Confregit in ira furoris sui omne cor
nu isrl'. auertit retrorsū dexterā suam
a facie inimici: et succendit in iacob q̄
si ignē flāme deuorantis in gyro. De
lech. Tetendit arcū suū quasi inimic⁹:
firmauit dexterā suam quasi hostis:
et occidit omne qd̄ pulchrū erat visu
in tabernaculo filie syon: effudit qua
si ignē indignacionē suam. He Factus
est domin⁹ uelut inimicus: p̄cipitauit
isrl'. Precipitauit omnia menia eius:
dissipauit municiones eius: et reple
uit in filia iuda humiliatū et humilia
tam. Vau Et dissipauit quasi ortum
tentoriū suū: demolitus ē tabernaculū
suū. Obliuioni tradidit dn̄s in syon
festiuitatem et sabb'm: et obprobrio
in indignacione furoris sui. regem
et sacerdotē. Zay Reppulit dn̄s altare
suū: maledixit sc̄ificacioni sue: tradi
dit in manu inimici muros turriū ei⁹.
Vocē dederūt in domo dn̄i: sicut in die
solempni. Heth Cogitauit dn̄s dissi
pare murū filie syon. tetendit funicu
lū suū: et non auertit manū suā a p
dicione. Luxitq; antemurale: et mur⁹
pariter dissipatus est. Theth Defixe sūt
in terra porte eius: pdidit et contriuit
uectes eius. regem eius. et principes
eius in gentibz. Non est lex: et pphete
eius non inuenerūt visionē a dn̄o. Joth
Sederūt in t̄ra conticuerūt senes filie
syon: conspserūt cinere capita sua. vir
gines ihrlm. Accincti sūt ciliciis: abie
cerūt in t̄ra capita sua. uirgines iuda.
Caph. Defecerunt p̄ lacrimis oculi mei:
conturbata sunt viscera mea. Effusū
est in t̄ra iecur meū sup contricione fi
lie ppli mei: cū deficeret puulus et lactās
in plateis oppidi. Lamed. Matribus

suis dixerūt ubi est triticū et vinū: cū
deficerent quasi vulnerati in plateis ci
uitatis: cū exalarent animas suas in
sinu matrū suaꝝ. Mem Cui cōparabo
te. uel cui assimulabo te filia ihrlm:
Cui exequabo te ⁊ cōsolabor te virgo
filia syon: Magna enī uelut mare cō
tricio tua. Quis medebitur tui: Num
pphete tui viderūt tibi falsa et stulta:
nec apiebant iniquitatē tuā ut te ad
penitenciā puocarent. Viderūt autem
tibi assūpciones falsas et eiectiones.
Samech. Plauserūt sup te manibus
omnes transeūtes p viam: sibilauerūt
et mouerūt caput suū sup filiā ihrlm.
Hecine est urbs dicentes. pfecti decoris.
gaudiū vniuse t̄re: Ayn. Aperuerūt su
per te os suū omnes inimici tui: sibilaue
runt et fremuerūt dentibz et dixerunt
deuorabim⁹. En ista ē dies quā expec
tabamus: inuenim⁹ vidim⁹. Phe Fecit
dn̄s que cogitauit: compleuit sermonē
suū quē p̄cepat a diebz antiquis. Des
truxit et non pepcit: et letificauit sup
te inimicū: exaltauit cornu hostiū tuoꝝ.
Sade Clamauit cor eoꝝ ad dn̄m: sup
muros filie syon. Deduc quasi torren
tem lacrimas p diem et noctē. Nō des
requiē tibi: neq; taceat pupilla oculi
tui. Coph Consurge lauda in nocte: in
principio vigiliaꝝ. Effunde sicut aq̄
cor tuū: ante conspcm̄ dn̄i. Leua ad eū
manus tuas pro aīa puuloꝝ tuoꝝ: q̄
defecerūt in fame in capite oīm cōpito
rum. Res Vide dn̄e et considera: quem
vindemiauis ita. Ergo ne comedent
mulieres fructū suū. puulos ad mensu
ram palme: si occiditur in sc̄uario dn̄i.
sacerdos et ppheta: Sen Iacuerūt ī t̄ra
foris puer et senes: uirgines mee et iu
uenes mei ceciderūt in gladio. Interfe
cisti in die furoris tui: pcussisti nec mi
sertus es. Thau Vocasti q̄si ad diē solep
nem q̄ terrerēt me de circuitu: et nō fu
it in die furoris dn̄i q̄ effugeret et relin
queretur. Quos educaui ⁊ enutriui:

M I H d

inimicus meus gl̃iplic eos. Aleph.
Ego vir videns pau
pertatem meã: in virga indig
nationis eius. Aleph Me mi
nauit: et adduxit in tenebris et non
in lucẽ. Aleph Tantũ in me vertit:
et cõuertit manũ suam tota die. Beth
Vetustauit carnẽ meam et cor
nem meã: contriuit ossa mea. Beth.
Ædificauit in gyro meo: et circũdedit
me felle et labore. Beth In tenebrosis
collocauit me quasi mortuos sempi
ternos. Gymel Circũædificauit adu
sũ me ut non egrediar: aggrauauit
pedem meũ. Gymel Sed et cũ clamo
uero et rogauero: excluſit oracionem
meã. Gymel Conclusit vias meas la
pidibꝫ quadris: semitas meas subuer
tit. Delech Vrsus insidians factus est
mi leo in abscondicis. Delech Semitas
meas subuertit et confregit me: posuit
me desolatam. Delech Tetendit arcum
suũ: et posuit me qsi signũ ad sagit
tam. He Misit in renibꝫ meis filias
pharetre sue. He Factus sum in derisum
omni pplo meo: canticũ eor tota die.
He Replevit me amaritudinibꝫ: inebri
auit me absinthio. Vau Et fregit
ad nichilum dentes meos: cibauit me cine.
Vau Et repulsa ẽ aĩa mea: obliti sũ
bonor. Vau Et dixi. Perit finis meus.
et spes mea a dño. Zay Recordare pau
pertatis et trãsgressionis mee: absinthij
et fellis. Zay Memoria memor erõ: et
tabescet in me aĩa mea. Zay Hoc re
colens in corde meo: ideo sperabo. Heth
Misericordie dñi quia non sumꝰ con
sũpti: quia non defecerunt miserati
nes eius. Heth Noui diluculo: mul
ta est fides tua. Heth Pars mea dñs
dixit aĩa mea: propter̃ expectabo eum.
Theth Bonus est dñs sperantibꝫ in eũ:
aĩe quẽ querẽti illũ. Theth Bonũ ẽ pstolari cũ si
lẽtio salutare dñi. Theth Bonũ ẽ cui cũ por
tauit iugũ ab adolescẽcia sua. Joth Sedebit
solitari et tacebit: quia leuabit se sup se. Joth Ponet
in puluere os suũ: si forte sit spes. Joth
Dabit percutienti se maxillam: satura
bitur obprobrijs. Caph Quia nõ re
pellet in sempiternũ dñs. Caph Quia
si abiecit: et miserebitur secũdm multa
tudinẽ miserationũ suarũ. Caph Nõ enĩ
humiliauit ex corde suo: et abiecit filios
hoĩm. Lamed Vt conterat sub pedi
bus suis: omnes vinctos terre. Lamed.
Vt declinaret iudiciũ viri: in conspec
tu vultus altissimi. Lamed Vt pver
teret hoĩem in iudicio suo: dñs ignorauit. Men Quis ẽ iste qui dixit ut
fieret: dño non iubente: Men Ex ore
altissimi nõ egredietur nec bona nec
mala: Men Quid murmurauit hõ
vivens: vir pro pcis suis: Num Scru
temur vias nras: et quiramus. et re
uertamur ad dñm. Num Leuemus corda
nra cũ manibꝫ ad dñm in celos. Nũ
Nos inique egimus: et ad iracundiã
pvocauimus? ideo tu inexorabilis
es. Samech Opposuisti in furore et per
sisti nos: occidisti nec pepercisti. Samech
Opposuisti nubem tibi: ne trãseat orõ.
Samech Eradicationẽ et abiectionẽ
posuisti me in medio pplorũ. Ayn Oculus meus afflictus ẽ nec tacuit: eo qd
non est requies. Ayn Donec respiciat
et videat dñs de celis. Ayn Oculus me
us depredatus est aĩam meam: in cũc
tis filiabꝫ urbis mee. Phe Aperuerunt
sup nos os suũ. omnes inimici. Phe Formi
do et laqueus facta est nobis: vastatio
nacio et contricio. Phe Diuisiones a
quarũ deduxit oculus meus: in contri
cione filie ppli mei. Sade Venacione
ceperũt me quasi auẽ inimici mei gratis. Sade Lapsa est in lacu vita mea: et
posuerũt lapidem sup me. Sade Inundauerũt aque sup caput meũ: dixi pe
ri. Coph Invocaui nomẽ tuũ dñe:
de lacu novissimo. Coph Vocẽ meã audisti: ne auertas aurẽ tuã a singultu meo.
et clamoribꝫ. Coph Appropinquasti in
die qñ invocaui te: dixisti ne timeas.

IHEREM

Res Iudicasti dñe causam aīe mee: redemptor uite mee. Res Vidisti dñe iniquitatē aduersū me: iudica iudiciū meū. Res Vidisti omnē furorem: uniuersas cogitaciones eorū aduersum me. Sen Audisti obprobria eorū dñe: ōnes cogitaciones eorū aduersū me. Syn Labia insurgenciū michi: et meditaciones eorū aduersum me tota die. Syn Sessionem eorū et resurrectionē eorū vidi: ego sum psalmus eorū. Thau Reddes eis vicem dñe: iuxta opa manuū suarū. Thau Dabis eis scutum cordis laborem tuū. Thau Psequeris in furore: et conteres eos sub celis dñe. Aleph

Quomō obscuratū est aurū. mutatus ē color optimus: dispersi sunt lapides scūarij in capite oīm platearū. Beth. Filij syon incliti. et amicti auro primo: quomō reputati sunt in vasa testea opus manuū figuli. Gymel Sz et lamie nudauerūt mamā: lactauerūt catulos suos. Filia ppli mei crudelis: quasi strucio in deserto. Deleth Adhesit lingua lactentis ad palatū eius in siti. Puuli petierūt panē: et nō erat qui frangeret eis. He Qui uescebantur uoluptuose interierunt in viis: qui nutriebātur in croceis. amplexati sūt stercora. Vau Et maior effecta est iniquitas filie ppli mei pcto sodomorū. que subuersa est in momento: et non ceperunt in ea manus. Zay. Candidiores nazarei eius niue. nitidiores lacte. rubicundiores ebore antiquo: saphiro pulchiores. Heth Denigrata ē sup carbones facies eorū: et non sunt cogniti in plateis. Adhesit cutis eorū ossibz: aruit et fcā est quasi lignū. Theth. Melius fuit occisis gladio q̄ interfectis fame: qm̄ isti extabuerūt consumpti ab sterilitate terre. Ioth Manus mulierū misericordiū coxerūt filios suos: fcī sūt cibus earū in contricione filie ppli mei. Caph Compleuit dñs furorē suū: effudit iram indignacionis sue: et succendit ignē in syon. et deuorauit fundamenta eius. Lamed Non crediderūt reges terre et uniuersi habitatores orbis: quoniam ingrederetur hostis et inimicus p portas ihrlm. Men Propter pcta pphetarum eius. et iniquitates sacerdotum eius: qui effuderūt in medio eius sanguinē iustorū. Num Errauerūt ceci in plateis: polluti sūt in sanguine. Cumq̄ non possent intrare: tenuerūt lacinias suas. Samech Recedite polluti. clamauerūt eis: recedite. abite nolite tangere. Iurgati quippe sūt et cmoti: dixerūt inter gentes non addet ultra. ut inhabitet in eis. Ayn Facies dñi diuisit eos: non addet ut respiciat eos. Facies sacerdotū non erubuerūt: neq̄ senū miserti sunt. Phe Cū adhuc subsisteremus. defecerunt oculi nri ad auxiliū nrm vanū: cū respiceremus attenti ad gentē. que saluare nos non poterat. Sade Lubricauerūt uestigia nra in itinere platearū nrarū. Appropinquauit finis nr: cōpleti sūt dies nri quia uenit finis noster. Coph Velociores fuerūt psecutores nri aquil' celi: sup montes psecuti sunt nos: in deserto insidiati sunt nobis. Res Spūs oris nri xpūs dñs captus est in pccis nris: cui diximus in umbra tua viuemus in gentibus. Sen Gaude et letare filia edom: que habitas in tra hus. Ad te quoq̄ pueniet calix: inebriaberis atq̄ nudaberis. Thau Completa est iniquitas tua filia syon: non addet ultra ut tūs migret te. Visitauit iniqtatē tuā filia edom: discooperuit peccata tua.

Recordare Orō ihēmie pphete. dñe quid acciderit nobis: intuere et respice obprobriū nrm. Hereditas nra uersa est ad alienos: domus nre ad extraneos. Pupilli facti sumus absq̄ patre: matres nre quasi vidue. Aquā nram pecunia bibimus: ligna nra pcio cparauimus. Ceruicibz mina

bamur: lassis non dabatur requies.
Egipto dedimus manū et assyriis:
ut saturaremur pane. Pr̄es nostri
peccauerūt et non sunt: et nos iniqui
tates eoꝝ portauim⁹. Serui dn̄ati sūt
nr̄i: non fuit qui redimeret de manu
eoꝝ. In aīabꝫ nr̄is afferebam⁹ panē
nobis: a facie gladij in deserto. Pell'
nr̄a quasi clibanus exusta est: a faci
e tempestatū famis. Mulieres in syon
humiliauerūt: virgines in ciuitatibus
iuda. Principes manu suspensi sunt:
facies senū non erubuerūt. Adolescen
tibus impudice abusi sunt: et pueri
in ligno corruerūt. Senes de portis de
fecerunt: iuuenes de choro psallenci
um. Defecit gaudiū cordis nr̄i: ver
sus est in luctū chorus nr̄. Cecidit co
rona capitis nr̄i: ue nobis quia pec
cauim⁹. Ꝓpterea mestū fcm̄ est cor nr̄m:
ideo contenebrati sunt oculi nr̄i. Ꝓpter
montē syon quia disperijt: vulpes ā
bulauerūt in eo. Tu autē dn̄e in eter
nū ꝑmanebis: soliū tuū in gn̄aciō
ne et generacionē. Quare ī ꝑpetuū ob
liuisceris nr̄i: derelinques nos in lon
gitudinē dierū: Conuerte nos dn̄e ad
te. et cōuertem̄: īnoua dies nr̄os sicut
a principio. Sed ꝓiciens reppulisti nos:
iratus es contra nos uehementer.

Explicit iheremias propheta ..

Incipit prologus in Baruch. ..

Liber iste qui baruch
nomīe p̄notat̄. in
hebreo canone nō
habetur: sed tantū
in vulgata edicio
ne. Similit̄ et epis
tola iheremie ꝓphe
te. Ꝓpter noticiam autem legenciū
hic scripta sunt: quia multa de xp̄o
nouissimisq; temp̄ibus indicant.

Incipit liber Baruch.

Et hec uerba
libri que scr̄p
sit baruch fi
lius nerie fi
lij maasie. fi
lij sedechie. fi
lij sedei. filij
helchie in ba
bilonia. ī an
no quīto in septima die mensis: in
tempe quo ceperūt chaldei ihrlm̄. ⁊
succenderūt eam igni. Et legit ba
ruch uerba libri huius ad aures ie
conie filij ioachim regis iuda. et ad
aures vniuersi ꝓpli venientis ad libꝝ:
et ad aures potenciū filioꝝ regū. et
ad aures presbiteroꝝ. et ad aures po
puli a mīmo usq; ad maximū eoꝝ
habitanciū in babilonia. et ad flu
men sudi. Qui audientes plorabāt.
et ieiunabāt: et orabant in conspec
tu dn̄i. Et collegerūt pecuniā scd̄m
qd̄ poterat vniuscuiusq; manus: et
miserūt in ihrlm̄ ad ioachim filiū
helchie. filij salomi sacerdotē. et ad sa
cerdotes et ad omnē ꝓplm̄ qui īuenti
sūt cū eo in ihrlm̄. cū acciperet uasa tē
pli dn̄i que ablata fuerant de templo
reuocare in t̄ram iuda. decima die mē
sis siban vasa argentea que fecit sede
chias filius iosie rex iuda. postq̄m ce
pisset nabuchodonosor rex babylonis
ieconiam et principes et vinctos et po
tentes et ꝓplm̄ t̄re ab ihrlm̄. et duxit eos
in babiloniā: et dixerūt. Ecce misim⁹
ad uos pecunias. de quibꝫ emite holo
caustomata et thus et facite mānā. et
offerte pro pcc̄o ad aram dn̄i dei nostri.
et orate ꝓ vita nabuchodonosor regis
babilonie. et pro uita balthasar filij e
ius. ut sint dies ip̄oꝝ sicut dies celi sup
terrā: et det dn̄s virtutē nobis et illu
minet oculos nr̄os. ut viuamus sub
vmbra nabuchodonosor regis babilo
nis. et sub vmbra balthasar filij eius:
et seruiam⁹ eis multis diebꝫ et īueniam⁹

Explicit Iheremias ꝓpha Incipit prologus in Baruch Incipit liber Baruch

grām in conspcū eor. Et pro nobis
ipīs orate ad dnm deum nrm: quia
peccauim⁹ dno deo nro. et non est a
uersus furor eius a nobis usq; ī hunc
diem: et legite librū istū quē misim⁹
ad uos recitari in templo dni in die
solempni et in die oportuno. Et dice
tis. Dno deo nro iusticia: nobis autē
confusio faciei nre. sicut est dies hec.
omī iuda et habitantib; in ihrlm. re
gib; nris et principib; nris. sacerdo
tibus nris et pphetis nris et pribus
nris. Peccauim⁹ ante dnm deū nos
trū et non credidim⁹ diffidentes ī eū:
et non fuim⁹ subiectibiles illi. et nō
obaudiuim⁹ uocem dni dei nri: ut ā
bularem⁹ in mandatis eius que dedit
nobis. a die qua eduxit pres nros de
tra egipti usq; ad hunc diem. Eram⁹
incredibiles ad dnm deū nrm. et dissi
pati recessim⁹ ne audirem⁹ uocē ipi⁹:
et adheserūt nobis mala multa. ⁊ ma
ledcīones. que constituit dns moysi
seruo suo. qui eduxit patres nros de t
ra egipti. dare nob terrā fluentē lac et
mel. sicut hodierna die. Et non audi
uim⁹ uocem dni dei nri: secūdū omīa
uerba pphetar. quos misit ad nos. Et
abiuim⁹ unusquisq; in sensū cordis
nri maligni. opari dijs alienis: facie
tes mala ante oculos dni dei nri. II

Propter qd statuit dns deus nr
uerbū suū qd locutus ē ad nos
et ad iudices nros qui iudica
uerunt isrl. et ad reges nros et ad prin
cipes nros. et ad omnē isrl et iudam:
ut adduceret dns sup nos mala mag
na que non sunt fcā sub celo. quēad
modū fcā sunt in ihrlm. scdm q̄ scrip
ta sunt in lege moysi ut manducaret
homo carnes filij sui. et carnes filie sue.
Et dedit nos sub manu regū oīm qui
sunt in circuitu nro: in ꝓperiū et deso
lacionem in omib; pplis in quib; nos
dispsit dns. Et fcī sum⁹ subtus et non
supra: quia peccauim⁹ dno deo nro.
non obaudiendo uoci ipius. Dno dō
nro iusticia: nobis autem et pribz nris
confusio faciei sicut est dies hec. qua lo
cutus est dns sup nos omīa mala hec
que uenerūt sup nos. Et non sum⁹ de
precati faciem dni dei nri: ut reuertere
mur unusquisq; nrm a vijs nris pes
simis. Et vigilauit dns in malis et ad
duxit ea sup nos. quia iustus ē dns in
omib; opibus suis que mandauit nob:
et non audiui⁹ uocē ipius ut iremus
in pceptis dni que dedit ante faciē nos
tram. Et nūc dne deus isrl qui eduxis
ti pplm tuū de tra egipti in manu vali
da et in signis et in prodigijs. et in vir
tute tua magna. et in brachio excelso:
et fecisti tibi nomē sicut est dies iste: pec
cauim⁹ impie egim⁹ inique gessim⁹
dne deus nr in omībus iusticijs tuis.
Auertatur ira tua a nobis: quia derelicti
sum⁹ pauci inter gentes ubi dispsisti
nos. Exaudi dne preces nras et orōnes
nras. et educ nos ꝓpter te. et da nobis
īuenire grām ante faciem eor qui nos
adduxerunt: ut sciat omīs terra quia
tu es dns deus nr: et quia nomen tuū
īuocatū est sup isrl. et sup genus ipius.
Respice dne de domo scā tua in nos: et
inclina aurē tuam et exaudi. Aperi o
culos tuos et vide quia non mortui q
sūt in inferno. quor spūs acceptus ē
a visceribz suis dabūt honorē et iustifi
cacionē dno: sed aīma que tristis ē sup
magnitudine mali. et incedit curua et
infirma et oculi deficientes et aīma esu
riens dat tibi gloriā et iusticiā domino:
quia non scdm iusticias patrū nror
nos fundim⁹ pces et qrim⁹ mīam ante
conspcm tuū dne deus nr: sed quia mi
sisti iram tuam et furorē tuū sup nos
sicut locutus es in manu puor tuorū
pphar dicens. Sic dicit dns. Inclinate
humerū urm et ceruicem urām. et opa
facite regi babilonis: et sedebitis in ter
ra quā dedi patrib; nris. Qd si non au
dieritis uocem dni dei vri. opari regi ba

bilonie: defectionē faciam de ciuitati
bus iuda. et afforis ihrlm: et auferā
a uobis uocem iocunditatis. et uocem
gaudimonij. et uocem sponsi et uocē
sponse: et erit omīs tra sine uestigio
ab inhabitantibz eam. Et non audie
runt uocem tuā ut oparentur regi ba
bilonie: et statuisti uerba tua que lo
cutus es in manibz puerorum tuorum ppha
rū: ut transferrentur ossa regū nostrorum
et ossa patrū nrorum de loco suo. Et ecce
pjecta sunt in calore solis et in gelu
noctis. et mortui sunt in doloribus
pessimis: in fame et in gladio et in
emissione. Et posuisti templū ī quo
īuocatū est nomē tuū in ipo sicut est
dies hec: ppter iniquitatē domus isrl
et domus iuda. Et fecisti in nobis do
mine deus nr sedm omnē bonitatem
tuam. et sedm omnē miseracionem
tuā illam magnā: sicut locutus es
in manu pueri tui moysi. in die qua
precepisti ei scribere legem tuā coram fi
lijs isrl dicens. Si non obaudieritis
uocem meam: ambicio hec magna
et multa cōuertetur in minimū inter
gentes quo ego dispgam illos: quia
ego scio qd me non audiet pplus. Po
pulus est enī dura ceruice: et conuer
tetur ad cor suū in terra captiuitatis
sue: et scient quia ego sū dns deus eo
rū. Et dabo eis cor et intelligent. et au
res et audient. et laudabūt me in tra
captiuitatis sue: et memores erūt no
minis mei. Et auertent se a dorso suo
duro. et a malignitatibz suis: qr rmi
niscentur viam patrū suorum qui peccaue
rūt in me. Et reuocabo illos in terram
quā iuraui patribz illorum abraham et
ysaac et iacob. et dnabūtur eius: et mul
tiplicabo eos et nō minorabūtur. Et
statuam illis testamentū alterū sempi
ternū. ut sim illis in deū. et ipi erūt m
in pplm: et non mouebo amplius po
pulū meū filios israhel a tra quam de
di illis.

Et nūc dne omps deus israhel:
aīma in angustijs et sps anxi
us clamat ad te. Audi dne et
miserere quia deus es misericors et mi
serere nri: quia peccauimus ante te. qui
a tu sedes in sempiternū: et non pibimus
in euū. Dne omps deus isrl audi nūc
oracionē mortuorum isrl. et filiorum ipsorum:
quia peccauerūt ante te. et non audi
erunt uocem dnī dei sui: et agglutina
ta sunt nobis mala. Noli meminisci
iniqtates patrū nrorum: sed memento
manus tue et nōis tui in tempe isto:
quia tu es dns deus nr. et laudabimus
te dne: quia ppter hoc dedisti timorē
tuū in cordibz nris. et ut īuocemus no
men tuū et laudemus te in captiuita
te nra: qr conuertemur ab iniquitate
patrū nrorum. qui peccauerūt ante te.
Et ecce nos hodie in captiuitate nra
sumus quo nos dispsisti in īpperiū et ī
maledcm et in peccatū: sedm omēs in
iquitates prm nrorum. qui discesserūt a
te dne deus nr. Audi isrl mandata vi
te: auribz pcipe ut scias prudenciam.
Quid est isrl qd in terra īnimicorū es:
Inueterasti in terra aliena: coinqua
tus es cū mortuis: deputatus es cum
descendentibz in infernū. Deliquisti fō
tem sapiencie. Si in via dei ambulas
ses: habitasses vtiqz in pace sempite
rna. Disce ubi sit prudencia ubi sit
virtus. ubi sit intellcus: ut scias si
mul ubi sit longiturnitas vite et vic
tus: ubi sit lumen oculorum et pax. Quis
īuenit locū eius: et quis intrauit ī the
sauros eius: Vbi sunt principes genci
um: et qui dnantur sup bestias que st
sup terrā: Qui in auibz celi ludūt: q
argentū thesaurisant. et aurū in quo
confidūt hoīes: et non est finis acqui
sicionis eorum. Qui argentū fabricant
et solliciti sunt: nec est īuencio opm il
lorum. Extrminati sunt et ad inferos descē
derunt: et alij in loco eorum surrexerunt.
Iuuenes viderūt lumē: et habitauerūt

B A

sup terram. Viam autem discipline igno
rauerunt. neque intellexerunt semitas eius:
neque filii eorum susceperunt eam. A facie
eorum longe facta est. Non est audita
in terra chanaan: neque visa est in the
man. Filii quoque agar qui exquisierunt
prudenciam que de terra est: et negocia
tores terre et theman et fabulatores
et exquisitores prudencie et intelli
gencie. Viam autem sapiencie nes
cierunt: neque commemorati sunt semi
tas eius. O israel quam magna est domus
dei: et ingens locus possessionis eius:
magnus et non habet finem. excelsus
et immensus. Ibi fuerunt gygantes no
minati. illi qui ab inicio fuerunt: statu
ra magna scientes bellum. Non hos ele
git deus. neque viam discipline dedit il
lis: propterea perierunt. Et quia non habuerunt
sapienciam: interierunt propter suam insipi
enciam. Quis ascendit in celum et acce
pit eam: et deduxit eam de nubibus: Quis
transfretauit mare et inuenit eam: et
attulit illam super aurum electum: Non est
qui possit scire vias eius: neque qui ex
quirat semitas eius. Sed qui scit vni
uersa nouit eam: et inuenit eam pru
dencia sua. Qui preparauit terram in eter
no tempore: et repleuit eam pecudibus
et quadrupedibus. Qui emittit lumen
et vadit: et uocauit illud. et obaudit
illi in tremore. Stelle autem lumen de
derunt in custodiis suis: et letate sunt.
Vocate sunt: et dixerunt. Assumus. Et
luxerunt ei cum iocunditate: qui fecit
illas. Hic est deus noster: et non es
timabitur alius aduersus eum. Hic
adinuenit omnem viam discipline: et
tradidit illam iacob puero suo. et is
rahel electo suo. Post hec in terra visus
est: et cum hominibus conuersatus est.

Hic liber manda
torum dei: et lex que est in eter
num. Omnes qui tenent eam
ad vitam: qui autem dereliquerint eam.
ad mortem. Conuertere iacob et apprehen

de eam: ambula per viam ad splendo
rem eius contra lumen eius. Ne tra
das alteri gloriam tuam: et dignitatem
tuam genti aliene. Beati sumus israel:
quoniam que deo placent nobis manifes
ta sunt. Animequior esto populus dei: me
morabilis israhel. Venundati estis gen
tibus non in perdicionem: sed propter quod in
ira ad iracundiam prouocastis deum. tra
diti estis aduersariis. Exacerbastis e
nim eum qui fecit uos. deum eternum: immola
tes demoniis et non deo. Obliti autem
estis deum qui nutriuit uos: et contris
tastis nutricem vestram ihrlm. Vidi enim
iracundiam a deo uenientem nobis: et dix
i. Audite confines syon. Adduxit enim mihi
deus luctum magnum. Vidi enim captiui
tatem populi mei filiorum meorum et filiarum:
quam superduxit illis eternus. Nutriui
enim illos cum iocunditate: dimisi au
tem illos cum fletu et luctu. Nemo
gaudeat super me. viduam et desolatam.
A multis derelicta sum. propter peccata fili
orum meorum: quia declinauerunt a lege
dei. Iusticias autem ipsius nescierunt: nec
ambulauerunt per vias mandatorum dei:
neque per semitas ueritatis eius cum iusti
cia ingressi sunt. Veniant confines
syon. et memorentur captiuitatem filio
rum et filiarum mearum: quam superduxit illis
eternus. Adduxit enim super illos gentem
de longinquo. gentem improbam et
alterius lingue. qui non sunt reueri
ti senem. neque puerorum miserti sunt: et ad
duxerunt dilectos vidue. et a filiis v
nicam desolauerunt. Ego autem quid
possum adiuuare uos: Qui enim ad
duxit super uos mala: ipse uos eripi
et de manibus inimicorum uestrorum. Ambula
te filii ambulate. Ego enim derelicta sum
sola. Exui me stola pacis. indui autem
me sacco obsecracionis: et clamabo ad
altissimum in diebus meis. Animequio
res estote filii. clamate ad dominum: et eri
piet uos de manu principum inimicorum.
Ego enim speraui eternam salutem uestram:

et uenit michi gaudiū a scō sup mīa
que ueniet uobis ab eterno salutari
nr̄o. Emisi enī uos cū luctu et ploratu:
reducet autē uos m̄ dn̄s cū gaudio et
iocunditate in sempitr̄nū. Sicut enim
uiderūt uicine syon captiuitatē vr̄am:
sic uidebūt et in celeritate salutē vr̄am
a deo. que supueniet uobis cū honore
magno et splendore eterno. Filij pacient̄
sustinete iram que supuenit uobis. P
secutus est enī te inimicus tuus: sed ci
to uidebis pdicionē ipius: et sup cr̄uices
ipius ascendes. Delicati mei ambula
uerūt uias asperas: ducti sunt enim
ut grex direptus ab inimicis. Animeq̄
ores estote filij: et pclamate ad dn̄m.
Erit enī memoria vr̄a ab eo qui ducit
uos. Sicut ei fuit sensus vr̄ ut erraretis
a deo: decies tantū iterū conuertentes re
quiretis eū. Qui enī induxit uob̄ ma
la: ipe rursū adducet uobis sempiter
nam iocunditatē cū salute nr̄a. Anime
quior esto ihrlm: exhortatur enī te qui
te noīauit. Nocentes parebūt qui te
vexauerūt: et qui gratulati sūt in tua
ruina punientur. Ciuitates quibz ser
uierūt filij tui punientur: que accepit
filios tuos. Sicut enī gauisa est in tua
ruina et letata est in tuo casu. sic con
tristabit̄ in sua desolacione: et ampu
tabitur exultacio multitudinis eius:
et gaudimoniū eius erit in luctū. Ig
nis enī supueniet ei ab eterno in longi
turnis diebz: et habitabit̄ a demonijs
in multitudinē tempis. Circūspice ihe
rusalem ad orientem: et vide iocūdita
tem a deo tibi uenientē. Ecce enī ueniūt
filij tui quos dimisisti dispsos: ueniūt
collecti ab oriente usqz ad occidentē. in
uerbo sc̄i gaudentes in honorē dei.

Erue te ihrlm stola luctus et vex
acionis tue: et indue te decorem
et honorē eius que a deo tibi ē
in sempitr̄na gloria. Circūdato te diploi
de deo iusticie: et imponet mitrā capiti
tuo. honoris eterni. Deus enī ostendet
splendorem suū in te: qui sub celo est.
Nomīabitur enī tibi nomen tuū a de
o in sempitr̄nū: pax iusticie et honor pi
etatis. Exurge ihrlm et sta in excelso.
et circūspice ad orientē: et vide collcōs
filios tuos ab oriente sole usqz ad oc
cidentē. in uerbo sc̄i gaudentes dei me
moria. Exierūt enī abs te pedibz. duc
ti ab inimicis: adducet autē illos dn̄s
ad te portatos in honorem sicut filios
regni. Constituit enī deus hūiliare ō
nem montē excelsū. et rupes phennes.
et cōualles replere in equalitatē terre:
ut ambulet isrl̄ diligenter in honorē
dei. Obūbrauerūt autē silue et omne
lignū suauitatis isrl̄. mandato dei. Ad
ducet enī deus isrl̄ cum iocūditate in
lumine maiestatis sue: cū mīa et iusti
cia que est ab ipo.

VI

Exemplū eplē quā misit ihēmias ad
abductos captiuos in babiloniā a r̄
ge babiloniorū. ut ānūciaret ill̄ scd̄m
quod p̄ceptum est illi a deo.

Propter pcta que peccastis ante
deum: adducenū in babiloniā
captiui a nabuchodonosor re
ge babiloniorū. Ingressi itaqz babiloni
am: eritis illic annis plurimis et tēpus
longū. usqz ad gn̄aciones septem. Post
hoc autē adducam uos inde cum pace.
Nunc autē uidebitis in babilonia deos
aureos et argenteos et lapideos et ligne
os in humeris portari: ostentātes me
tum gentibz. Videte ergo ne et uos simi
les efficiamī factis alienis. et metuatis:
et metus uos capiat in ipis. Visa itaqz
turba de retro et ab ante: adorantes di
cite in cordibz vr̄is. Te oportet adorari
dn̄e. Angelus autē meus uobiscū ē. Ip
se autē exquiram aīmas vr̄as. Nam
ligna ipōr polita a fabro: ipa eciam
īaurata et inargentata falsa sunt: et
non possūt loqui. Et sicut v̄gini amā
ti ornamenta: ita accepto auro fabri
cata sunt. Coronas certe aureas habēt
sup capita sua dij illor. Unde subtra

BARUCH

hunt sacerdotes ab illis aurū et argē
tum: et erogant illud in semetipsis.
Dant autē ex ipō prostitutis. et meer
trices ornant: et iterū eā recipiunt il
lud a mieribz ornant deos suos. Hy
autē non liberantur ab erugine et ty
nea. Optus autē illis uestē purpur
a: extergent faciem ipōr. ppter pul
uerem domus. qui est plurim⁹ inter
eos. Decipū autē habet ur homo:
sicut iudex regionis. qui in se peccan
tem non interficit. Habet enā gladi
um in manu et securī: se autē de bello
et a latronibz non liberat. Unde nobis
notū sit: quia non sunt dij. Nō ergo
uereamī eos. Sicut enī vas hominis
confractū inutile efficitur: tales sunt
et dij illor. Conclusus illis in domo:
oculi eor pleni sūt puluere. a pedibus
introeūtiū. Et sicut aliqu qui regem
offendit. aut sepulti sunt sanare. aut
sicut ad sepulchrū adductū mortuū:
ita tutant sacerdotes ostia clausuris et
seris ne a latronibz expolient. Lucerna
accendūt illis et quidē multas: ex qu
bus nullam videre possūt. Sūt autē
sicut trabes in domo. Corda uero eorū
dicūtur esungē serpentes qui de terra
sunt: dū comedūt eos. et uestimentū
eor et non sentiūt. Sugre sunt facies
eor a fumo qui in domo fit. Supra cor
pus eor et sup caput eor uolant noc
tue et hyrundines: et aues eadē simili
et cattę. Unde scietis quia non sūt dij.
Ne ergo timueritis eos. Aurū enā qđ
habent ad speciem est. Nisi aliquis ex
terserit erugine: non fulgebūt. Neq;
enī dū conflarentur sentiebāt. Ex om
ni precio empta sunt: in quibz spūs
non est in ipīs. Sine pedib⁹ in humer
is portant: ostentantes ignobilitatē
suā hoīnibz. Confundantur enā qui
colunt ea. Potēa si ceciderint in terā. a
semetipīs non surgent: neq; si quis sta
tuerit eī rām p semetipm stabit: sed si
cut mortuis munera eor illis apponen
tur. Hostias illor sacerdotes ipōr vē
dunt: et abutuntur. Simulier et mu
lieres eor decerpentes: neq; infirmo ne
q; mendicanti aliquid ipertūt. De sac
rificijs eor fere et menstruate contingūt.
Scientes itaq; ex hijs quia non sūt dij:
ne timeatis eos. Unde enī uocabit dij:
Quia mulieres apponūt dijs argente
is et aureis et lignei: et in domibus
eor sacerdotes sedent habentes tunica
sissas. et capita et barbam rasam:
quor capita nuda sunt. Ululāt enī
clamantes contra deos suos: sicut in
cena mortui. Uestimenta eor auferūt
sacerdotes: et uestiunt uxores suas et
filios suos. Neq; si quid mali patiūt
ab aliquo: neq; si quid boni. potērūt
retribuere. Neq; regem constituē pos
sunt: neq; auferre. Simulē neq; diui
tias dare possunt: neq; mali retribu
ere. Si quis illis uotū uouerit et non
reddiderit: nec hoc requirent. Hoīem
a morte non liberant: neq; infirmū
a potentatore eripiūt. Hoīem ceū ad
uisum non restituent: de necessitate ho
minem non liberabūt. Uidue non mi
serebuntur: neq; orphanis būfacient.
Lapidibz de monte similes sūt dij eorū:
lignei et lapidei aurei et argentei. Qui
autē colunt illa: confundent. Quomō
ergo estimandū est aut dicendū illos
esse deos: Adhuc enī ipīs caldeis nō ho
norantib⁹ ea. qui eī audierint mutū
non posse loqui. offerūt illū ad bel. pos
tulantes ab eo loqui: quasi possint sē
tire. qui non habent motū. Et ipī eī
intellexerint relinquent ea. Sensū enī
non habent ipī dij illor. Mulieres aūt
circūdatis funibz in uijs sedent: sicut
dentes ossa oliuar. Cum autē aliqua
ex ipīs abstracta ab aliquo transeūtiū
dormierit prune sue exprobrat qđ ea
non sit digna habita sicut ipa: neq; fu
nis eius dirruptus sit. Omnia autē que
illis fiūt. falsa sunt. Quomō autē et
timandū aut dicendū est illos esse deos:

A fabris autē et ab aurificibꝫ facta sūt.
Nichil aliud erūt: nisi id qd̄ uolūt ēē
sacerdotes. Aurifices etiā ipi qui ea fa
ciūt: non sūt multi tēpis. Nūquid er
go possunt que ab ipis fabricata sūt
esse dij? Reliq̄runt autē falsa: et obpro
briū post ea futuris. Nam cū supuene
rit illis p̄liū et mala: cogitant apud
se sacerdotes ubi se abscondant cū illis.
Quomō ergo sentiri debeant qm̄ dij
sūt. qui nec de bello se liberant. neq̄ de
malis se eripiūt? Nam cū sint lignea
et inaurata et margentata: scietur p⁹
ea q̄ falsa sunt gentibꝫ uniūsis et re
gibus que manifestata sūt quia non
sunt dij. sed opa manuū hoīm: et nul
lū opus dei in illis est. Unde ergo notū
est quia non sūt dij: sed opa manuū
hoīm. et nullū dei opus in ipis ē. Re
gem regioni non suscitāt: pluuiā hoī
bus non dabunt. Iudiciū quoq̄ non
discernent: neq̄ regionē liberabūt ab
iniuria: quia nichil possūt. sicut corni
cule inter mediū celi et terre. Etenī cū
ceciderit ignis in domū deoꝝ ligneorū
aureoꝝ et argenteoꝝ. sacerdotes quidē
ipoꝝ fugient et liberabūtur: ipi uero
sicut trabes in medio ꝯburentur. Re
gi autē et bello non resistent. Quom̄
ergo estimandū est aut dicendū q̄ dij
sunt? Non a furibꝫ neq̄ a latronibus
se liberabunt dij lignei et lapidei et in
aurati et īargentati: quibꝫ hij qui for
tiores sunt. aurū et argentū et uestim̄
tū quo opti sunt auferent illis et abi
bunt: nec sibi auxiliū ferūt. Itaq̄ me
lius est ēē regem ostentantē uirtutē su
am aut vas in domo utile in quo gl̄a
bitur qui possidet illud q̄ falsi dij: uel
ostiū in domo qd̄ custodit ea que ī ipa
sūt q̄ falsi dij. Sol quidē et luna et sy
dera cū sint splendida et emissa ad uti
litates: obaudiūt. Similit̄ et fulgur
cū apparuerit p̄spicuū est. Idipm̄ au
tem et spūs. in omī regione spirat. Et
nubes quib⁹ cū imp̄atum fuerit a deo
p̄ambulare uniūsū orbem: p̄ficiunt
qd̄ imp̄atū est eis. Ignis etiam miss⁹
desup ut consumat montes et siluas:
facit qd̄ p̄ceptū est ei. Hec autē neq̄ spe
ciebus neq̄ uirtutibꝫ uni eoꝝ similia
sunt. Unde neq̄ estimandū est. neq̄ di
cendū ēē illos deos qn̄ non possūt ne
q̄ iudiciū iudicare neq̄ facere hoīibꝫ.
Scientes itaq̄ quia non sunt dij: ne
ergo timueritis eos. Neq̄ enī regibus
maledicent neq̄ bn̄dicent. Signa eti
am in celo gentibꝫ non ostendūt: neq̄
ut sol lucebunt: neq̄ illuīabūt ut lu
na. Bestie meliores sūt illis: que possūt
fugē sub tectū ac p̄desse sibi. Nullo ita
q̄ modo nobis est manifestū quia sūt
dij: p̄pt̄ qd̄ ne timeatis eos. Nam sicut
in cucumerario formido nichil custo
dit: ita sūt dij illoꝝ lignei et argentei
et īaurati. Eodem modo et in orto spina
alba sup̄ quā omīs auis sedet. Similit̄
et mortuo p̄iecto in tenebris silēs sunt
dij illoꝝ lignei et īaurati et īargētati.
A purpura quoq̄ et marmore que su
p illud teneant: scietis itaq̄ quia non
sūt dij. Ipsi etiā postremo comedūt̄:
et erit obprobriū in regione. Melior
est homo iustus qui non habet simu
lachra. Nā erit longe ab obprobriis.
Explicit liber Baruch.

Incipit p̄log⁹ sc̄i ihēonimi in eze
chielem p̄phetam.

Ezechiel p̄pheta cum
ioachim rege iuda
captiu⁹ ductus ē in
babilonē: ibiq̄ hijs
qui cum eo captiui
fuerant p̄phēauit: pe
nitentibꝫ qd̄ ad ieremie vaticiniū se ul
tro adūsariis tradidissent: et viderent
adhuc urbem iherosolimā stare quā
ille casuram ēē p̄dixerat. Tricesimo aūt
etatis sue anno et captiuitatis quīto:

Explicit liber baruch Incipit p̄log⁹ sc̄i ihēo' in ezechielē p̄phetam

ctoribus ē ad cōcaptiuos loqui. Et eodē tempe lucet posterior. hic in caldea: ne reuuias in iudea pphetauerūt. Hermo eius nec satis disertus nec admodum rusticus est: sed ex utroq; medie tempe ratus. Sacerdos et ipē sicut et ieremias: principia uolumīs et finem magnus habens obscuritatib; inuoluta. Sed et uulgata eius editio. non mulcū dif fert ab hebraico. Vnde satis miror qđ causē extiterit: ut si eosdē in uniuersis libris habem⁹ interpretes: in alijs eadē et in alijs diuisa transtulerint. Legite igitur et hūc uestra tūm attentione dignū: quia p cola sarptus et cōmata. manu festiorem sensū legentib; tribuit. Si at anima mea et hūc substannauerīt: dicetis eis qr nemo eos compellat ut sal uent. Sed uerior ne illud eis eueniat qđ grece significatius dicit. ut uocentur sagolidoros: hoc ē manducatus ne cnemas. Explicat prolog⁹. Incipit ezechiel prophera.

Tractū est in tricesimo āno. in quarto mē se in quīta mē sis. cū ēem in medio captiuo rū iuxta fluui um chobar: a perti sunt celi et vidi visiones dei. In q̄nta mensis. ipē est ann⁹ quintus trās migrationis regis ioachim: fm̄ ēuer bum dñi ad ezechiel filiū buzi sacerdo tem in terra chaldeor. seus fluuiem cho bar. Et facta est sup eū ibi manus dñi. Et vidi: et ecce ventus turbinis venie bat ab aquilone et nubes magna ig nis inuoluēs: et splendor in circuitu e ius. Et de medio eius quasi species elec tri: id ē de medio ignis. Et ex medio e ius: similitudo q̄tuor aīaliū. Et hec as pectus eor: similitudo hominis in eis. Et quatuor facies uni: et quatuor pēne uni. Et pedes eor pedes recti: et plan ta pedis eor. quasi planta pedis uitu li: et scintille q̄si aspectus eris candē tis. Et manus hoīs sub pennis eor: in q̄tuor ptibus. Et facies et pēnas p q̄tu or ptes habebant: uicissim erant pēne eor alterius ad alterū. Non reuertebā tur cū incederent: sed vnūqđq; ante fa ciem suam gradiebatur. Similitudo aūt vultus eor: facies hoīs et facies leonis a dextris ipor q̄tuor. facies aūt bouis a sinistris ipor quatuor: et facies aq̄ le desup ipor q̄tuor. Et facies eor et pē ne eor. extente desup. Due penne sin gulor iūgebantur: et due tegebant corpa eor. Et vnūqđq; coram facie su a ambulabat. Vbi erat impetus spūs illuc gradiebantur: nec reuertebant cum ambularent. Et similitudo aīaliū aspectus eor q̄si carboni ignis ardēti: et q̄si aspectus lampadaꝝ. Hec erat visio discurrens in medio aīaliū: splendor ignis et de igne fulgur egrediens. Et a nimalia ibant et reuertebant⁹: in simi litudinē fulguris choruscantis. Cumq; aspicerē aīalia: apparuit rota una su p terrā iuxta aīalia habens q̄tuor fa ces. Et aspectus rotaꝝ et opus eaꝝ quasi visio maris: et vna similitudo ipaꝝ qua tuor. Et aspectus earū et opa: q̄si si sit ro ta in medio rote. Per q̄tuor partes earū in tres ibant: et non reuertebant⁹ cū ambu larent. Altitudo quoq; erat rotis alta mi et horribilis aspectus: totū corpus ple nū oculis in circuitu ipaꝝ q̄tuor. Cumq; ambularēt aīalia: ambulabāt pariter et rote iuxta ea. Et cū eleuarēt⁹ aīmalia de terra: eleuabantur simul et rote. Quocūq; ibat spūs: illuc eunte spū. et rote pa ter leuabant⁹ sequētes eū. Spūs enī vite erat in rotis. Cum eūtib; ibant et cum stantib; stabant⁹: et cū eleuatus a terra pariter eleuabantur et rote sequentes ea: quia spūs vite erat in rotis. Et similitu do sup caput aīmaliū firmamenti q̄si aspectus cristalli horribil⁹: et extensa sup capita eor desup. Sub firmamen

to autē penne eoꝝ recte. alterius ad alterū.
Vnūquodq; duabꝫ alis velabat corpus
suū: et alter similiter velabatur. Et au
diebam sonū alaꝝ quasi sonū aquaꝝ
multaꝝ: q̄si sonū sublimis dei. Cū am
bularent q̄si sonus erat multitudinis:
ut sonus castroꝝ. Cumq; starent: dimit
tebantur penne eoꝝ. Nam cū fieret vox
sup firmamentū qd̄ erat sup caput eo
rum: stabant et submittebant alas su
as. Et sup firmamentū qd̄ erat īminēs
capiti eoꝝ: quasi aspcūs lapidis saphi
ri silitudo throni. Et sup similitudinē
throni: silitudo q̄i aspectus hoīs desup.
Et vidi q̄i spēm electri. velut aspectum
ignis intrinsecus eius p circuitum: a
lumbis eius et desup. Et a lumbis eius
usq; deorsum. vidi quasi spēm ignis
splendentis in circuitu: velut aspectū
arcus cum fuerit in nube in die pluui
e. Hic erat aspectus splendoris p gyrū.
Et visio silitudinis II
glorie dn̄i. Et vidi et cecidi in
faciē meam: et audiui uocem
loquentis. Et dixit ad me. Fili hom̄is
sta supra pedes tuos: et loquar tecum.
Et ingressus est in me spūs postq̄m lo
cutus est mi: et statuit me supra pedes
meos. Et audiui loquentē ad me et di
centē. Fili hoīs mitto ego te ad filios is
rahel: ad gentes apostatrices. que re
cesserunt a me. Patres eoꝝ p̄uarica
ti sunt pactum meū usq; ad diē hanc:
et filij dura facie et indomabili corde
sunt. ad quos ego mitto te. Et dices ad
eos. Hec dicit dn̄s deus. Si forte uel
ipi audiant. et si forte quiescant: qm̄
domꝰ exasperans est. Et scient quia p
pheta fuit in medio eoꝝ. Tu ergo fili
hom̄is ne timeas eos. neq; sermones
eoꝝ metuas: qm̄ increduli et subuer
sores sūt tecū: et cū scorpionibꝫ hītas.
Verba eoꝝ ne timeas: et vultus eorū
ne formides: quia domus exasperās
est. Loqueris ergo uerba mea ad eos: si
forte audiant et quiescant: qm̄ irri
tatores sunt. Tu autē fili hom̄is audi
q̄cūq; loq̄r ad te: et noli esse exasperās.
sicut domus exasperatrix est. Aperi os
tuū: et comede quecūq; ego do tibi. Et
vidi: et ecce manus missa ad me. in q̄ e
rat īuolutus liber. Et expandit illū co
ram me: qui erat scriptus intus et fo
ris. Et scripte erant in eo lamentacio
nes. et carmen. et ve. III
Et dixit ad me. Fili hoīs. quod
cūq; īueneris comede. Comede
volumē istud: et vadens loq̄re
ad filios isrl. Et aperui os meū: et ciba
uit me uolumīe illo. Et dixit ad me.
Fili hom̄is uenter tuus comedet: et vis
cera tua complebūtur uolumīe isto qd̄
ego do tibi. Et comedi illud: et factū ē in
ore meo. sicut mel dulce. Et dixit ad me.
Fili hom̄is vade ad domū isrl: et loque
ris uerba mea ad eos. Non enī ad pplm
pfundi sermonis et ignote lingue tu
mitteris ad domū isrl: neq; ad pplos
multos pfundi sermonis et ignote lig
ue. quoꝝ non possis audire sermones.
Et si ad illos mittereis: ipi audirēt te.
Domus autē isrl nolūt audire te: q̄a
nolūt audire me. Om̄is quippe domꝰ
isrl attrita fronte est: et duro corde. Ec
ce dedi faciem tuā valenciorē faciebus
eoꝝ: et frontē tuā duriorem frontibus
eorū. Vt adamantē et ut silicē. dedi fa
ciem tuam. Ne timeas eos neq; metu
as a facie eoꝝ: quia domus exaspans
est. Et dixit ad me. Fili hom̄is omnes
sermones meos quos loq̄r ad te assu
me in corde tuo et auribꝫ tuis audi: et
vade ingredere ad trāsmigracionē. ad fi
lios ppli tui: et loqueris ad eos et dices
eis. Hec dicit dn̄s deus: si forte audiāt
et quiescant. Et assūpsit me spūs: et
audiui post me uocem cmocionis mag
ne. bn̄dicta gl̄a dn̄i de loco suo: et uocē
alaꝝ aīaliū pcuciencīū alteram et alte
ram. et uocem rotaꝝ sequencīū aīalia:
et uocem cmocionis magne. Sp̄s quo
q; leuauit me et assūpsit me: et abij a

manus tu indignacõe spūs mei. sed manus eius dñi erat mecū confortans me.
Et ueni ad trāsmigracõnē ad acerui nouay fruges: ad eos qui habitabāt iuxta fluuiū chobar. Et sedi ubi ille sedebāt: et mansi ibi septem diebz mirens in medio eoz. Cū autē prāsisset septem dies: factū est uerbū dñi ad me dicens. Fili hominis speculatorem dedi te domui isrl. Et audies de ore meo uerbū: et annūciabis eis ex me. Si dicente me ad impiū morte morieris non annūciaueris ei neq; locutus fuis ut auertatur a uia sua impia et uiuat: ipe impius in iniquitate sua morietur: sanguinē autē eius de manu tua requiram. Si autē tu annūciaueris impio. et ille nō fuit ab impietate sua. et a uia sua impia: ipe quidem in iniq̄tate sua morietur: tu autē aiam tuam liberasti. Siquis et si cōuersus iustus a iustitia sua fecerit iniquitatē: ponā offendiculū coram eo. Ipse morietur: quia non annūciasti ei. In peccō suo morietur: et non erūt in memoria iustitie quas fecit: sanguinē uero eius de manu tua requiram. Si autē tu annūciaueris iusto ut non peccet iustus. et ille non peccauerit: uiuens uiuet qa annūciasti ei: et tu aiam tuā liberasti. Et facta est sup me manus dñi: et dixit ad me. Surge egredere in campū: et ibi loquar tecū. Et surgens egressus sum in cāpū: et ecce ibi gloria dñi stabat qi gla quā uidi iuxta fluuiū chobar. Et cecidi in faciē meā. Et ingressus ē in me spūs: et statuit me sup pedes meos. Et locutus est mihi: et dixit ad me. Ingredere: et includere in medio domus tue. Et tu fili hominis. ecce data sunt sup te uincla: et ligabunt te in eis: et non egredieris in medio eoz. Et linguā tuā adhęre faciē palato tuo: et eris mutus. nec q̄si uir obiurgans: quia domus exasperans est. Cum autē locutus fuero tibi. aperiam os tuū: et dices ad eos. Hec dicit dñs deus. Qui audit audiat: et q̄ quiescat quiescat: quia domus exasperans ē.

Et tu fili hominis ||||
sume tibi laterē. et pones eum coram te: et describes in eo ciuitatem ihrlm. et ordinabis aduersū eā obsidionē: et edificabis munitiones. et cōportabis aggerem. et dabis contra eam castra: et pones arietes in gyro. Et tu sume tibi sartaginē ferream. et pones eam murū ferreū inter te et ciuitatem: et obfirmabis faciē tuā ad eam: et erit in obsidionē. et circūdabis eam. Signū est domui isrl. Et tu dormies sup latus tuū sinistrū: et pones iniquitates domus isrl sup eo. numero dierū quibus dormies sup illud: et assumes iniquitates eoz. Ego autē dedi tibi annos iniquitatis eoz. iuxta dierū numerum trecentos et nonaginta dies: et portabis iniquitatē domus isrl. Et cum cōpleueris hec. dormies sup latus tuū dextrū secūdo: et assumes iniquitatē domus iuda q̄draginta diebz. Diem pro anno: diem inq̄m pro anno dedi tibi. Et ad obsidionem ihrlm conuertes faciem tuā: et brachium tuū erit extentū: et pphetabis aduersum eam. Ecce circūdedi te uinculis: et non reuertes a latere tuo in latus aliud: donec cōpleas dies obsidionis tue. Et tu sume tibi frumentū et ordeū et fabam et lentē. et milium et uicā. et mittes ea in uas unū: et facies tibi panes iuxta numerum quibz dormies sup latus tuum. trecentis et nonaginta diebz comedes illud. Cibus autē tuus quo uescēris. ei in pondere uiginti siclos per singulos in die. A tempore usq; ad tempus comedes illud. Et aquā in mensura bibes: sextarium pro hin. A tempore usq; ad tempus bibes illud. Et q̄si subcinericiū ordeaceū comedes illud: et stercore qđ egredietur de homine operies illud in oculis eoz. Et dixit dñs. Sic comedent filii isrl panē suū pollutū inter gentes: ad quas eiciam eos. Et dixi. A. a. a. domine deus. Ecce aia mea non ē pollu

ta: et morticinum et laceratum a bestijs non
comedi ab infancia mea usque nunc: et non
est ingressa os meum omnis caro immunda.
Et dixit ad me. Ecce dedi tibi fimum bovum
pro stercoribus humanis: et facies panem
tuum in eo. Et dixit ad me. Fili hominis ecce
ego conteram baculum panis in ihrlm: et
comedent panem in pondere et in sollici
tudine. et aquam in mensura et in an
gustia bibent: ut deficientibus pane et
aqua corruat unusquisque ad fratrem suum:
et contabescant in iniquitatibus suis. V

Et tu fili hominis. sume tibi gla
dium acutum radentem pilos: et as
sumes eum et duces per caput
tuum. et per barbam tuam. Et assumes tibi
stateram ponderis: et divides eos. Ter
ciam partem igni combures in medio civi
tatis: iuxta complecionem dierum obsidi
onis. Et assumens terciam partem concides
gladio in circuitu eius. Terciam vero
aliam dispardes in ventum: et gladium nu
dabo post eos. Et sumes inde parvum numerum:
et ligabis eos in summitate pallij tui. Et
ex eis rursum tolles et pacies in medio ig
nis: et combures eos igni. Ex eo egredie
tur ignis in omnem domum israel. Hec di
cit dominus deus. Ista est ihrlm. In medio
gencium posui eam: et in circuitu eius ter
ras. Et contempsit iudicia mea: ut plus
esset impia quam gentes: et precepta mea
ultra quam terre que in circuitu eius sunt.
Iudicia enim mea pieterunt: et in preceptis
meis non ambulaverunt. Idcirco hec di
cit dominus deus. Quia superastis gentes que
in circuitu vestro sunt: in preceptis meis
non ambulastis. et iudicia mea non
fecistis. et iuxta iudicia gencium que in
circuitu vestro sunt non estis operati: ideo hec
dicit dominus deus. Ecce ego ad te: et ipse ego
faciam in medio tui iudicia in oculis gen
cium. Et faciam in te que non feci. et quibus
similia ultra non faciam: propter omnes ab
hominaciones tuas. Ideo patres comedent
filios in medio tui: et filij comedent pa
tres suos. Et faciam in te iudicia: et ven

tilabo universas reliquias tuas in om
nem ventum. Idcirco vivo ego dicit dominus
deus: nisi pro eo quod sanctum meum violasti in
omnibus offensionibus tuis et in omnibus ab
hominacionibus tuis: ego quoque confringam.
et non parcet oculus meus et non misere
bor. Tercia pars tui peste morietur: et fa
me consumetur in medio tui: et tercia tui
pars gladio cadet in circuitu tuo. Terciam
vero partem tuam in omnem ventum disper
gam: et gladium evaginabo post eos.
Et compleam furorem meum: et requiescere
faciam indignacionem meam in eis: et
consolabor. Et scient quia ego dominus lo
cutus sum in zelo meo: cum compleuero
indignacionem meam in eis. Et dabo te
in desertum et in obprobrium gentibus que
in circuitu tuo sunt: in conspectu omnis
pretereuntis. Et eris obprobrium et blasphe
mia. exemplum et stupor in gentibus que
in circuitu tuo sunt: cum fecero in te iu
dicia in furore et in indignacione et
in increpacionibus ire. Ego dominus locutus
sum. Cum misero sagittas famis pes
simas in eos que erunt mortifere. et quas
mittam ut dispardam vos: et famem congre
gabo super vos. et conteram vobis bacu
lum panis et immittam in vos famem
et bestias pessimas. usque ad interneccio
nem. Et pestilencia et sanguis trans
ibunt per te: et gladium inducam super te.
Ego dominus locutus sum. VI

Et factus est sermo domini ad me di
cens. Fili hominis pone faciem
tuam ad montes israel: et prophe
tabis ad eos et dices. Montes israel. audi
te verbum domini dei. Hec dicit dominus deus
montibus et collibus: rupibus et vallibus.
Ecce ego inducam super vos gladium.
et dispardam excelsa vestra et demoliar
aras vestras. et confringentur simula
chra vestra: et deiciam interfectos vestros an
te ydola vestra. Et dabo cadavera filiorum
israel ante faciem simulachrorum vestrorum:
et dispergam ossa vestra circum aras vestras
in omnibus habitacionibus vestris. Urbes

deserte erunt. et excelsa demolientur
et dissipabuntur. et interibunt are vestre
et confringentur: et cessabunt ydola
vestra. et conterentur delubra vestra. et dele
buntur opera vestra: et cadet interfectus in
medio vestri: et scietis quia ego dominus. Et
relinquam in vobis eos qui fugerint
gladium in gentibus: cum dispersero vos in
terris. Et recordabuntur mei libera
ti vestri. in gentibus ad quas captiui duc
ti sunt: quia contriui cor eorum fornicans
et recedens a me. et oculos eorum fornican
tes post ydola sua. Et displicebunt si
bimet super malis que fecerant in vni
uersis abhominacionibus suis: et scient
quia ego dominus non frustra locutus sum.
ut facerem eis malum hoc. Hec dicit dominus
deus. Percute manum tuam et allide pe
dem tuum: et dic heu ad omnes abhomi
naciones malorum domus israel: qui gla
dio. fame. peste. ruituri sunt. Qui lon
ge est: peste morietur. Qui autem prope:
gladio corruet. Et qui relictus fuerit
et obsessus: fame morietur. Et comple
am indignacionem meam in eis. Et
scietis quia ego dominus cum fuerint inter
fecti vestri in medio ydolorum vestrorum. in cir
cuitu vestrarum: in omni colle excelso. et in cunc
tis summitatibus montium. et subtus om
ne lignum nemorosum. et subtus vniu
sam quercum frondosam: locum ubi ac
cenderunt thura redolencia vniuersis
ydolis suis. Et extendam manum me
am super eos: et faciam terram desolatam
et destitutam a deserto deblata in omnibus
habitacionibus eorum: et scient quia ego dominus.

VII

Et factus est sermo
domini ad me dicens. Et tu fili
hominis hec dicit dominus deus terre
israel. Finis venit finis venit: super quatu
or plagas terre. Nunc finis super te.
Et emittam furorem meum in te: et iudi
cabo te iuxta vias tuas. Et ponam con
tra te omnes abhominaciones tuas:
et non parcet oculus meus super te. et non
miserebor: sed vias tuas ponam super
te. et abhominaciones tue in medio tu
i erunt: et scietis quia ego dominus. Hec di
cit dominus deus. Afflictio vna: afflictio
ecce venit. Finis venit: venit finis. E
uigilabit aduersum te: ecce venit. Ve
nit contricio super te qui habitas in terra.
Venit tempus: prope est dies occisionis:
et non glorie montium. Nunc de propin
quo effundam iram meam super te: et
compleam furorem meum in te. Et iudica
bo te iuxta vias tuas: et imponam tibi
omnia scelera tua: et non parcet oculus
meus neque miserebor: sed vias tuas
imponam tibi. et abhominaciones tue
in medio tui erunt: et scietis quia ego
sum dominus percuciens. Ecce dies: ecce ve
nit. Egressa est contricio: floruit vir
ga: germinauit superbia. Iniquitas
surrexit in virga impietatis. Non ex
eis et non ex populo neque ex sonitu
eorum: et non erit requies in eis. Venit
tempus: appropinquauit dies. Qui e
mit non letetur: et qui vendit non
lugeat: quia ira super omnem populum eius.
Quia qui vendit ad id quod vendidit
non reuertetur: et adhuc in viuenti
bus vita eorum. Visio enim ad omnem mul
titudinem eius non regredietur: et vir
in iniquitate vite sue non confortabitur.
Canite tuba: preparentur omnes: et non
est qui vadat ad prelium. Ira enim mea
super vniuersum populum eius. Gladius foris:
pestis et fames intrinsecus. Qui in a
gro est gladio morietur: et qui in ciui
tate pestilencia et fame deuorabuntur.
Et saluabuntur qui fugerint ex eis: et
erunt in montibus quasi columbe conuallium:
omnes trepidi. vnusquisque in iniquita
te sua. Omnes manus dissoluentur:
et omnia genua fluent aquis. Et accin
gent se ciliciis: et operiet eos formido. Et
in omni facie confusio: et in vniuersis ca
pitibus eorum caluicium. Argentum eorum foris
proicietur: et aurum eorum in sterquilinium e
rit. Argentum et aurum eorum non ualebit
liberare eos. in die furoris domini. Animam

suam non saturabunt. et ventres eo
rum non implebuntur: quia scandalum
iniquitatis eorum factum est. et ornamen
tum monilium suorum in superbiam posue
runt: et ymagines abhominacionum
suarum et simulachrorum fecerunt ex eo.
Propter hoc dedi eis illud in immundiciam:
et dabo illud in manus alienorum ad
diripiendum. et impiis terre in predam:
et contaminabunt illud. Et avertam
faciem meam ab eis: et violabunt ar
chanum meum: et introibunt in illud e
missarii. et contaminabunt illud. Fac
conclusionem: quoniam terra plena est iudi
cio sanguinum: et civitas plena iniqui
tate. Et adducam pessimos de genti
bus: et possidebunt domus eorum. Et quie
scere faciam superbiam potencium: et
possidebunt scanaria eorum. Angustia su
perveniente requirent pacem: et non erit.
Conturbacio super conturbacionem ve
niet: et auditus super auditum. Et que
rent visionem de propheta: et lex peribit a
sacerdote. et concilium a senioribus. Rex
lugebit: et princeps induetur merore:
et manus populi terre conturbabuntur. Secundum
viam eorum faciam eis: et secundum iudicia eorum
iudicabo eos: et scient quia ego dominus.

VIII

Et factum est in anno
sexto in sexto mense. in quinta
mensis: ego sedebam in domo
mea. et senes iuda sedebant coram me.
Et cecidit super me ibi manus domini dei.
Et vidi. et ecce similitudo quasi aspectus ig
nis: ab aspectu lumborum eius. et deorsum
ignis: et a lumbis eius. et sursum qua
si aspectus splendoris ut visio electri. Et
emissa similitudo manus apprehendit me
in cincinno capitis mei: et elevavit me
spiritus inter terram et celum: et adduxit me in
ihrlm in visione dei iuxta ostium interius.
quod respiciebat ad aquilonem: ubi erat
statutum ydolum zeli ad provocandum emu
lacionem. Et ecce ibi gloria dei israel: secundum
visionem quam videram in campo. Et dix
it ad me. Fili hominis. leva oculos tuos ad
viam aquilonis. Et levavi oculos
meos ad viam aquilonis: et ecce ab
aquilone porte altaris ydolum zeli in
ipso introitu. Et dixit ad me. Fili hominis
putas ne vides tu quid isti faciunt. ab
hominaciones magnas quas domus
israel facit hic. ut procul recedam a scanari
o meo: Et adhuc conversus videbis ab
hominaciones maiores. Et introdux
it me ad ostium atrii: et vidi. et ecce fora
men unum in pariete. Et dixit ad me. Fili
hominis fode parietem. Et cum perfodissem pa
rietem: apparuit ostium unum. Et dixit ad
me. Ingredere: et vide abhominaciones
pessimas. quas isti faciunt hic. Et in
gressus vidi: et ecce omnis similitudo rep
tilium et animalium abhominacio: et uni
versa ydola domus israel depicta erant
in pariete in circuitu per totum. Et septua
ginta viri de senioribus domus israel. et
ihezonias filius saphan stabat in me
dio eorum stancium ante picturas: et unus
quisque habebat thuribulum in manu
samaria oolla: et ihrlm̄ ooliba. For
nicata ē igit oolla sup me: et insaniuit
in amatores suos in assyrios ꝓpinquā
tes uestitos iacincto. principes et ma
gistratus iuuenes cupidinis vniūsos

equites. ascensores equorum. Et dedit
fornicaciones suas super eos electos fi
lios assyriorum universos: et in omnibus in
quos insaniuit. et in immundicijs eorum pol
luta est. Insuper et fornicaciones suas
quas habuerat in egipto non reliquit.
Nam et illi dormierunt cum ea in ado
lescencia eius: et illi confregerunt ube
ra pubertatis eius: et effuderunt forni
cacionem suam super eam. Propterea tradi
di eam in manus amatorum suorum. in ma
nus filiorum assur: super quorum insaniuit
libidinem. Ipsi discooperuerunt ignomi
niam eius: filios et filias eius tulerunt:
et ipsam occiderunt gladio. Et facte sunt
famose mulieres: et iudicia perpetrarunt
in ea. Quod cum uidisset soror eius oo
liba. plusquam illa insaniuit libidine:
et fornicacionem suam super fornicacio
nem sororis sue. ad filios assyriorum pre
buit impudenter. ducibus et magistrati
bus ad se uenientibus indutis ueste ua
ria: equitibus qui uectabantur equis. et
adolescentibus forma cunctis egregia.
Et vidi quod polluta esset via una am
barum: et auxit fornicaciones suas.
Cumque uidisset viros depictos in pari
ete ymagines caldeorum expressas colo
ribus. et accinctos balteis renes. et ty
aras tinctas in capitibus eorum. formam
ducum omnium. similitudinem filiorum babylo
nis terreque caldeorum in qua orti sunt: et
insaniuit super eos concupiscencia o
culorum suorum. et misit nuncios ad eos in
caldeam. Cumque uenissent ad eam
filij babylonis ad cubile mammarum.
polluerunt eam stupris suis: et pollu
ta est ab eis: et saturata est anima eius
ab illis. Denudauit quoque fornicaci
ones suas: et discooperuit ignomi
niam suam. Et recessit anima mea ab
ea: sicut recesserat anima mea a soro
re eius. Multiplicauit enim fornicaci
ones suas. recordans dies adolescenci
e sue quibus fornicata est in terra egypti:
et insaniuit libidine super concubitu e

orum: quorum carnes sunt ut carnes asino
rum. et sicut fluxus equorum fluxus eorum.
Et visitasti scelus adolescencie tue. quando
subacta sunt in egipto ubera tua: et
confracte mamme pubertatis tue. Propte
rea ooliba. hec dicit dominus deus. Ecce e
go suscitabo omnes amatores tuos
contra te. de quibus saciata est anima
tua: et congregabo eos aduersum te in cir
cuitu filios babilonis. et universos
caldeos nobiles tyrannosque et principes
omnes filiorum assyriorum iuuenes forma
egregia: duces et magistratus. uniu
sos principes principum. et nomina
tos ascensores equorum. Et uenient super
te instructi curru et rota multitudo
populorum: lorica et clypeo et galea arma
buntur contra te undique. Et dabo co
ram eis iudicium: et iudicabunt te iudi
cijs suis. Et ponam zelum meum in te:
quem exercent tecum in furore. Nasum
tuum et aures tuas precident: et que re
manserint gladio concident. Ipsi fili
os tuos et filias tuas capient: et no
uissimum tuum deuorabitur igni. Et de
nudabunt te uestimentis tuis: et tol
lent uasa glorie tue. Et requiescere fa
ciam scelus tuum de te: et fornicacionem
tuam de terra egipti. Nec leuabis ocu
los tuos ad eos: et egipti non recorda
beris amplius. Quia hec dicit dominus de
us. Ecce ego tradam te in manus eorum
quos odisti. in manus de quibus saci
ata est anima tua: et agent tecum in odi
o et tollent omnes labores tuos. et di
mittent te nudam et ignominia ple
nam: reuelabitur ignominia forni
cacionum tuarum. Scelus tuum et fornica
ciones tue fecerunt hec tibi: quia fornica
ta es post gentes inter quas polluta es
in ydolis eorum. In via sororis tue am
bulasti: et dabo calicem eius in manu
tua. Hec dicit dominus deus. Calicem sororis
tue bibes. profundum et latum. Eris in deri
sum et subsannacionem que est capacissi
ma: ebrietate et dolore repleberis: ca

hcem uerois et crisbae. calicem sororis
tue samarie. Et bibes illū. et potabis
usq; ad feces: et fragmenta eius deuo
rabis et ubera tua laceerabis: quia e
go locutus sum. ait dñs deus. ꝓterea
hec dicit dñs deus. Quia oblita es
mei et ꝓiecisti me post corpus tuū: tu
quoq; porta scelus tuū et fornicacio
nes tuas. Et ait dñs ad me dicens. fi
li hominis nūquid iudicas oolla et
oolibam. et annūciabis eis scelera eay:
quia adulcē sunt. et sanguis in ma
nibus eay. et cū ydolis suis fornicate
sunt: insup et filios suos quos genu
erunt michi: obtulerūt eis ad deuora
dū. Sed et hoc fecerūt michi. Polluc
runt sanctuariū meū in die illa: et sabba
ta mea ꝓphanauerunt. Cumq; īmolarēt
filios suos ydolis suis. et ingrederen
tur sanctuariū meū in die illa ut pollu
erent illud: ecce sic fecerūt in medi
o domus mee. Misserūt ad uiros uen
ientes delonge: ad quos nūcios misc
rant. Quib; ecce uenerūt quibꝫ te lauis
ti. et circūlinisti stibio oculos tuos: et
ornata es mulichri mūdo. Sedisti su
per lectum pulchrum: et mensa ornata e an
te te. Thymiama meū et unguentū me
um posuisti sup eam: et uox multitu
dinis exultantis erat in ea. Et in uiris
qui de multitudine hominū adducebā
tur. et uenientes de deserto. posuerūt
armillas in manibꝫ eor: et coronas
speciosas in capitibꝫ eor. Et dixi ei q̄
attrita est in adulteriis. Nunc fornī
cabitur in fornicatione sua et ea hec.
Et ingressi sunt ad eam q̄si ad mulie
rem meretricē: sic ingrediebantur ad
oollam et ad oolibam mulieres nefa
rias. Vnī ergo iusti sunt. Vñ iudica
buntur eas iudicio adulterarū. et iudi
cio effundentiū sanguinē: q̄a adulte
sunt. et sanguis in manib eay. Hec
cit dicit dñs deus. Adduc ad eas mul
titudinē et trade eas in tumultū et in
rapinā: et lapidentur lapidibꝫ ꝑplōr:
et confodiantur gladijs eor. filios et
filias eay interficient: et domos eay ig
ne succendent. Et auferam scelus de ter
ra: et discent oēs mulieres ne faciāt
secdm scelus eay. Et dabūt scelus uestrū
sup uos. et pcā ydolor uestror portabi
et scietis quia ego dominus deus.

In anno ejus XXIIII

Factum est uerbū dñi ad me in anno no
no in mense decimo decima mē
sis dicens. Fili hominis scribe tibi nomē di
e huius in qua confinatus est rex babilo
nis aduersū ihrlim hodie: et dices p̄uer
bū ad domū incredulā parabolam:
et loqueris ad eos. Hec dicit dñs deus.
Pone ollam pone ignē: et mitte in
ea aquā. Congere frusta eius in ea: o
nem ptem bonam. femur et armū. e
lecta et ossibus plena: pinguissimū
pecus assume. Cōpone quoq; strues
ossiū sub ea. Effebuit coctio eius: et
dissecta sunt ossa illius in medio eius.
ꝓterea hec dicit dñs deus. Ve ciuitati
sanguinū olle. cui⁹ rubigo in ea est:
et rubigo eius non exiuit de ea. Per
tes et per ptes suas eice eam. Non ce
cidit sup eam tos. Sanguis enī eius
in medio eius est. Sup limpidissimā
petrā effudit illū. Non effudit illum
sup terram. ut posset opiri puluere: ne su
pīduceret indignationē meam. et
uindictā ulcisceret. Dedi sanguinem
eius sup petrā limpidissimam: ne o
periretur. ꝓterea hec dicit dñs deus.
Ve ciuitati sanguinū: cui⁹ ego gran
dem faciam pyram. Congere ossa: que
igne succendam. Consumētur carnes:
et coquentur uniuersa cōpositio: et ossa
tabescent. Pone quoq; eam sup pru
nas uacuam. ut incalescat et liquc
fiat es eius: et conflatur in medio ei⁹
ignamentū eius: et consumat⁹ rubi
go eius. Multo labore sudatū est: et
non exiuit de ea rubigo eius. nec p̄ig
nem confundes tua exterabilis: quia
mundare te uolui: et non es mundata

a sordibus tuis. Sed nec mundaberis
prius: donec quiescere faciam indignaci
onem meam in te. Ego dominus locutus sum.
Veni et faciam. Non transeam. nec parcam.
nec placabor: iuxta vias tuas et iuxta
adinuenciones tuas. iudicabo te dicit
dominus. Et factum est uerbum domini ad me dicens.
Fili hominis ecce ego tollo a te desiderabi
le oculorum tuorum in plaga: et non plan
ges. neque plorabis. neque fluent lacrime
tue. Ingemisce tacens: mortuorum luc
tum non facies. Corona tua circumli
gata sit tibi: et calciamenta tua erunt in
pedibus tuis: nec amictu ora uelabis.
nec cibos lugencium comedes. Locutus
sum ergo ad populum mane: et mortua est
uxor mea uespere. Fecique mane sicut pre
ceperat mihi. Et dixit ad me populus. Qua
re non indicas nobis quid ista signi
ficent que tu facis? Et dixi ad eos. Sermo
domini factus est ad me dicens. Loquere
domui israel. Hec dicit dominus deus. Ecce e
go polluam sanctuarium meum superbiam im
perii uestri. et desiderabile oculorum uestrorum:
et super quo pauet anima uestra. Et filii uestri
et filie quas reliquistis gladio cadent:
et facietis sicut feci. Ora amictu non
uelabitis: et cibos lugencium non come
detis. Coronas habebitis in capitibus
uestris: et calciamenta in pedibus. Non plan
getis neque flebitis. sed tabescetis in iniqui
tatibus uestris: et unusquisque gemet
ad fratrem suum: eritque ezechiel uobis in
portentum. Iuxta omnia que fecit facie
tis. cum uenerit istud: et scietis quia ego
dominus deus. Et tu fili hominis ecce in die qua
tollam ab eis fortitudinem eorum. et gau
dium dignitatis et desiderium oculorum eo
rum super quo requiescunt anime eorum. fili
os et filias eorum: in die illa cum uenerit
fugiens ad te ut annunciet tibi: in die
inquam illa aperietur os tuum cum eo qui fugitur:
et loqueris et non silebis ultra. eris que in por
tentum: et scietis quia ego dominus..
Et factum est uerbum XXV
domini ad me dicens. Fili homi

nis pone faciem tuam contra filios am
mon. et prophetabis de eis: et dices filiis
ammon. Audite uerbum domini dei. Hec dicit
dominus deus. Pro eo quod dixisti euge euge
super sanctuarium meum quia pollutum est. et
super terram israel. quoniam desolata est. et super do
mum iuda quoniam ducti sunt in captiuita
tem: idcirco ego tradam te filiis orien
talibus in hereditatem: et collocabunt
caulas suas in te: et ponent in te ten
toria sua. Ipsi comedent fruges tuas:
et ipsi bibent lac tuum. Daboque rabbath
in habitaculum camelorum. et filios ammon
in cubile pecorum: et scietis quia ego dominus.
Quia hec dicit dominus deus. Pro eo quod
plausisti manu. et percussisti pede. et ga
uisa es ex toto affectu super terram israel: id
circo ecce ego extendam manum meam super
te. et tradam te in direpcionem gencium: et
interficiam te de populis. et perdam de terris et con
teram: et scies quia ego dominus. Hec dicit
dominus deus. Pro eo quod dixerunt moab et
seyr. ecce sicut omnes gentes domus iu
da: idcirco ecce ego aperiam humerum moab
de ciuitatibus: de ciuitatibus inquam eius
et de finibus eius inclitas terre bethiesi
moth et beelmeon et cariathaym filiis
orientis cum filiis ammon: et dabo eam in
hereditatem ut non sit memoria ultra
filiorum ammon in gentibus: et in moab fa
ciam iudicia: et scient quia ego dominus.
Hec dicit dominus deus. Pro eo quod fecit y
dumea ulcionem ut se vindicaret de fi
liis iuda. peccauitque delinquens et vin
dictam expetiuit de eis: idcirco hec dicit
dominus deus. Extendam manum meam super
ydumeam. et auferam de ea. hominem et
iumentum: et faciam eam desertam ab aus
tro: et qui sunt in dedan. gladio cadent.
Et dabo ulcionem meam super ydumeam
per manum populi mei israel: et facient in edom
iuxta iram meam et furorem meum. Et sci
ent vindictam meam dicit dominus deus. Hec
dicit dominus deus. Pro eo quod fecerunt pales
tini vindictam. et ulti se sunt toto animo
interficientes et implentes inimicicias uete

res: ꝓpterea hec dicit dn̄s deus. Ecce ego
extendam manū meam sup palestinos.
et interficiā interfectores et ꝑdam reliquias
maritime regionis: faciamq; in eis
ulciones magnas arguens in furore:
et scient quia ego dn̄s. cū dedero vindic
tam meā sup eos. XXVI

Et factū est in vndecimo āno
ꝑma mensis: factus est sermo
dn̄i ad me dicens. Fili homi
nis pro eo qd̄ dixit tyrus de ihrlm̄ eu
ge confracte sūt porte ꝓplor̄. cōuersa
est ad me. implebor. deserta est: ꝓpte
rea hec dicit dn̄s deus. Ecce ego sup te
tyre: et ascendē faciā ad te gentes mul
tas. sicut ascendit mare fluctuans: et
dissipabūt muros tyri. et destruēt tur
res eius: Et radam puluerem eius de
ea: et dabo eam in limpidissimā petrā.
Siccacio sagenar̄ erit in medio maris:
quia ego locutus sū ait dn̄s deus: et e
rit in direpcionē gentib;. Filie q̄ eius
que sūt in agro. gladio interficient: ⁊ sci
ent quia ego dn̄s. Quia hec dicit dn̄s
deus. Ecce ego adducā ad tyrū nabu
chodonosor regē babylonis. ab aquilo
ne regem regum: cū equis et curribus
et equitib; et cetu ꝓplōq; magno. Filias
tuas que sunt in agro gladio interfici
et: et circūdabit te municionib;. et cō
portabit aggerē in gyro: et eleuabit
contra te clypeū. et vineas et arietes tē
perabit in muros tuos: et turres tuas
destruet in armatura sua. Inundacio
ne equor̄ eius opiet te puluis eor̄: a
sonitu equitū et rotar̄ et curruū mo
uebūtur muri tui. Dum ingressus
fuit portas tuas quasi ꝑ introitus vr
bis dissipate: vngulis equor̄ suor̄ c
culcabit omēs plateas tuas: ꝓplm̄ tu
um gladio cedet: et statue tue nobiles
in tr̄am corruent. Vastabūt opes tuas.
diripient negociacōnes tuas: et destru
ent muros tuos. et domos tuas ꝑcla
ras subuertent: et lapides tuos et lig
na tua. et puluerē tuū in medio aq̄
rū ponent. Et quiescē faciam multi
tudinē canticor̄ tuor̄: et sonitus cy
tharar̄ tuar̄ non audietur amplius:
et dabo te in limpidissimā petram.
Siccacio sagenar̄ eris: nec edificabe
ris ultra: quia ego locutus sū dicit do
min⁹ deus. Hec dicit dn̄s deus tyro. Nū
quid non a sonitu ruine tue et gemi
tu interfectorū tuor̄ cū occisi fuerint
in medio tui cōmouebūtur insule:
Et descendent de sedibus suis omēs pr̄n
cipes maris: et auferent exuuias su
as. et uestimenta sua varia abiciēt:
et induentur stupore. In tr̄a sedebunt:
et attoniti sup repentino casu tuo ā
mirabunt: et assumentes sup te lam̄
tum. dicēt tibi. Quomō ꝑisti qui ha
bitas in mari: urbs inclita que fuis
ti fortis in mari cū habitatoribz tuis
quos formidabant vniūsi: Nūc stu
pebūt naues in die pauoris tui. et tr̄
babūtur insule in mari: eo qd̄ nullus
egrediat ex te. Quia hec dicit dn̄s ds̄.
Cum dedero te urbem desolatam sicut
ciuitates que nō habitantur. et ad
duxero sup te abyssum. et opuerint
te aque multe. et detaxero te cū hijs
qui descendūt in lacū. ad ꝓplm̄ sempi
ternū. et collocauero te in tr̄a nouissi
ma sicut solitudines veteres. cū hijs qui
deducūtur in lacū. ut non habiteris:
porro cū dedero gloriā tuam in tr̄a vi
uenciū. in nichilū redigam te et non
eris: et requisita non inuenieris ultra
in sēpiternū dicit dn̄s ds̄. XXVII

Et factū est uerbū dn̄i ad me di
cens. Tu ergo fili hom̄is assu
me sup tyrum lamentū: et di
ces tyro que habitat in introitu ma
ris. negociacioni ꝓplor̄ ad insulas mul
tas. Hec dicit dn̄s deus. O tyri tu dix
isti. Pfecti decoris ego sum: et in corde
maris sita. Finitimi tui qui te edifica
uerūt. īpleuerūt decorem tuū. Abieti
bus de sanir extruxerūt te: cū omnib;
tabulatis maris. Cedrū de lybano tu

lerūt: nō facerent tibi malū. Quercus de basan dolauerūt in remos tuos. Cōse tua fecerūt tibi ex ebore indico: et pōtonola de insulis ytalie. Byssus ua ria de egipto extenta est tibi in uelū: ut poneret in malo. Hyacinctus et purpu ra de insulis elisa. foēa sunt opimentū tuū. Habitatores sydonis et aradii fuerūt remiges tui. Sapientes tui ty re hī sūt gubernatores tui. Senes bi blii et prudentes eius habuerūt nau tas ad ministeriū uarie suppellectilis tue. Omēs naues maris et nautē eā rū: fuerūt in pplō negociacōnis tue. Pse et ludi et libies erāt in exercitu tuo. Viri bellatores tui. clypeū et ga leam suspenderūt in te. pro ornatu tu o. Filii aradii cū exercitu tuo erāt su p muros tuos in circuitu tuo. Sed et pigmei qui erant in turribz tuis: pha retras suas suspenderūt in muris tuis p gyrū. Ipī compleuerūt pulchritudi nem tuam. Carthaginenses negociato res tui. a multitudine cūctay diuicia rū: argento ferro stanno plumbo qz repleuerūt nūdinas tuas. Grecia thu bal et mosoch ipī institores tui. mā cipia et uasa erea adduxerūt pplō tu o. De domo thogorma equos et equi tes et mulos adduxerūt ad forū tuū. Filii dedan negociatores tui: insule multe negociatio manus tue. Den tes eburneos et hebeninos cōmuta uerūt in pācto tuo. Syrus negociator tuus ppter multitudinē opm tuorū gēmam purpurā et scutulata et byc sum et sericū et chodchod posuerūt in mercatu tuo. Juda et terra isrl ipī institores tui. in frumento pmo. Bal samū et mel et oleū et resinā. posue runt in nūdinis tuis. Damascenus negociator tuus. in multitudine o perū tuor. et in multitudine diuisay opum: in vino pingui. in lanis colo ris optimi. Dan et grecia et mozel i nūdinis tuis posuerūt ferrū fabre

factū. Cinnamū et calamus in negocia cione tua. Dedan institores in tāperib; ad sedendum. Arabia et uniūsi pnci pes cedar: ipī negociatores manus tu e. Cū agnis et arietibz et hedis uenerūt ad te negociatores tui. Venditores sa ba et reema. ipī negociatores tui: cum uniūsis primis aromatibz et lapide pci oso et auro. qđ̄ posuerūt in mercatu tuo. Aran et chenne et eden negociato res tui. Saba assur. chelmad uenditō res tui: ipī negociatores tui. in lapha riam suoluciis iacineti et polimitorū gazarūqz pciosarū que obuolute et al tricte erant simib? Cedros quoqz habe bant in negociacōnibz tuis naues ma ris: principes tui in negociacione tua. Et repleta es: et glorificata nimis in corde maris. In aquis multas adduxerūt te remiges tui. Ventus auster cōtriuit te in corde maris. Diuicie tue et thesauri tui: et multiplex instru mentū tuū. Naute tui et gubernato res tui qui tenebant suppellectilem tu am. et pplō tuo pterant. uiri quoqz bel latores tui qui erant in te cū uniūsa multitudine tua que est in medio tui. cadent in corde maris in die ruine tue. A sonitu clamoris gubernator tuor cō turbabūtur classes. et descendent de na uibus suis omnes qui tenebant rēmū. Naute et uniūsi gubernatores maris in terra stabunt. et eiulabūt super te uoce magna. et clamabūt amare: et super ponent pulueres capitibus suis. et cine re conspergent: et radent super te calui tiū: et accingentur cilicys: et plorabūt te in amaritudine āīme planctu amarissi mo. Et assument super te carmē lugu bre: et plangent te. Que est ut tyrus que obmutuit in medio maris: Que in exitu negociacionū tuay de mari i plesti pplōs multos: in multitudine diuiciay tuay et pplōr tuor ditasti re ges terre. Nūc contrita es a mari in pfundis aquay. Opes tue et omnis

multitudo tua. que erat in medio tui
ceciderunt. Universi habitatores insularum
obstupuerunt super te. et reges earum omnes
tempestate perculsi mutauerunt vultus.
Negociatores populorum sibilauerunt super te.
Ad nichilum deducta es: et non eris usque
in perpetuum. XXVIII

Et factus est sermo domini ad me di
cens. Fili hominis dic principi
tyri. Hec dicit dominus deus. Eo quod
eleuatum est cor tuum et dixisti deus ego
sum. et in cathedra dei sedi in corde ma
ris. cum sis homo et non deus: et dedisti
cor tuum quasi cor dei. Ecce sapiencior es
tu daniele: omne secretum non est abscondi
tum a te. In sapiencia et prudencia tua
fecisti tibi fortitudinem: et acquisisti au
rum et argentum in thesauris tuis. In mul
titudine sapiencie tue. et in negocia
cione tua multiplicasti tibi fortitudi
nem: et eleuatum est cor tuum in robore
tuo. Propterea hec dicit dominus deus. Eo quod
eleuatum est cor tuum quasi cor dei: idcir
co ecce ego adducam super te alienos ro
bustissimos gencium: et nudabunt gla
dios suos super pulchritudinem sapien
cie tue: et polluent decorem tuum. Interfici
ent et detrahent te: et morieris in inte
ritu occisorum in corde maris. Numquid di
cens loqueris deus ego sum coram inter
ficientibus te. cum sis homo et non deus:
In manu occidencium te morte incircumci
sorum morieris in manu alienorum: quia
ego sum ait dominus deus. Et factus est sermo
domini ad me dicens. Fili hominis leua plan
ctum super regem tyri: et dices ei. Hec di
cit dominus deus. Tu signaculum similitudi
nis plenus sapiencia et perfectus decore: in
deliciis paradisi dei fuisti. Omnis lapis pre
ciosus operimentum tuum: sardius thopasi
us et iaspis. crisolitus et onix et berillus.
saphirus et carbunculus et smaragdus.
Aurum opus decoris tui: et foramina tua
in die qua conditus es preparata sunt. Tu
cherub extentus et protegens: et posui te
in monte sancto dei. In medio lapidum

ignitorum ambulasti. perfectus in viis tuis
a die condicionis tue: donec inuenta est
iniquitas in te. In multitudine nego
ciacionis tue repleta sunt interiora tua
iniquitate et peccasti: et eieci te de monte
dei. et perdidi te o cherub. protegens de
medio lapidum ignitorum. Et eleuatum est
cor tuum in decore tuo: perdidisti sapienci
am tuam in decore tuo. In terram proieci te:
ante faciem regum dedi te ut cernerent
te. In multitudine iniquitatum tuarum.
et iniquitate negociacionis tue: pollu
isti sanctificacionem tuam. Producam ergo ignem
de medio tui qui comedat te: et dabo te
in cinerem super terram. in conspectu omnium
videncium te. Omnes qui viderint te in
gentibus: obstupescent super te. Nichil
factus es: et non eris in perpetuum. Et factus est
sermo domini ad me dicens. Fili hominis po
ne faciem tuam contra sydonem: et pro
phetabis de ea. et dices. Hec dicit dominus
deus. Ecce ego ad te sydon: et glorifica
bor in medio tui. Et scient quia ego
dominus: cum fecero in ea iudicia. et sanctifica
tus fuero in ea. Et immittam ei pestilen
ciam et sanguinem in plateis eius: et cor
ruent interfecti in medio eius gladio
per circuitum: et scient quia ego dominus. Et
non erit ultra domus israel offendiculum
amaritudinis. et spina dolorem inferens
undique per circuitum eorum qui aduersantur
eis: et scient quia ego dominus deus. Hec di
cit dominus deus. Quando congregauero domum
israhel de populis in quibus dispersi sunt. sanctifi
cabor in eis coram gentibus: et habita
bunt in terra sua quam dedi seruo meo ia
cob: et habitabunt in ea securi. Et edifi
cabunt domos plantabuntque vineas:
et habitabunt confidenter cum fecero iudici
a in omnibus qui aduersantur eis per circui
tum: et scient quia ego dominus deus eorum.
In anno decimo in XXIX
decimo mense undecima mensis: factum
est uerbum domini ad me dicens. Fili hominis
pone faciem tuam contra pharaonem regem
egipti. et prophetabis de eo: et de egipto

uniuersa loquere et dices. Hec dicit dns de
us. Ecce ego ad te pharao rex egipti dr
co magne: qui cubas in medio flumi
nū tuoꝝ et dicis. Meus ē fluuius: et
ego feci memetipm. Et ponam frenū
in maxillis tuis: et agglutinabo pis
ces fluminū tuoꝝ squamis tuis: et
extraham te de medio fluminū tuoꝝ:
et uniuersi pisces tui squamis tuis adhe
bunt. Et proiciam te in desertū: et omnes pis
ces fluminis tui. Sup faciē terre cades:
non colligeris neq; congregaberis.
Bestiis terre et uolatilibꝫ celi dedi te
ad deuorandū: et scient omnes habito
res egipti. quia ego dns. Pro eo qd fu
isti baculus arundineus domui israel: qn
apprehenderunt te manu et confractus
es. et lacerasti omnē humerū eorū.
et dissoluisti omnes renes eoꝝ. et innitē
tibus eis sup te comminutus es: propterea
hec dicit dns deus. Ecce ego adducam
sup te gladiū et interficiam de te ho
minē et iumentū: et erit terra egipti
in desertū et solitudinē: et scient qui
a ego dns. Eo qd dixeris fluuius me
us est. et ego feci eum: idcirco ecce ego
ad te et ad flumina tua: daboq; terram
egipti in solitudines gladio dissipa
tam turre a sienes usq; ad terminos e
thiopie. Non pertransibit eam pes ho
minis. neq; pes iumenti gradietur in
ea: et non habitabitur quadraginta an
nis. Daboq; terram egipti desertam in
medio terraꝝ desertaꝝ. et ciuitates eius
in medio urbiū subuersaꝝ: et erunt
desolate quadraginta annis. Et disp
gam egipcios in naciones: et venti
labo eos in terras. Quia hec dicit dns
deus. Post finem quadraginta anno
rum. congregabo egiptū de pplis in q
bus dispersi fuerant. et reducam capti
uitatem egypti: et collocabo eos in ter
ra phatures in terra natiuitatis sue: et
erunt ibi in regnū humile. et inter ce
tera regna erit humilima: et nō eleua
bitur ultra sup naciones. Et imminuam

eos ne imperent gentibꝫ: neq; erunt
ultra domui israhel in confidencia do
centes iniquitatem ut fugiant et se
quantur eos: et scient qa ego dns deus.
Et factum est in vicesimo et septimo anno
in primo. in vna mensis: factum est uerbū
dni ad me dicens. Fili hominis nabu
chodonosor rex babylonis. seruire fe
cit exercitū suū seruitute magna ad
uersū tyrū. Omne caput decaluatum.
et omnis humerus depilatus ē: et mer
ces non est reddita ei neq; exercitui e
ius de tyro pro seruitute qua seruiuit mi
aduersus eam. Propterea hec dicit dns.
Ecce ego dabo nabuchodonosor regem
babylonis in terra egipti: et accipiet mul
titudinē eius. et depredabitur manu
bias eius. et diripiet spolia eius: et e
rit merces exercitui illius. et opi pro
quo seruiuit aduersū eam. Et dedi ei
terram egipti: pro eo qd laborauerunt mi
ait dns deus. In die illo pullulabit
cornu domus israel. et tibi dabo apertū
os in medio eoꝝ: et scient qm ego dns.

XXX

Et factum est uerbū
dni ad me dicens. Fili homi
nis propheta et dic. Hec dicit
dns deus. Vlulate. Ve ve diei: qa iux
ta ē dies: et appropinquat dies dni.
Dies nubis. tempus gentiū erit. Et
ueniet gladius in egyptū. Et erit pa
uor in ethiopia: cum ceciderint vulne
rati in egipto. et ablata fuerit multi
tudo illius et destructa fundamenta
eius. Ethyopia et libia et lidij et omne
reliquū vulgus. et chub. et filij terre
federis. cū eis gladio cadent. Hec dicit
dns deus. Et corruent fulcientes egip
tum: et destruetur superbia imperij eius.
A turre sienes gladio cadent in ea: ait
dns exercituū. Et dissipabuntur in me
dio terraꝝ desolataꝝ: et urbes eius in me
dio ciuitatū desertaꝝ erunt. Et scient qm
ego dns. cū dedero ignē in egipto: et at
triti fuerint omnes auxiliatores eius.
In die illa egredientur nuncij a facie me

a in trieribz ad conterendā ethiopie q
fidenciam: et erit pauor in eis in die
egipti: quia absq; dubio ueniet. Hec
dicit dn̄s deus. Et cessare faciam mul
titudinē egipti in manu nabuchodo
nosor regis babilonis. Ipē et ppl's ei⁹
cū eo fortissimi genciū adducent ad
dispdendam t̄ram: et euaginabūt gla
dios suos sup egiptū: et implebūt t̄
ram interfectis. Et faciam alueos flumi
nū aridos et tradam t̄ram in manu pes
simoꝝ: et dissipabo t̄ram et plenitudi
nem eius in manus alienoꝝ: ego dn̄s
locutus sū. Hec dicit dn̄s deus. Et disp
dam simulachra. et cessare faciam ydo
la de memphis: et dux de terra egipti
non erit amplius. Et dabo t̄rorem in
t̄ra egipti: et dispdam t̄ram phatures.
et dabo ignē in tafnis: et faciam iudi
cia in alexandria. Et effundam indig
nacionē meam sup pelusiū robur e
gipti: et interficiā multitudinē alexan
drie: et dabo ignē in egipto. Quasi p
turiens dolebit pelusiū: et alexandria
erit dissipata: et in mēphis angustie co
tidiane. Iuuenes helyopoleos et bubas
ti gladio cadent: et ipē captiue ducen
tur. Et in tafnis nigrescet dies cū con
triuero ibi sceptra egipti: et defecerit in
ea supbia potencie eius. Ipsam nubes
opiet: filie autē eius in captiuitatem
ducent. Et faciam iudicia in egipto: et
scient quia ego dn̄s. Et fc̄m est in vnde
cimo anno in p̄mo. in septima men
sis: fc̄m est uerbū dn̄i ad me dicens. Fi
li hom̄is brachiū pharaonis regis e
gipti confregi: et ecce non est obuolu
tum ut restituerētur ei sanitas. ut liga
retur pānis. et fasciretur lintheolis:
et recepto robore posset tenere gladium.
Ꝓterea hec dicit dn̄s deus. Ecce ego ad
pharaonē regē egipti: et cōminuā b
chiū eius forte. sed confractū: et deiciā
gladiū de manu eius. Et dispgam i
gentibz: et ventilabo eos in terris. Et
confortabo brachia regis babilonis:
daboq; gladiū meū in manu eius. Et
confringam brachia pharaonis: et
gement gemitibz interfecti corā faci
e eius. Et confortabo brachia regis ba
bilonis: et brachia pharaonis conci
dent. Et scient quia ego dn̄s: cū dedero
gladiū meū in manu regis babilōis.
et extenderit eū sup t̄ram egipti. Et dis
pgam egiptū in naciones. et ventila
bo eos in t̄ris: et scient quia ego dn̄s.

XXXI

Et fc̄m est in
vndecimo anno. tercio. vna
mensis. fc̄m est uerbū dn̄i ad
me dicens. Fili hom̄is dic pharaoni r̄
gi egipti et ppl'o eius. Cui similis fc̄us
es in magnitudine tua: Ecce assur q̄si
cedrus in libano: pulcher ramis. et
frondibus nemorosus. excelsusq; al
titudine: et inter condensas frondes
eleuatū est cacumen eius. Aque nu
trierūt illū: abyssus exaltauit eum.
Flumīa eius manabant in circuitu
radicū eius: et riuos suos emisit ad
vniūsa ligna regionis. Ꝓterea eleua
ta est altitudo eius sup omīa ligna r̄
gionis: et multiplicata sūt arbusta
eius: et eleuati sūt rami eius p̄ aquis
multis. Cūq; extendisset vmbrā suā
in ramis eius fecerūt nidos omīa vo
latilia celi: et sub frondibz eius genu
erunt omēs bestie saltuū: et sub vm
braculo illius habitabat cetus genci
um plūmaꝝ. Eratq; pulcherrim⁹ ī mag
nitudine sua: et in dilatacione arbus
torū suoꝝ. Erat enī radix illius iuxta
aquas multas. Cedri non fuerūt alci
ores illo in padiso dei: abietes non ade
quauerūt sūmitatem eius: et plata
ni non fuerunt eque frondibus eius.
Omē lignū padisi dei non ē assimila
tum illi et pulchritudini eius: quoni
am speciosū feci eū. et multis conden
sisq; frondibz: et emulata sūt eū oīa
ligna voluptatis. que erant in padi
so dei. Ꝓterea hec dicit dn̄s deus. Pro eo q
sublimatus est in altitudine. et dedit

sūmitatem suam virentem atq; con
densam. et eleuatū est cor eius in alti
tudine sua: tradidi eū in manu for
tissimi gentiū. Faciens faciet ei. Iuxta
impietatem eius eieci eū: et succident
illum alieni et crudelissimi nacionū:
et proicient eū sup montes. Et in cūc
tis cōuallib; corruent rami eius: et
confringentur arbusta eius in vniu
sis rupib; tr̄e. Et recedent de vmbracu
lo eius omēs ppli tr̄e: et relinquēt eū.
In ruina eius habitauerūt omīa vo
latilia celi: et in ramis eius fuerunt
vniūse bestie regionis. Quāmobrem n̄
eleuabūtur in altitudine sua omīa
ligna aquar. neq; ponent sublimi
tatem suam int̄ nemorosa atq; fron
dosa: nec stabūt in sublimitate eor
omīa que irrigant̄ aquis: quia oēs
traditi sūt in mortē. ad tr̄am ultimā
in medio filior hoīm. ad eos qui descē
dunt in lacū. Hec dicit dn̄s deus. In
die qn̄ descendit ad inferos induxi luc
tum: opui eum abysso: et phibui flu
mina eius. et coercui aquas multas.
Contristatus est sup eum libanus: et
omīa ligna agri concussa sūt. A so
nitu ruine eius cōmoui gentes: cū
deducerem eū ad infernū cū hijs qui
descendebant in lacū. Et consolata sūt
in tr̄a infima omīa ligna volupta
tis. egregia atq; p̄clara in lybano:
vniuersa que irrigabant̄ aquis. Nā
et ipi cum eo descendent ad infernū ad
interfectos gladio: et brachiū vniuſ
cuiusq; sedebit sub vmbraculo eius ī
medio nacionū. Cui assimilatus es
o inclite atq; sublimis int̄ ligna uo
luptatis: Ecce deductus es cum lignis
uoluptatis ad tr̄am ultimā. In me
dio incircūcisor dormies cū eis. qui ī
terfecti sūt gladio. Ipē est pharao. et
omīs mlt̄itudo ei⁹. dicit dn̄s deus.

Et fcm̄ est XXII
duodecimo anno in mense
duodecimo. in vna mensis:

fcm̄ est uerbū dn̄i ad me dicēs. Fili ho
mīs assume lamentū sup pharaonē
regem egipti: et dices ad eum. Leoni
gentiū assimilatus es: et draconi qui
est in mari. Et uentilabas cornu ī flu
mībus tuis: et conturbabas aquas
pedibus tuis: et conculcabas flumīa
eor. Ppt̄ea hec dicit dn̄s deus. Expan
dam sup te rethe meū in multitudine
pcōr multor: et extraham te in sage
na mea. et ꝓiciam te in tr̄am. Super
faciem agri abiciam te. et habitare
faciā sup te omīa uolatilia celi: et sa
turabo de te bestias vniūse tr̄e. Et da
bo carnes tuas sup montes. et implebo
colles tuos sanie tue: et irrigabo terrā
fetore sanguinis tui sup montes: et val
les implebūtur ex te. Et opiam cū ex
tinctus fuis celos: et nigrescē faciam
stellas eius. Solem nube tegam: et lu
na non dabit lumē suū. Omīa lūmari
a celi merē faciā sup te. et dabo tenebras
sup tr̄am tuā dicit dn̄s deus: cū cecide
rint vulnerati tui in medio tr̄e. ait do
min⁹ deus. Et irritabo cor pplor mlt̄o
rum: cū induxero contricionē tuā in gē
tibus sup tr̄as quas nescis. Et stupes
cere faciam sup te pplos multos: et re
ges eor horrore nimio formidabūt su
p te. ꝓpter vniūsas iniq̄tates quas opa
tus es: cū uolare cepit gladius meus
sup facies eor. Et obstupescent repen
te singuli pro aīma sua: in die ruine
sue. Quia hec dicit dn̄s deus. Gladi⁹
regis babylonis ueniet tibi. In gladi
is forciū deiciam multitudinē tuam.
Inexpugnabiles gentes omēs hee. Et
vastabunt supbiam egipti: et dissipa
bitur multitudo eius. Et pdam omīa
iumēta eius. que erant sup aquas pli
mas: et non conturbabit eas pes ho
minis ultra: neq; vngula iumentor
turbabit eas. Tunc purissimas reddā
aquas eor: et flumina eor q̄si oleum
adducam ait dn̄s deus: cū dedero terrā
egipti desolatā. Deseretur autē terra

a plenitudine sua. qn̄ percussero omnes
habitatores eius: et scient q̄a ego dn̄s.
Planctus est: et plangent eū. Filie gē
ciū plangent eū. Sup egipto et super
multitudinē eius plangent eū: ait do
minus deus. Et fc̄m est in duodecimo
anno in q̄ntadecima mensis: fc̄m est
uerbū dn̄i ad me dicens. Fili hominis
cane lugubre sup multitudinē egipti:
et detrahe eam. ipam et filias gentiū
robustar ad t̄ram ultimā cū hijs qui
descendūt in lacū. Quo pulchrior es:
descende et dormi cum incircumcisis.
In medio int̄fector gladio cadent. Gla
dius datus ē. Attraxerūt eū: et omēs
pplos eius. Loquentur ei potentissimi
robustor de medio inferni: qui cū auxi
liatorib⁹ eius descenderūt et dormierūt
incircūcisi int̄fectiq; gladio. Ibi assur
et omīs multitudo eius. in circuitu il
lius sepulchra eius: omēs int̄fecti. et
qui ceciderūt gladio: quor data sunt
sepulchra in nouissimis lacis. Et fc̄a
est multitudo eius p gyrū sepulchri e
ius et uniūsi int̄fecti cadentesq; gla
dio: qui dederant quondam formidi
nem in t̄ra viuenciū. Ibi elam et mul
titudo eius p gyrū sepulchri sui. Om
nes hij interfecti ruentesq; gladio qui
descenderūt incircūcisi ad t̄ram ultimā:
qui posuerūt t̄rorē suū in t̄ra viuēciū:
et portauerūt ignominiā suam cum
hijs qui descenderūt in lacū. In medio
int̄fector posuerūt cubile eius: in uni
uersis pplis eius in circuitu eius sepul
chrū illius. Omēs hij incircūcisi inter
fectiq; gladio. Dederant eū terrorē in
t̄ra viuenciū: et portauerūt ignomi
niam suam cū hijs qui descendūt ī la
cum. In medio int̄fector positi sunt.
Ibi mosoch et tubal et omīs multitu
do eius: in circuitu eius sepulchra illi⁹.
Omēs hij incircūcisi int̄fectiq; et cadē
tes gladio: q̄a dederūt formidinē suā
in terra viuenciū. Et non dormiēt cū
fortib; cadentibusq; et incircūcisis qui
descenderūt ad infernū cū armis suis.
et posuerūt gladios suos sub capitib⁹
suis: et fuerunt iniq̄tates eor in ossib⁹
eor: quia terror forciū fc̄i sūt in terra
viuenciū. Et tu ergo in medio incircū
cisor contereris: et dormies cū int̄fec
tis gladio. Ibi ydumea et reges eius.
omnes duces eius qui dati sunt cū ex
cercitu suo cū interfectis gladio: et q̄
cum incircūcisis dormierūt. et cū hijs
qui descenderūt in lacū. Ibi principes
aq̄lonis omnes. et uniūsi venatores
qui deducti sunt cū int̄fectis pauen
tes et in sua formidine confusi: qui
dormierūt incircūcisi cū interfectis gla
dio: et portauerūt confusionē suam
cū hijs qui descendūt in lacū. Vidit
eos pharao et consolatus ē sup uniū
sa multitudine sua que int̄fecta est
gladio: et portauerūt confusionem
cū hijs qui descendūt in lacū. phara
o et omīs excercitus eius. ait dn̄s de⁹:
quia dedit t̄rorem meū in t̄ra viuēci
um. Et dormiuit in medio incircūci
sorū cū interfectis gladio: pharao et
omīs multitudo eius ait dn̄s deus.

Et fc̄us ē XXXIII
sermo dn̄i ad me dicens. Fili
hom̄is loquere ad filios pplī tu
i: et dices ad eos. Terra cū induxero
sup eam gladiū. et tulerit pplus t̄re
virū unū de nouissimis suis. et con
stituerit eū sup se speculatorē. et ille
viderit gladiū uenientē sup t̄ram. et
cecinerit bucina et annūciauerit po
pulo: audiens autē quisq̄s ille ē so
nū bucine nō se obseruauerit. vene
ritq; gladius et tulerit eū: sanguis
ipius sup caput eius erit. Sonū bu
cine audiuit. et non se obseruauit:
sanguis eius in ipo erit. Si autē se
custodierit: aīam suā saluabit. Qd̄
si speculator viderit gladiū uenientē.
et nō insonuerit bucina. et pplus se
non custodierit ueneritq; gladius et
tulerit de eis aīam: ille quidē in ini

quitate captus est: sanguinē autē
eius de manu speculatoris requiram.
Et tu fili hominis speculatorē dedi te do
mui isrl'. Audiens ergo ex ore meo ser
monē: annūciabis eis me. Si me di
cente ad impiū. impie morte morie
ris. non fueris locutus ut se custodi
at impius a via sua: ipē impius in
iniquitate sua morietur: sanguinē
autē eius de manu tua requiram.
Si autē annūciante te ad impiū ut
a viis suis conuertatur. non fuit conu
sus a via sua: ipē in iniquitate sua
morietur: porro tu aīam tuā liberas
ti. Tu ergo fili hominis dic ad domū
isrl'. Dic locuti estis dicentes. Iniqui
tates nrē et pccā nrā sup nos sūt: et in
ipis nos tabescim⁹. Quomō ergo vi
uere poterim⁹? Dic ad eos. Viuo ego
dicit dns deus. Nolo mortē impij: sz
ut reuertatur impius a via sua et
viuat. Conuertimī a viis vris pessimis.
Et q̄re moriemī domus isrl': Tu ita
qz fili hominis dic ad filios ppli tui. Ius
ticia iusti non liberabit eum in qua
cūqz die peccauerit: et impietas ipij
non nocebit ei in quacūqz die conuers⁹
fuit ab impietate sua. Et iustus non
poterit viuere in iusticia sua: in quacū
qz die peccauerit. Etiā si dixero iusto
qd vita viuat. et confisus in iusticia
sua fecerit iniqtatē: omēs iusticie ei⁹
obliuioni tradentur: et ī iniquitate
sua quā opatus ē in ipā morietur. Si
autē dixero impio morte morieris. et
egerit penitenciam a pccō suo. fecerit
qz iudiciū et iusticiā. pignus restitu
erit ille impius rapinamqz reddiderit.
in mandatis vite ambulauerit. nec fe
cerit quicqm iniustū: vita viuet et nō
morietur. Omīa peccata ei⁹ que pec
cauit: non īputabuntur ei. Iudiciū et
iusticiam fecit: vita viuet. Et dixerūt
filij ppli tui. Non est equi ponderis
via dni. Et ipōr via iniusta ē. Cū enī
recesserit iustus a iusticia sua fecerit

qz iniquitates: morietur in eis. Et cū
recesserit impius ab impietate sua. fe
ceritqz iudiciū et iusticiā: viuet in eis.
Et dicitis. Non est recta via dni. Vnū
quēqz iuxta vias suas iudicabo de uo
bis domus isrl'. Et fctm est in duodeci
mo anno in duodecimo mense in q̄n
ta mensis trāsmigracionis nrē: uenit
ad me qui fugerat de ihrlm dicēs. Vas
cata est ciuitas. Manus autē dni fcā
fuerat ad me uespe: antequā ueniret q̄
fugerat. Aperuiqz os meū donec ueni
ret ad me mane: et apto ore meo nō
silui amplius. Et fctm est uerbū dni
ad me dicens. Fili hominis qui habitāt
in ruinosis sup humū isrl': loquentes
aiūt. Vnus erat abraham: et heredi
tate possedit trām. Nos autē multi:
nobis data est trā in possessionē. Idcir
co dices ad eos. Hec dicit dns deus. Q
in sanguīe comeditis et oculos urōs
leuatis ad īmūdicias vrās et sangui
nem funditis: nūquid trām heredi
tate possidebitis: Stetistis in gladijs
urīs. fecistis abhomīaciones. et vn⁹
quisqz vxorem primi sui polluit: et
terram hereditate possidebitis: Hec
dices ad eos. Sic dicit dns deus. Viuo
ego q̄a qui in ruinosis habitant gla
dio cadent: et qui in agro est bestijs tr
detur ad deuorandū. Qui autē in p
sidijs et in spelūcis sunt: peste morie
tur. Et dabo trām in solitudinē et de
sertū: et deficiet supba fortitudo eius:
et desolabūtur montes isrl'. eo qd nul
lus sit qui p eos trāseat. Et scient q̄a
ego dns: cum dedero trām eor desola
tam et desertā. ppt vniūsas abhomi
naciones suas quas opati sunt. Et
tu fili hominis. filij ppli tui qui loquū
tur de te iuxta muros et in ostijs domo
rum: et dicūt vnus ad alterū vir ad
primū suū loquentes. Venite et audi
amus: qui sit sermo egrediens a dno.
Et ueniūt ad te. quasi si ingrediatur
ppls et sedent corā te pplus me⁹: et au

duit sermones meos et nō faciūt eos:
quia in cauticū ora sua uertūt illos.
et auaritiā suam sectat cor eor. Et ē
eis quasi cantus musicus qđ suauis dul
ci⁹ sono canitur: et audiunt uba tu
a et non faciunt ea. Et cū uenerit qđ
p̄dictū est. ecce ecē uenit: tūc scīet qđ
pphetes fuit in eos. XXXIIII

Et factus est uerbū dñi ad me di
cens. Fili hominis pphetа de pas
toribus isrl': pphetа et dices pa
storibus. Hec dicit dñs deus. Ve pasto
ribus isrl': qui pascebant semetipsos.
Nōne greges pascūtur a pastoribus:
Lac comedebatis et lanis operiebamini:
et qđ crassum erat occidebatis: gregē
autē meū non pascebatis. Qđ infir
mū fuit nō consolidastis: et qđ egrotū
non sanastis. Qđ fractū est non alli
gastis. et qđ abiectū est non reduxistis.
et qđ perierat nō quesistis: sed cū auste
ritate imperabatis eis et cū potentia.
Et dispsi sunt oues mee eo qđ nō esset
pastor: et facte sunt in deuorationē oīm
bestiarū agri: et dispsi sunt. Errauerūt
greges mei in cūctis montibus et in mul
to colle excelso: et sup omnē faciē ter
re dispsi sunt greges mei: et non erat q
requireret. Non erat usq̄m qui requi
reret. Propterea pastores audite uerbū dñi.
Viuo ego dicit dñs deus: quia pro eo qp
pter fuit greges mei in rapinā. et oues me
e in deuorationē oīm bestiarū agri. eo
qđ non esset pastor: neq; enī quesierūt
pastores gregē meū. sed pascebant pas
tores semetipsos. et greges meos nō pas
cebant: propterea pastores audite uerbū
dñi. Hec dicit dñs deus. Ecce ego ipe su
per pastores requiram gregem meum
de manu eor: et cessare faciam ut ultra
non pascāt gregem: nec pascant am
plius pastores semetipsos. Et liberabo
gregē meū de ore eor: et non erit ultra
eis in escam. Quia hec dicit dñs deus.
Ecce ego ipe requiram oues meas: et visi
tabo eas. sicut visitat pastor gregem
suum in die qū fuit in medio ouium suar
dissipatarū: sic visitabo oues meas et
liberabo eas de omnib; locis in quibus
dispsе fuerāt in die nubis et caligīnis.
Et educam eas de pplis: et congregabo
eas de terris: et inducam eas in terram
suā. Et pascam eas in montib; isrl': in
riuis et in cūctis sedib; terre. In pascuis
uberrimis pascam eas: et in montib⁹
excelsis isrl' erūt pascue eor. Ibi requi
escent in herbis uirentib; et in pascuis
pinguib; pascentur sup montes isrl. ego
pascam oues meas: et ego eas accu
bare faciā dicit dñs deus. Qđ perierat
requiram et qđ abiectū erat reducam: et
qđ confractū fuerat alligabo. et quod
infirmū fuerat consolidabo: et qđ pin
gue et fortē custodiā: et pascam illos in
iudicio. Vos autē greges mei. hec dicit
dñs. Ecce ego iudico inter pecus et pe⁹
arietū et hyrcor. Nōne satis uobis e
rat pascua bona depasci: nisi reliquias pascuas uras conculcastis pe
dibus uris. Et aquā purissimā aquā bi
bētis reliquā pedibus uris turbaba
tis: et oues mee hys que cōculcata pe
dib; uris fuerant pascebant: et que pe
des uri turbauerant hec bibebant. Pp
terea hec dicit dñs deus ad uos. Ecce ip
se ego iudico inter pecus pingue et ma
cilentū. Pro eo qđ latere⁹ et humeris
impingebatis et cornib; uris uentilaba
tis omnia infirma pecora donec disper
gerent foras: saluabo gregem meum.
et non erit ultra in rapinam: et iudi
cabo inter pecus et pecus. Et suscita
bo sup ea pastorē unū qui pascat eas.
seruū meum dauid. Ipe pascet eas: et
ipe erit eis in pastorem. Ego autem
dñs ero eis in deū: et seru⁹ meus dauid
princeps in medio eor. Ego dñs locu
tus sum. Et faciam cū eis pactū pa
cis: et cessare faciam bestias pessimas
de terra: et qui habitant in deserto secu
re dormient in saltibus. Et ponā eos
in circuitu colles mei benedictionem: et

deducam ymbrem in tempe suo: plu
uie bñdcoīs erunt. Et dabit lignū a
gri fructū suū: et terra dabit germen
suū: et erūt in tra sua absq; timore.
Et scient quia ego dñs: cū contriuero
cathenas iugi eoꝝ. et eruero eos de ma
nu īpanciū sibi. Et non erūt ultra in
rapinam gentibꝫ. neq; bestie terre de
uorabūt eos: sed hītabūt confidenter
absq; ullo trore. Et suscitabo eis ger
men nomīatū: et non erūt ultra im
minuti fame in tra: neq; portabūt
amplius obprobria genciū. Et scient
quia ego dñs deus eoꝝ cū eis: et ipsi
pplus meus domus isrl. ait dñs deus.
Vos autem greges mei. greges pas
cue mee homines estis: et ego dñs ds
uest. dicit dñs deus. XXXV

Et factus est sermo dñi ad me di
cens. Fili hominis pone faciē
tuā aduersum montē seyr: et
pphetabis de eo. et dices illi. Hec dicit
dñs deus. Ecce ego ad te mons seyr. et
extendam manum meā sup te: et da
bo te desolatū atq; desertū. Vrbes tuas
demoliar: et tu desertus eris. Et scies
quia ego dñs: eo qd fuis īimicus sem
piternus. et concluseris filios israhel
in manus gladij in tempe afflictio
nis eoꝝ. in tempe iniquitatis extreme.
Pterea viuo ego dicit dñs deus: quo
niā sanguini tradam te. et sanguis
te psequetur: et cū sanguinē oderis
sanguis psequetur te. Et dabo mon
tem seyr desolatū et desertū: et aufe
ram de eo eūtem et redeuntē: et imple
bo montes eius. occisoꝝ suoꝝ. In col
libus tuis et in vallibꝫ tuis atq; tor
rentibꝰ. interfecti gladio cadent. In so
litudines sempiternas tradam te: et ci
uitates tue non habitabunt. Et scie
tis qm ego dñs deus: eo qd dixeris
due gentes et due tre mee erūt. et he
reditate possidebo eas: cū dñs esset
ibi. Pterea viuo ego dicit dñs deus:
quia faciā iuxta iram tuā et secūdū
zelū tuū quē fecisti. odio habens eos:
et notus efficiar p eos cū te iudicaue
ro: et scies quia dñs ego. Audiui vni
uersa obprobria tua que locutus de
montibꝫ isrl dicens. Deserti nobis da
ti sunt ad deuorandū. Et insurrexis
tis sup me ore uro: et derogastis ad
uersum me. Verba ura ego audiui. Hec
dicit dñs deus. Letante vniuersa terra:
in solitudinē te redigam. Sicuti gaui
sus es sup hereditatem domus isrl: eo
qd fuit dissipata: sic faciam tibi. Dis
sipatus eris mons seyr. et ydumea ō
nis: et scient quia ego dominus.

Tu autē XXXVI.
fili hominis ppheta sup montes
isrl: et dices. Montes isrl au
dite uerbū dñi. Hec dicit dñs deus. E
o qd dixerit īimicus de uobis euge. al
titudines sempiterne in hereditatem da
te sunt nobis: pterea vaticinare et dic.
Hec dicit dñs deus. Pro eo qd desolati
estis et conculcati p circuitū. et facti
in hereditatē reliquis gentibꝫ. et as
cendistis sup labiū lingue. et obpro
briū ppli: pterea montes isrl audite
uerbum dñi dei. Hec dicit dñs deus.
montibꝫ et collibꝫ torrentibꝫ uallibꝫ
q; et desertis parietiuis et urbibus
derelictis: que depopulate sūt. et sub
sannate et reliquis gentibꝫ p circui
tum. Pterea hec dicit dñs deus. Qm
in igne zeli mei locutus sum de reliqs
gentibꝫ. et de ydumea vniuersa. qui de
derūt terram meam sibi in heredita
tem cū gaudio. et toto corde et ex aīmo.
et eiecerunt eam ut uastarent: idcirco
vaticinare sup humū isrl: et dices
montibꝰ et collibꝫ. iugis et uallibus.
Hec dicit dñs deus. Ecce ego in zelo
meo et in furore meo locutus sū: eo qd
confusionem genciū sustinueritis. Id
circo hec dicit dñs deus. Ego leuaui
manū meā: ut gentes que in circui
tu uro sunt ipe confusionē suam por
tent. Vos autē montes isrl ramos

uros germinetis: et fructū vīm affera
tis ppło meo. isrl. ¶De eb enī ut ueīat.
Quia ecce ego ad uos. et cōuertar ad
uos: et arabimī et accipiens semente.
et multiplicabo in uobis homines om
nem dom̄ isrl. Et habitabunt ciui
tates: et rumosa instaurabūtur. Et re
plebo uos hoīb; et iumentis: et mul
tiplicabūtur et crescent. Et habitare
uos faciam sicut a principio: bonis
donabo uobis; et habuistis ab initio
: et scietis quia ego dūs. Et adducā
sup uos homīes populū meū isrl. et he
ditate possidebunt te. et eris eis in her
ditatē: et non addes ultra ut ab sic eis
sis. ¶Hec dicit dūs deus. Pro eo qđ dicūt
de uobis deuoratrix hoīm es. et sufo
cans gentē tuā: ¶ppēa hoīes nō come
des amplius: et gentē tuā nō uecabis
ultra ait dūs deus. ¶Nec audiam faci
am in te amplius confusionē gentiū:
et obprobriū ppłoꝝ nequaq̄ portabis:
et gentē tuā non amittes amplius. a
it dūs deus. Et factū est uerbū dīi ad
me dicens. ¶Fili hoīs domus isrl' hīcaue
runt in humo uia: et polluerūt eam
in uijs suis et in studijs suis. ¶Iuxta i
mūdiciā uiensiruate fēā est uia eorū
coram me. Et effudi indignacionem
meā sup eos pro sanguine quē fuderūt
sup terram: et in ydolis suis polluerūt
eam. Et dispsi eos in gentes: et uen
tilati sūt in terras. ¶Iuxta uias eoꝝ et adi
uencciones iudicaui eos. Et ingressi sūt
ad gentes ad quas introierūt et pol
luerunt nomen scīm meū: cum dicere
tur de eis ppłus dnī iste est: et de terra
eius egressi sūt. Et pepci nomini meo
scō: quod polluerat dom̄ isrl. in gen
tibus ad quas ingressi sūt. ¶Idcirco di
ces domui isrl'. ¶Hec dicit dūs deus. Nō
ppē uos ego faciā domus isrl': sz ppter
nomē scīm meū qđ polluistis in gen
tibus ad quas introistis. Et sāctificabo
nomē meū magnū qđ pollutū est in
ter gentes. qđ polluistis in medio ea
rū: ut sciant gentes quia ego dūs aug
dūs exercituū: cū sāctificatus fuero in uo
bis coram eis. ¶Tollam quippe uos de gen
tibus et congregabo de uniuersis terris:
et adducam uos in terram uestrā. Et
effundam sup uos aquā mūdam: et
mūdabimī ab omnibus inquinamētis ves
tris: et ab uniuersis ydolis uris mūdabo
uos. Et dabo uobis cor nouū: et spīm
nouū ponam in medio uī. Et auferā
cor lapideū de carne uestrā: et dabo uob
cor carneū: et spīm meū ponam in me
dio uī. Et faciam ut in pceptis meis
ambuletis: et iudicia mea custodia
tis et operemī. Et habitabitis in terra
quā dedi patribus uris: et eritis mihi
in ppłm. et ego ero uobis in deū. Et sal
uabo uos ex uniuersis inquinamentis
uris. Et uocabo frumentum et multi
plicabo illud: et non īponam in uos
famē. Et multiplicabo fructū ligni
et germina agri: ut non portetis ultra
obprobriū famis in gentibus. Et recor
dabimī uiaꝝ uarū pessimarū. studio
rūq; non bonoꝝ: et displicebūt uo
bis iniquitates ure et scelera uestra.
¶Non ppter uos ego faciam ait dūs
deus: notū sit uobis. Confundimini et
erubescite sup uijs uris dom̄ israhel.
¶Hec dicit dūs deus. In die qua mun
dauero uos ex omnibus iniquitatibus uris.
et habitare fecero urbes. et instaura
uero rumosa. et terra deserta fuit excul
ta. que quondā erat desolata in o
culis omnis uiatoris: dicent. Terra il
la inculta. fēā est ut ortus uoluptatis:
et ciuitates deserte et destructe atq; fos
sis munite sederūt. Et scient gentes
quecūq; derelicte fuerint in circuitu
uro. quia ego dūs edificaui dissipa
ta. plantauiq; inculta: ego dūs locu
tus sum et feciam. ¶Hec dicit dūs de?
Adhuc in hoc uenient me dom̄ isrl':
ut faciam eis. ¶Multiplicabo eos si
cut gregē hominū ut gregē scīm. ut
gregem ihrlim. in solempnitatibus ei?:

sic erunt ciuitates deserte. pleneq; gre
gibus hoim: et scient quia ego dns.

Facta est XXXVII
sup me manus dni et edux
it me in spu dni: et dimisit
me in medio campi qui erat plen⁹
ossibz: et circumduxit me p ea in gyro.
Erant autem multa ualde sup faciem
campi: siccaq; uehementer. Et dixit ad
me. Fili hois. putas ne viuent ossa ista:
Et dixi. Dne deus tu nosti. Et dixit
ad me. Vaticinare de ossibus istis: et di
ces eis. Ossa arida audite uerbu dni.
Hec dicit dns deus ossibz hys. Ecce ego
nemo est adiutor meus in omnibus his:

DANI

nisi mychael princeps uester. XI

Ego autē ab anno p̄mo darij me
di stabam: ut confortaretur et
roboraretur. Et nūc veritatem
annūciabo tibi. Ecce adhuc tres reges
stabunt in p̄side: et quartus ditabitur
opibus nimijs sup̄ omnes. Et cū īualu
erit diuicijs suis: concitabit omēs ad
uersum regnū grecie. Surget uero rex
fortis et dn̄abitur potestate multa: et
faciet qd̄ placuerit ei. Et cū steterit cō
teretur regnū eius. et diuidetur in q̄tu
or ventos celi: sed non in posteros eius:
neq; scd̄m potenciā illius qua dn̄atus
est. Lacerabitur enī regnū eius. etiā in
externos: exceptis hijs. Et confortabit
rex austri: et de principibus eius p̄ua
lebit sup̄ eū: et dn̄abitur dicione. Mul
ta enī dn̄acio eius. Et post finem āno
rum federabūtur. Filiaq; regis austri
veniet ad regē aquilonis facere amici
ciam: et non obtinebit fortitudinē bra
chij: nec stabit semen eius. Et tradetur
ipsa et qui adduxerūt eam. adolescētes
eius: et qui confortabant eam in tem
p̄ibus. Et stabit de germine radicū ei⁹
plantacio. Et ueniet cū exercitu et in
gredietur p̄uinciā regis aquilonis: et
abutetur eis et obtinebit: insup̄ et de
os eor̄ et sculptilia. vasa quoq; precio
sa argenti et auri. captiua ducet in e
gyptum. Ipse preualebit aduersū rēgē
aquilonis. Et intrabit in regnū rex
austri: et reuertetur ad t̄ram suā. Filij
autē eius p̄uocabunt: et congregabūt
multitudinē exercituū plurimor̄. Et ue
niet p̄perans et īundans: et reuertetur
et concitabitur. et congredietur cū robo
re eius. Et p̄uocatus rex austri egrediet.
et pugnabit aduersum regem aq̄lonis:
et p̄parabit multitudinē nimiam. Et
dabitur multitudo in manus eius. et ca
piet multitudinē: et exaltabit cor eius.
et deiciet multa milia: sed non p̄uale
bit. Conuertetur enī rex aquilonis. et pre
parabit multitudinē multo maiorē q̄m
prius: et in fine temp̄m annor̄q; veniet
p̄perans cū exercitu magno. et opibus
nimijs. Et in temp̄ibz illis. multi cōsur
gent aduersum regem austri. Filij quo
q; p̄uaricator̄ p̄pli tui extollentur: ut
impleant visionē et corruent. Et ueniet
rex aquilonis et cōportabit aggerem. et
capiet vrbes munitissimas: et brachia
austri non sustinebūt. Et consurgent e
lecti eius ad resistendū: et non erit forti
tudo. Et faciet veniens sup̄ eum. iuxta
placitū suū: et nō erit qui stet cont̄ faciē
eius. Et stabit in t̄ra inclita: et consume
tur in manu eius. Et ponet faciē suā. ut
veniat ad tenendū vniūsum regnū ei⁹:
et recta faciet cū eo. Et filiam feminar̄
dabit ei ut euertat illud: et non stabit
nec illius erit. Et cōuertet faciem suam
ad insulas multas: et cessare faciet p̄n
cipem obprobrij sui: et obprobriū eius
conuertetur in eum. Et conuertet faciē su
am ad imp̄ium t̄re sue: et impinget et
corruet. et non īuenietur. Et stabit in lo
co eius vilissimus et indignus decore re
gio: et in paucis diebz conteretur. nō in
furore nec in p̄lio. Et stabit in loco eius
despectus: et non tribuetur ei honor re
gius. Et ueniet clam et obtinebit reg
nū in fraudulencia: et brachia pugnā
tis expugnabūtur a facie eius et conte
rentur. insup̄ et dux federis. Et post ami
cicias cū eo faciet dolū: et ascendet
et sup̄abit in modico populo. Et ha
bundantes et uberes urbes ingredietur:
et faciet que non fecerūt p̄res eius. et pa
tres patrū eius. Rapinas et p̄dam et di
uicias eor̄ dissipabit: et contra firmis
simas cogitaciones iniet. Et hoc usq;
ad tempus. Et concitabitur fortitudo e
ius: et cor eius aduersum regem austri.
in exercitu magno. Et rex austri p̄uoca
bitur ad bellum multis auxilijs. et for
tibus nimijs: et non stabunt. quia in
ibunt aduersū eum concilia. Et come
dentes panē cū eo conterēt illū: exerci
tusq; eius opprimet: et cadent interfecti

eius plurimi. Duorum quoque regum cor erit.
ut malefaciant: et ad mensam unam men-
daciu loquentur. Et non proficient: quia
adhuc finis in aliud tempus. Et reuer-
tetur in terram suam cum opibus multis:
et cor eius aduersum testamentum sanctum: et fa-
ciet et reuertetur in terram suam. Statuto
tempore reuertetur et ueniet ad austrum: et
non erit priori simile nouissimum. Et ue-
nient super eum trieres et romani. et per-
cutietur: et reuertetur et indignabitur con-
tra testamentum sanctuarij. et faciet: reuerte-
turque et cogitabit aduersum eos qui dere-
liquerunt testamentum sanctuarij. Et brachi-
a ex eo stabunt: et polluent sanctuarium
fortitudinis. Et auferent iuge sacrifici-
um: et dabunt abhominacionem in desola-
cionem: et impij in testamentum simula-
bunt fraudulenter. Populus autem sciens
deum suum. obtinebit et faciet. Et docti in
populo docebunt plurimos: et ruent in gla-
dio et in flamma. in captiuitatem. et in ra-
pinam dierum. Cumque corruerint suble-
uabuntur auxilio paruulo: et applicabuntur
eis plurimi fraudulenter. Et de eruditis ru-
ent ut conflentur et eligantur et dealbentur
usque ad tempus prefinitum: quia adhuc a-
liud tempus erit. Et faciet iuxta uo-
luntatem suam rex: et eleuabitur et mag-
nificabitur aduersum omnem deum: et aduer-
sum deum deorum loquetur magnifica: et
diriget donec compleatur iracundia. Pre-
trata est quippe definicio. Et deum patrum
suorum non reputabit. Et erit in concupiscen-
cijs feminarum: nec quemquam deorum curabit: quia
aduersum uniuersa consurget. Deum autem ma-
ozim in loco suo venerabitur: et deum quem
ignorauerunt patres eius colet. auro et ar-
gento et lapide precioso rebusque preciosis.
Et faciet ut muniat maozim cum deo a-
lieno quem cognouit. Et multiplicabit
gloriam: et dabit eis potestatem in multis:
et terram diuidet gratuito. Et in tempore
prefinito preliabitur aduersum eum rex aus-
tri: et quasi tempestas veniet contra il-
lum rex aquilonis. in curribus et in equi-
tibus et in classe magna. Et ingredietur
terras et conteret et pertransiet. et introibit
in terram gloriosam: et multe corruent.
Hee autem sole saluabuntur de manu eius:
edom et moab et principium filiorum ammon.
Et emittet manum suam in terras: et terra
egypti non effugiet. Et dominabitur the-
saurorum auri et argenti: et in omnibus
preciosis egypti. Plybiam quoque et ethy-
opiam transibit. Et fama turbabit eum
ab oriente et ab aquilone: et ueniet in
multitudine magna ut conterat et in-
terficiat plurimos. Et figet tabernaculum
suum apedno inter maria super montem incli-
tum et sanctum: et ueniet usque ad summitatem
eius: et nemo auxiliabitur ei. XII

In tempore autem illo consurget mychael
princeps magnus. qui stat pro filijs po-
puli tui: et ueniet tempus quale non fu-
it ab eo quo gentes esse ceperunt usque ad
tempus illud. Et in tempore illo saluabi-
tur populus tuus: omnis qui inuentus fuerit
scriptus in libro. Et multi de hijs qui
dormiunt in terre puluere euigilabuntur: alij
in vitam eternam: et alij in obprobrium
ut videant semper. Qui autem docti fuerint
fulgebunt quasi splendor firmamenti:
et qui ad iusticiam erudiunt multos. quasi
stelle in perpetuas eternitates. Tu autem da-
nihel claude sermones: et signa librum us-
que ad tempus statutum. Pertransibunt plurimi:
et multiplex erit sciencia. Et vidi ego da-
nihel: et ecce quasi duo alij stabant. unus
hinc super ripam fluminis. et alius inde ex
altera ripa fluminis. Et dixi viro qui in-
dutus erat lineis: qui stabat super aquas
fluminis. Usquequo finis horum mirabilium:
Et audiui virum qui indutus erat lineis.
qui stabat super aquas fluminis: cum leuas-
set dexteram et sinistram suam in celum et
iurasset per viuentem in eternum: quia in tem-
pus et tempora et dimidium temporis. Et cum
completa fuerit dispersio manus populi sancti:
complebuntur uniuersa hec. Et ego audi-
ui: et non intellexi. Et dixi. Domine mi quid
erit post hec: Et ait. Vade danihel: quia

clausi sunt signatique sermones usque ad
tempus p̄finitū. Eligentur et dealbabū
tur: et quasi ignis probabūtur multi.
Et impie agent impij: neque intelligēt
omēs impij. Porro docti intelligēt. Et
a tempe cū ablatū fuerit iuge sacrificiū.
et posita fuerit abhomīacio in desolaci
onem: dies mille ducēti nonaginta. Be
atus qui expectat: et p̄uenit ad dies mil
le trecentos triginta quinque. Tu autē va
de ad p̄finitū et requiesces: et stabis in
sorte tua in fine dierū. Huc usque dani
helem in hebraico uolumīe legim⁹. Ce
tera que sequūtur usque ad finem libri
de theodocionis edicione translata sūt.

XIII

Et erat vir
habitans in babylone: et nomē
eius ioachim. Et accepit vxorē
nomīe susannā. filiam helchie: pulchrā
nimis. et timentē dn̄m. Parentes enim
illius cū eēnt iusti: erudierūt filiā suā
scd̄m legem moysi. Erat autē ioachim
diues ualde: et erat ei pomeriū vicinū
domus sue. Et ad ip̄m confluebant iu
dei: eo qd̄ eēt honorabilior oīm. Et con
stituti sūt duo senes iudices in āno illo:
de quibz locutus est dn̄s. quia egressa ē
iniquitas de babylone a senibz iudicibz
qui videbantur regē p̄plm. Isti frequē
tabant domū ioachim: et veniebāt ad
eos omēs qui habebant iudicia. Cum
autē p̄plus reuertisset p̄ meridiem: ingre
diebatur susanna et deambulabat in
pomerio viri sui. Et videbant eā senes
cotidie ingredientē et deambulantem:
et exarserunt in concupiscenciā eius.
Et euerterūt sensū suū: et declinauerūt
oculos suos ut non viderent celū. neque
recordarentur iudiciorū iustorū. Erant
ergo ambo vulnerati amore eius: nec
indicauerūt sibi vicissim dolorem suū.
Erubescebant enī indicare concupiscē
ciam suam: uolentes concūbere cū ea.
Et obseruabant cotidie sollicitius vi
dere eam. Dixitque alter ad alterū. Eam⁹
domū: quia prandij hora est. Et egres
si recesserunt a se. Cumque reuertissent:
venerūt in vnū. Et sciscitantes abīuicē
causam: confessi sunt concupiscenciam
suam. Et tūc in cōmune statuerūt tem
pus: qn̄ eam possent īuenire solā. Factū
est autē cū obseruarent diem aptum:
ingressa est aliqn̄ sicut heri et nudius tē
cius cū duabus solis puellis: uoluitque la
uari in pomerio. Estus quippe erat. Et
non erat ibi quisqm̄: pret̄ duos senes ab
sconditos et contemplantes eam. Dixit
ergo puellis. Afferte michi oleū et sinig
mata: et ostia pomerij claudite ut lauer.
Et fecerūt sicut p̄cepat. Clauserūtque osti
a pomerij: et egresse sunt p̄ posticiū. ut
afferrent que iusserat. Nesciebantque se
nes intus esse absconditos. Cū autē egr̄
se essent puelle: surrexerūt duo senes. et
accurrerūt ad eam. et dixerūt. Ecce ostia
pomerij clausa sunt. et nemo nos videt:
et in concupiscencia tui sum⁹. Quamobrē
assentire nobis: et cōmiscē nobiscū. Qd̄
si nolueris: dicemus testimoniū contra
te qd̄ fuerit tecū iuuenis: et ob hanc cau
sam emiseris puellas a te. Et īgemuit
susanna: et ait. Angustie m̄ sunt vndi
que. Si enī hoc egero mors m̄ est: si autē
non egero. non effugiam man⁹ vr̄as.
Sz melius ē michi absque ope incidere in
manus vr̄as: qm̄ peccare in conspcū dn̄i.
Et exclamauit uoce magna susanna.
Exclamauerūt autē et senes. aduersus
eam. Et cucurrit vnus: et aperuit ostia
pomerij. Cum ergo audissent clamorē
in pomerio famuli domus: irruerūt per
posticiū: ut viderent quid nam eēt. Post
qm̄ autem senes locuti sūt. erubuerunt
serui uehementer: quia nūqm̄ dictus fuerat
sermo huiuscemodi de susanna. Et facta ē
dies crastina. Cumque uenisset p̄plus ad
virū eius ioachim: venerūt et duo pres
biteri pleni iniqua cogitacione aduersum
susannā. ut interficerent eam. Et dixerūt
coram p̄plo. Mittite ad susannā. filiam
helchie. vxorē ioachim. Et statim mise
runt. Et uenit cū parentibz et filijs: et v

uiuisis cognatis suis. Porro susanna e
rat delicata nimis: et pulchra facie. At
iniqui illi iusserunt ut discooperiretur: erat
enim cooperta: ut uel sic saciarentur decore eius.
Flebant igitur sui: et omnes qui nouerant
eam. Consurgentes autem duo presbiteri in
medio populi: posuerunt manus super caput
eius. Que flens suspexit ad celum. Erat
enim cor eius fiduciam habens in domino. Et
dixerunt presbiteri. Cum deambularemus
in pomerio soli: ingressa est hec cum dua
bus puellis. et clausit ostia pomerij: et di
misit puellas. Venitque ad eam adolescens.
qui erat absconditus: et cum ea concubuit.
Porro nos cum essemus in angulo pome
rij. videntes iniquitatem cucurrimus ad eos:
et vidimus eos pariter commisceri. Et illum
quidem non quiuimus comprehendere quia
fortior nobis erat: et apertis ostijs exiliuit.
Hanc autem cum apprehendissemus. interro
gauimus quis nam esset adolescens: et no
luit indicare nobis. Huius rei testes sumus.
Credidit eis multitudo quasi senibus populi et
iudicibus: et condempnauerunt eam ad mor
tem. Exclamauit autem uoce magna su
sanna: et dixit. Deus eterne qui absconditor
es cognitor. qui nosti omnia antequam
fiant: tu scis quoniam falsum contra me tulerunt
testimonium. Et ecce morior: cum nichil ho
rum fecerim que isti maliciose composue
runt aduersum me. Exaudiuit autem dominus vo
cem eius. Cumque duceretur ad mortem: susci
tauit deus spiritum sanctum pueri iunioris. cui no
men danihel. Et clamauit uoce magna.
Mundus ego sum a sanguine huius. Et con
uersus omnis populus ad eum dixit. Quis
est iste sermo quem tu locutus es? Qui cum
staret in medio eorum. ait. Sic fatui filij is
rahel non iudicantes neque quod uerum est cog
noscentes: condempnastis filiam israel. Re
uertimini ad iudicium: quia falsum testimo
nium locuti sunt aduersus eam. Reuersus
est ergo populus cum festinacione. Et dixe
runt ei senes. Veni et sede in medio nostrum.
et indica nobis: quia tibi dedit deus ho
norem senectutis. Et dixit ad eos danihel.
Separate illos ab inuicem procul: et diiudicabo
eos. Cum ergo diuisi essent alter ab altero:
uocauit unum de eis. et dixit ad eum. Inuete
rate dierum malorum. nunc venerunt peccata tua
que operabaris prius iudicans iudicia iniu
sta. innocentes opprimens. et dimittens nox
ios: dicente domino. innocentem et iustum non inter
ficies. Nunc ergo si vidisti eam: dic sub
qua arbore videris eos loquentes sibi. Qui
ait. Sub cino. Dixit autem danihel. Recte
mentitus es in caput tuum. Ecce enim ange
lus dei accepta sentencia ab eo: scindet te
medium. Et amoto eo. iussit venire alium:
et dixit ei. Semen chanaan et non iuda
species decepit te: et concupiscencia subuer
tit cor tuum. Sic faciebatis filiabus israhel.
et ille timentes loquebantur uobis: sed non
filia iuda sustinuit iniquitatem uestram. Nunc
ergo dic michi sub qua arbore comprehen
deris eos loquentes sibi. Qui ait. Sub pri
no. Dixit autem ei danihel. Recte mentitus
es et tu in caput tuum. Manet enim angelus
domini gladium habens ut secet te medium: et
interficiat uos. Exclamauit itaque omnis
cetus voce magna: et benedixerunt deum qui
saluat sperantes in se. Et consurrexerunt
aduersum duos presbiteros: conuicerat enim
eos danihel ex ore suo falsum dixisse testi
monium. Fecerunt eis sicut male egerant
aduersum proximam. ut facerent secundum legem
moysi: et interfecerunt eos. Et saluatus est
sanguis innoxius in die illa. Helchias
autem et uxor eius laudauerunt deum pro fi
lia sua susanna cum ioachim marito eius.
et cognatis omnibus: quia non est in ea in
uenta res turpis. Danihel autem factus
est magnus in conspectu populi: a die illa
et deinceps. Et rex astrages appositus est
ad patres suos: et suscepit cyrus perses
regnum eius. Erat autem danihel conuiua
regis: et honoratus super omnes amicos eius.

XIIII

Erat quoque
ydolum nomine bel apud babylo
nios. Et impendebantur in eo per
singulos dies simile arthabe duodecim:
et oues quadraginta: vinique amphore

sex. Rex quoq; colebat eum: et ibat p sin
gulos dies adorare eū. Porro danihel ad
orabat deum suū. Dixitq; ei rex. Quare
non adoras bel. Qui rndens ait ei. Qui
a non colo ydola manufacta: sed viuen
tem deū qui creauit celū et tram: et habz
ptātem omīs carnis. Et dixit ad eū rex.
Non tibi uidetur eē bel viuens deus: An
non vides qnta comedat et bibat cotidie:
Et ait danihel arridens. Ne erres rex. Is
te eū intrinsecus luteus est et forinsecus
ereus: neq; comedit aliqn. Et iratus rex
uocauit sacerdotes eius: et ait illis. Nisi
dixeritis michi quis ē qui comedat īpen
sas has: morienū. Si autē ostenderitis
qm bel comedat hec: morietur danihel.
quia blasphemauit in bel. Et dixit da
nihel regi. Fiat iuxta uerbū tuū. Erant
autē sacerdotes bel septuaginta: exceptis
vxoribz et puulis et filijs. Et uenit rex cū
danihele in templū belis. Et dixerūt sac
dotes belis. Ecce nos egredimur foras: et tu
rex pone escas et vinū misce: et claude os
tiū. et signa anulo tuo. Et cū ingressus
fueris mane nisi īueneris omīa comes
ta a bel moriemur: uel danihel qui menti
tus est aduersū nos. Contēpnebant aūt
quia fecerāt sub mensa absconditū ītro
itū: et p illum ingrediebantur semp et de
uorabant ea. Fctm est igitur postqm e
gressi sunt illi. et rex posuit cibos ante
bel: pcepit daniel pueris suis et attule
runt cinerē. et cribrauit p totū templū
coram rege. Et egressi clauserūt ostiū:
et signantes anulo regis abierūt. Sacer
dotes autē ingressi sunt nocte iuxta gsue
tudinē suam. et uxores et filij eoꝝ: et co
mederūt omīa et biberūt. Surrexit autē
rex pmo diluculo: et danihel cū eo. Et a
it rex. Salua ne sunt signacula danihel:
Qui rndit. Salua rex. Statimq; cū ape
ruisset ostiū: intuitus rex mensam excla
mauit uoce magna. Magnus es bel: et
non est apud te dolus quisqm. Et risit
danihel: et tenuit regē ne ingrederetur
intro. Et dixit. Ecce pauimentū. Aīadu

te cui⁹ uestigia sunt hec. Et dixit rex. Vide
o uestigia viroꝝ et mulierū et infanciū.
Et iratus rex tunc apprehendit sacerdotes
et vxores et filios eoꝝ: et ostenderūt ei ab
scondita ostiola p que ingrediebantur. et
consumebant que erant sup mensā. Oc
cidit ergo illos rex: et tradidit bel in ptā
tem danihel. Qui subuertit eū. et templū
eius. Et erat draco magnus in loco illo:
et colebant eum babylonij. Et dixit rex
danihel. Ecce nunc non potes dicē: qui
a non est iste deus viuens. Adora ergo e
um. Dixitq; danihel. Dnm deū meum
adoro: quia ipē est deus viuens. Tu autē
rex da michi potestatem: et interficiā dra
conē. absq; gladio et fuste. Et ait rex. Do
tibi. Tulit ergo danihel picem et adypem
et pylos. et coxit piter: fecitq; massas et
dedit in os draconis: et disruptus ē draco.
Et dixit. Ecce quē colebatis. Qd cū audis
sent babylonij. indignati sūt uehemen
ter: et congregati aduersū regē dixerūt.
Iudeus factus est rex. Bel destruxit: dra
conem interfecit: et sacerdotes occidit. Et
dixerūt cū venissent ad regē. Trade no
bis danihelem: alioqn interficiemus te
et domū tuam. Vidit ergo rex qd irruerēt
in eum vehementer: et necessitate cōpulsus
tradidit eis danihelem. Qui miserūt eū
in lacū leonū: et erat ibi diebus sex. Por
ro in lacu erant septē leones: et dabantur
eis cotidie duo corpa et due oues. Et tunc
non data sūt eis: ut deuorarent danihelē.
Erat autē abacuc ppheta in iudea: et ipē
coxerat pulmentū et intriuerat panes in
alueolo: et ibat in campū ut ferret messo
ribus. Dixitq; angelus dnī ad abacuc. Fer
prandiū qd habes. in babylonē danihel:
qui est in lacu leonū. Et dixit abacuc. Do
mine babylonem non vidi: et lacū nescio.
Et apprehendit eū anglus dnī in vertice
eius: et portauit eum capillo capitis sui:
posuitq; eum in babylone sup lacū in īpe
tu spūs sui. Et clamauit abacuc dicens.
Danihel: tolle prandiū qd misit tibi de⁹.
Et ait danihel. Recordatus es eū mei ds:

et non dereliquisti diligentes te. Surgens ꝫ danihel comedit. Porro anglus dei restituit abacuc confestim in loco suo. Venit ergo rex die septima: ut lugeret danihelem. Et uenit ad lacū. et introspexit: et ecce danihel sedens. Et exclamauit uoce magna dicens. Magnus es dn̄e deus danihelis. Et extraxit eum de lacu. Porro illos qui ꝑdicionis eius causa fuerant intromisit: et deuorati sunt in momento coram eo.

Explicit Danihel ꝓpheta

Incipit ꝓlogus sancti iheronimi in libros duodecim prophetarum.

Non idem ordo ē duodecim ꝓphetarum apud hebreos: qui et apud nos. Unde secūdum id qd̄ ibi legitur hic quoꝫ disposita sunt. Osee cōmaticꝰ est: et quasi ꝑ sentencias loquens. Johel planus in principijs: in fine obscurior. Et usqꝫ ad malachiam habent singuli ꝓpetates suas: quē ezram scribam legisqꝫ doctorē hebrei autumant. Et quia longū est nūc de omnibꝫ dicē: hoc tantū vos o paula et eustochiū admonitas volo. vnū librū esse duodecim ꝓphetarū: et osee synchronon ysaie. malachiam uero aggei et zacharie fuisse temꝑibꝫ. In quibꝫ autē tempus non ꝑfertur in tytulo. sub illis eos regibꝫ ꝓphetasse: sub quibꝫ et hij qui ante eos habent tytulos ꝓphetauerūt.

Explicit ꝓlogꝰ. Incipit Osee ꝓphēta.

Verbū dn̄i qd̄ factū est ad osee filiū beeri: in diebꝫ ozie. ioatham. achaz. ezechie regū iuda. et in diebꝫ ieroboam filij ioas regis isrl̄. Principiū loquē di dn̄o in osee. Et dixit dn̄s ad osee. Vade sume tibi vxorē fornicacionū. et fac filios fornicacionū: quia fornicans fornicabitur terra a dn̄o. Et abijt et accepit gomer filiam de belaym: et concepit et peꝑit filium. Et dixit dn̄s ad eū. Voca nomen eiꝰ iezrael: qm̄ adhuc modicū et visitabo sanguinē iezrael sup domū hyeu. et quiescere faciam regnū domus isrl̄. Et in illa die conteram arcū isrl̄ in valle iezrael. Et concepit adhuc: et peperit filiam. Et dixit ei. Voca nomē eius absqꝫ mīa: quia nō addam ultra miserēi domui isrl̄: sed obliuione obliuiscar eoꝝ. Et domui iuda miserebor: et saluabo eos in dn̄o deo suo: et non saluabo eos in arcu et gladio et ī bello. et in equis et in equitibꝫ. Et ablactauit eam: que erat absqꝫ mīa. Et concepit: et peꝑit filiū. Et dixit. Voca nomē eius non ꝓplus meus: quia uos nō ꝓpls meus: et ego non ero uest̄. Et erit numerus filioꝝ isrl̄ quasi arena maris. q̄ sine mensura ē: et non nūabitur. Et erit in loco ubi dicetur eis non ꝓplus meus uos: dicetur eis filij dei viuentis. Et congregabuntur filij iuda et filij isrl̄ ꝑiter: et ponēt sibimet caput vnū. et ascendent de terra: quia magnus dies iezrahel.

Dicite fr̄ibus vr̄is ꝓplus meus: et sorori vr̄e misc̄diam consecuta. Judicate matrē vr̄am iudicate: qm̄ ipa non uxor mea. et ego nō vir eius. Auferat fornicaciones suas a facie sua. et adulteria sua de medio uberū suoꝝ: ne forte expoliē eam nudam: et statuā eam secundū diem natiuitatis sue. Et ponam eam quasi solitudinē: et statuam eam uelut t̄ram īuiam: et int̄ficiam eam siti. Et filioꝝ illius non miserebor: qm̄ filij fornicacionū sunt: quia fornicata ē mr̄ eoꝝ. Confusa ē que concepit eos: quia dixit. Vadam post amatores meos: qui dant panes m̄ et aquas meas et oleum meū. et lanam meam et linū meū et potū meū. ꝓpter hoc ecce ego sepiam viam tuam spinis: et sepiam eā maceria: et se

uitas suas non inueniet. Et sequet amatores suos. et non apphendet eos: et quere eos et non inueniet. Et dicet. Vadam et reuertar ad uirū meū priorē: quia bene mihi erat tūc magis ꝙ nūc. Et hec nesciuit ꝙ ego dedi ei frumentū et uinū et oleū: et argentū multiplicaui ei. et aurū. que fecerunt baal. Idcirco conuertar et sumam frumentū meū in tempe suo. et uinū meum in tempe suo: et liberabo lanā meā et linū meum que operiebant iguominiam eius. Et nūc reuelabo stulticiam eius in oculis amatoꝝ eius: et uir non eruet eam de manu mea. Et cessare faciam omē gaudiū eius: solemnitatē eius. neomeniam eius. sabbatū eius. et omnia festa tempa eius. Et corrūpā uineā eius et ficum eius: de quibꝫ dixit. Mercedes hec mihi sunt: quas dederūt mihi amatores mei. Et ponam eam in saltū: et comedet eam bestia agri. Et uisitabo sup eam dies baalim quibꝫ accendebat incensum: et ornabatur inauri sua et monili suo. et ibat post amatores suos: et me obliuiscebatur dicit dñs. Propter hoc ecce ego lactabo eam. et ducam eam in solitudinem: et loquar ad cor eius. Et dabo ei uineas eius ex eodem loco: et vallem achor ad aperiendam spem. Et cantabit ibi iuxta dies iuuentutis sue: et iuxta dies ascensionis sue de tra egipti. Et erit in die illa ait dñs uocabit me uir meus: et non uocabit me ultra baalim. Et auferam nomina baalim de ore eius: et non recordabitur ultra nominis eoꝝ. Et pactum faciam eis fedus in die illa. cū bestia agri et cū uolucre celi. et cum reptili terre. Et arcū et gladiū et bellū conteram de tra: et dormire eos faciam fiducialiter. Et sponsabo te mihi in sempiternū: et sponsabo te mihi in iustitia et iudicio. et in misericordia et miserationibꝫ. Et sponsabo te mihi in fide: et scies quia ego dñs. Et erit in illa die exaudiam dicit dñs. ego exaudiam celos et illi exaudient terrā: et terra exaudiet triticū et uinū et oleū: et hec exaudient iezrael. Et seminabo eā mihi in terram: et miserebor eius que fuit absq; misericordia. Et dicā non populo meo. populus meus es tu: et ipse dicet dominus meus es tu.

Et dixit dñs ad me. Adhuc uade dilige mulierē dilectam amico et adulteram sicut diligit dñs filios isrl: et ipi respiciunt ad deos alienos. et diligunt uinacia uuarū. Et fodi eam mihi quindecim argenteis. et chori ordei et dimidio chori ordei. Et dixi ad eā. Dies multos expectabis me. Non fornicaberis et non eris uiro: sed et ego expectabo te: quia dies multos sedebunt filii isrl sine rege. et sine principe. sine sacrificio et sine altari. et sine ephod et sine theraphim. Et post hec reuertentur filii isrl: et querent dñm deum suū. et dauid regē suū. Et pauebūt ad dñm. et ad bonū eius in nouissimo diei.

Audite uerbū dñi filii isrl: qa iudicium dñs cum habitatoribꝫ tre. Non est enim ueritas. et non est misericordia: et non est scientia dei in tra. Maledictū et mendacium. et homicidium et furtū et adulteriū inundauerūt: et sanguis sanguinē tetigit. Propter hoc lugebit tra. et infirmabitur omnis qui habitat in ea. in bestia agri et in uolucre celi: sed et pisces maris congregabūtur. Verūptamen unusquisq; non iudicet: et non arguatur uir. Populus enim tuus. sicut hi qui cōtradicūt sacerdoti. Et corrues hodie: et corruet etiam pphēta tecū. Nocte tacere feci matrem tuam. Conticuit populus meus: eo q non habuerit scientiā. Quia tu scientiā repulisti: repellam te ne sacerdotio fungaris mihi. Et oblita es legis dei tui: obliuiscar filiorū tuoꝝ et ego. Secundū multitudinē eoꝝ sic peccauerunt mihi. Gloriā eoꝝ in iguominiā cōmutabo. Peccata populi mei comedent: et ad iniquitatem eoꝝ sublenabūt animas eoꝝ. Et erit sicut populus sic sacerdos. Et uisitabo sup eū uias eius: et cogitationes eius

reddam ei. Et comedent et non saciabuntur.
Fornicati sunt et non cessauerunt: quoniam do
minum reliquerunt in non custodiendo.
Fornicacio et vinum et ebrietas aufert cor.
Populus meus in ligno suo interrogauit:
et baculus eius annunciauit ei. Spiritus
enim fornicacionum decepit eos: et fornicati
sunt a deo suo. Super capita montium sacri
ficabant: et super colles accendebant thimi
ama. subtus quercum et populum et therebintum:
quia bona erat umbra eius. Ideo fornica
buntur filie vestre: et sponse vestre adultere erunt.
Non visitabo super filias vestras cum fuerint for
nicate: et super sponsas vestras cum adulteraue
rint. Quoniam ipsi cum meretricibus conuersaban
tur: et cum effeminatis sacrificabant. Et
populus non intelligens uapulabit. Si for
nicaris tu israel: non delinquas saltem iuda.
Et nolite ingredi in galgala. et ne ascen
deritis in bethauen. neque iurauerit viuit
dominus: quoniam sicut vacca lasciuiens declinauit
israhel. Nunc pascet eos dominus: quasi agnum in
latitudine. Particeps ydolorum effraym: di
mitte eum. Separatum est conuiuium eorum. Forni
cacione fornicati sunt: dilexerunt afferre
ignominiam protectores eius. Ligauit spiritus
eum in alis suis: et confundentur a sacri
ficiis suis.

V

Audite hoc sacerdotes. et attendite
domus israel. et domus regis auscul
tate: quia uobis iudicium est. Quoniam
laqueus facti estis speculacioni. et rete expan
sum super thabor: et victimas declinastis in
profundum. Et ego eruditor omnium eorum. Ego sci
o effraym: et israel non est absconditus a
me. Quia nunc fornicatus est effraym: con
taminatus est israel. Non dabunt cogitacio
nes suas ut reuertantur ad deum suum: quia
spiritus fornicacionis in medio eorum: et dominum
non cognouerunt. Et respondebit arrogancia
israel in facie eius: et israel et effraym ruent
in iniquitate sua. Ruet etiam iudas cum eis.
In gregibus suis et in armentis suis vadent
ad querendum dominum: et non inuenient. Abla
tus est ab eis. In domino preuaricati sunt: quia
filios alienos genuerunt. Nunc deuorabit
eos mensis cum partibus suis. Clangite buci
na in gabaa: tuba in rama. Vlulate in
bethauen: post tergum tuum benyamin. Effra
ym in desolacione erit: in die correpcionis.
In tribubus israel ostendi fidem. Facti sunt
principes iuda quasi assumentes terminum:
super eos effundam quasi aquam iram meam.
Calumpniam paciens effraym fractus iu
dicio: quoniam cepit abire post sordes. Et ego
quasi tynea effraym: et quasi putredo domu
i iuda. Et vidit effraym languorem suum: et iu
das vinculum suum. Et abiit effraym ad as
sur: et misit ad regem ultorem. Et ipse non
poterit sanare uos: nec soluere poterit a uobis
vinculum: quoniam ego quasi leena effraym: et qua
si catulus leonis domui iuda. Ego ego ca
piam et vadam: tollam et non est qui eru
at. Vadens reuertar ad locum meum: donec de
ficiatis. et quaeratis faciem meam.

VI

In tribulacione sua mane consurgent ad
me. Venite reuertamur ad dominum: quia ip
se cepit et sanabit nos: percuciet et curabit
nos. Viuificabit nos post duos dies: in
die tercia suscitabit nos. Et viuemus in con
spectu eius: sciemus sequemurque ut cognos
camus dominum. Quasi diluculum preparatus est
egressus eius: et ueniet quasi ymber nobis
temporaneus et serotinus terre. Quid fa
ciam tibi effraym: Quid faciam tibi iuda:
Misericordia vestra quasi nubes matutina:
et quasi ros mane pertransiens. Propter hoc
dolaui in prophetis. occidi eos in uerbis o
ris mei: et iudicia tua quasi lux egredien
tur: quia misericordiam volui et non sa
crificium: et scienciam dei plus quam holocausta.
Ipsi autem sicut adam transgressi sunt pac
tum: ibi preuaricati sunt in me. Galaad ci
uitas operancium ydolum supplantata sang
uine. et quasi fauces virorum latronum: parti
ceps sacerdotum in via interficiencium pergen
tes de sychem: quia scelus operati sunt.
In domo israhel vidi horrendum. Ibi for
nicaciones effraym: contaminatus est
israhel. Sed et iuda pone messem tibi:
cum conuertero captiuitatem populi
mei.

VII

OZE

Cum sanare vellem isrl' reuelata
est iniquitas effraym. et malicia
samarie: quia opati sunt men
dacium. Et fur ingressus est: spolians la
trunculus foris. Et ne forte dicant in cordi
bus suis. omnem maliciam eorum me recorda
tum: nunc circumdederunt eos adinuencones su
e: coram facie mea facte sunt. In malicia
sua letificauerunt regem: et in mendaciis
suis principes. Omnes adulterantes. quasi
clybanus succensus a coquente. Quie
uit paululum ciuitas a commixtione fermen
ti: donec fermentaretur totum. Dies regis
nostri: ceperunt principes furere a vino. Exten
dit manum suam cum illusoribus: quia ap
plicuerunt quasi clybanum cor suum cum insidia
retur eis. Tota nocte dormiuit coquens
eos: mane ipse succensus quasi ignis flamme.
Omnes calefacti sunt quasi clybanus: et
deuorauerunt iudices suos. Omnes reges
eorum ceciderunt: non est qui clamet in eis
ad me. Effraym in populis. ipse commisceba
tur. Effraym factus est subcinericius: qui
non reuersatur. Comederunt alieni robur
eius: et ipse nesciuit. Sed et cani effusi
sunt in eo: et ipse ignorauit. Et humili
abitur superbia isrl' in facie eius. Nec reu
si sunt ad dominum deum suum: et non quesie
runt eum in omnibus hiis. Et factus est effra
ym quasi columba seducta: non habens cor.
Egyptum inuocabant: ad assyrios abierunt.
Et cum profecti fuerint expandam super
eos rete meum: quasi uolucrem celi detraham
eos. Cedam eos secundum audicionem cetus
eorum. Ve eis: quoniam recesserunt a me. Vastabun
tur: quia preuaricati sunt in me. Et ego
redemi eos: et ipsi locuti sunt contra me
mendacia. Et non clamauerunt ad me
in corde suo: sed ululabant in cubilibus suis.
Super triticum et vinum ruminabant: recesse
runt a me. Et ego erudiui et confortaui
brachia eorum: et in me cogitauerunt mali
ciam. Reuersi sunt ut essent absque iugo:
facti sunt quasi arcus dolosus. Cadent in
gladio principes eorum: a furore lingue sue.
Ista subsannacio eorum in terra egypti.....

In gutture tuo sit tuba VIII
quasi aquila super domum domini: pro eo quod trans
gressi sunt fedus meum: et legem meam preua
ricati sunt. Me inuocabunt deus meus: cog
nouimus te isrl'. Piecit isrl' bonum: inimicus
persequetur eum. Ipsi regnauerunt et non ex me:
principes extiterunt. et non cognoui. Argen
tum suum et aurum fecerunt sibi ydola: ut inte
rirent. Piectus est vitulus tuus samaria:
iratus est furor meus in eis. Vsque quo non
poterunt emundari: Quia ex isrl' et ipse est.
Artifex fecit illum: et non est deus. Quoniam in a
ranearum telas erit vitulus samarie: quia ven
tum seminabunt. et turbinem metent. Culmus
stans non est in eis germen: non faciet fari
nam. Quod si fecerit: alieni comedent eam.
Deuoratus est isrl'. Nunc factus est in nacio
nibus quasi vas immundum: quia ipsi ascende
runt ad assur. Onager solitarius sibi ef
fraym. Munera dederunt amatoribus: sed et
cum mercede conduxerunt naciones. Nunc
congregabo eos: et quiescent paulisper ab
onere regis et principum. Quia multiplica
uit effraym altaria ad peccandum: facte sunt
ei are in delictum. Scribam ei multiplices le
ges meas: que uelut aliene computate sunt.
Hostias offerent: immolabunt carnes et come
dent: et dominus non suscipiet eas. Nunc recorda
bitur iniquitates eorum: et visitabit peccata
eorum. Ipsi in egiptum conuertentur. Et oblitus
est israhel factoris sui. et edificauit delubra: et
iudas multiplicauit urbes munitas. Et
mittam ignem in ciuitates eius: et deuora
bit edes illius IX

Noli letari isrl'. noli exultare sicut
populi: quia fornicatus es a deo tuo.
Dilexisti mercedem: super omnes
areas critici. Area et torcular non pascet
eos: et vinum mentietur eis. Non habitabunt
in terra domini. Reuersus est effraym in egiptum:
et in assyriis pollutum comedit. Non liba
bunt domino vinum: et non placebunt ei. Sacri
ficia eorum. quasi panis lugencium. Omnes qui co
medunt eum contaminabuntur: quia panis eorum
anime ipsorum. non intrabit in domum domini.
Quid facietis in die solempni: in die festi

uitatis dñi: Ecce enī pfecti sunt a vastitate. Egyptus congregabit eos: mēphis sepeliet eos. Desiderabile argenta eor vnica hereditabit: lappa in tabernaculis eor. Venerunt dies visitacionis: venerūt dies retributionis. Dicto te isrl' stultū: pphām insanū: virū spūalem. Propter iniquitatem tuā multitudinē: et multitudo amicicie. Speculator effraym cū deo meo: pphā laqueus ruine factus est sup omēs vias eius: insania in domo dei eius. Profunde peccauerūt: sicut in diebz gabaa. Recordabitur iniquitates eor: et visitabit peccā eor. Quasi vuas in deserto inuenī israhel: qī prima poma ficulnee in cacumīe eius vidi patres eor. Ipī autē introierūt ad beelphegor et abalienati sunt in confusione: et fī sunt abhominabiles sicut ea que dilexerūt. Effraym qī aūs auolauit: gloria eor a partu et ab vtero et a conceptu. Qđ si et enutrierint filios suos: absq; liberis eos faciā in hominibus. Ued et ve eis: cū recessero ab eis. Effraym ut vidi: tyrus erat fundata in pulchritudine. Effraym educet ad interfectorē filios suos. Da eis dñe. Quid dabis eis: Da eis vulua sine liberis: et ubera arentia. Omnes nequicie eor in galgal: qa ibi exosos habui eos. Propter malicias adinuentionū eor. de domo mea eiciam eos: nō adiciam ut diligam eos. Omēs principes eor recedentes. Paullus ē effraym. Radix eor exsiccata est: fructū nequaq̄ facient. Qđ et si genuerint: interficiam amantissima uteri eor. Abiciet eos deus meus. quia non audierūt eū: et erūt vagi īnacōibz.

Vitis frondosa isrl': fructus adequatus est ei. Secundū multitudinē fructus sui multiplicauit altaria: iuxta ubertatē terre sue exuberauit simulachus. Diuisū est cor eor: nūc interibūt. Ipē confringet simulachra eor: et depopulabitur aras eor: quia nūc dicent. Non ē rex nobis. Non timuimus dñm. Et rex quid faciet nobis: Io q̄ui uerba uisionis frustra. et feneris fedus: et gemmabit q̄si amaritudo iudicii sup sulcos agri. Vaccas bethauen coluerūt habitatores samarie: quia luxit sup eum populus eius: et edituus eius sup eū exultauerūt in gloria eius. quia migrauit ab ea. Ipse quidem et ipē in assur delatus ē. munus regi ulcion. Confusio effraym capiet: et cōfundetur isrl' in uoluntate sua. Transite ad samariā regem suū: quasi spūmā sup faciem aque. Et disperdentur excelsa ydoli: peccā isrl'. Lappa et tribulus ascendet sup aras eor. Et dicent montibz operite nos: et collibz cadite sup nos. Ex diebz gabaa peccauit isrl': ibi steterūt. Non cōprehendet eos in gabaa pliū: sup filios iniquitatis. Iuxta desideriū meū corripiam eos. Congregabuntur sup eos pli: cū corripient propter duas iniquitates suas. Effraym vitula docta diligere triturā: ego et transiui sup pulchritudinē colli eius. Ascendā sup effraym. Arabit iudas: confringet sibi sulcos iacob. Seminate uobis in iustitia: et metite in ore misericordie: et innouate uobis nouale. Tempus autē requirendi dñm: cū uenerit qui docebit uos iustitiā. Arastis impietatē: iniquitatē messuistis: comedistis fructum mendacij. Quia confisus es in uiis tuis in multitudine fortitudinis tue: consurget in plō tuo tumultus: et omnes munitiones tue vastabūtur. sicut vastata ē salmana a domo eius qui iudicauit baal in die prelij. matre sup filios allisa. Sic fecit vobis bethel: a facie malitie nequitie uestre mane.

Sicut mane transiit: pertransiet rex isrl'. Quia puer israhel. et dilexi eum: et ex egypto uocaui filiū meū. Uocauerūt eos: sic abierūt a facie eorū. Baalim īmolabant: et simulachris sacrificabant. Et ego qī nutriui effraym. portabam eos in brachijs meis: et nesciebā qđ curarem eos. In funiculis adam trahā eos: in vinculis caritatis. Et erō eis q̄si exaltans iugū sup maxillas eor: et declinaui ad eum ut uescerer. Non reuertetur in terrā egypti: et assur ipē rex

eius: quoniam noluerunt conuerti. Cepit gladi
us in ciuitatibus eius. et consumet electos
eius. et comedet capita eorum: et populus meus
pendebit ad reditum meum. Iugum autem
imponetur ei simul: quod non auferetur.
Quomodo dabo te effraym, protegam te is
rahel? Quomodo dabo te sicut adama. po
nam te ut seboym? Conuersum est in me
cor meum pariter: conturbata est penitudo
mea. Non faciam furorem ire mee: non
conuertar ut disperdam effraym: quoniam deus
ego et non homo. in medio tui sanctus. et
non ingrediar ciuitatem. Post dominum am
bulabunt. Quasi leo rugiet: quia ipse
rugiet. Et formidabunt filii maris: et a
uolabunt quasi auis ex egipto. et quasi
columba de terra assyriorum: et collocabo
eos in domibus suis. dicit dominus. Circumde
dit me in negociacione effraym: et in
dolo domus israel. Iudas autem testis des
cendit cum deo: et cum sanctis fidelis.

Effraym pascit XII
ventum: et sequitur estum. Tota di
e mendacium et uastitatem multi
plicat: et fedus cum assyriis iniit: et
oleum in egiptum ferebat. Iudicium ergo do
mini cum iuda: et visitacio super iacob.
Iuxta vias eius et iuxta adinuenciones
eius reddet ei. In utero supplantauit fra
trem suum: et in fortitudine sua directus
est cum angelo. Et inualuit ad angelum et
confortatus est: fleuit et rogauit eum.
In bethel inuenit eum: et ibi locutus est
nobiscum. Et dominus deus exercituum: dominus me
moriale eius. Et tu ad deum tuum conuer
teris. Misericordiam et iudicium custodi:
et spera in deo tuo semper. Chanaan in
manu eius statera dolosa: calumpniam
dilexit. Et dixit effraym. Verumptamen
diues effectus sum: inueni ydolum michi. O
nes labores mei non inuenient mihi iniqui
tatem. quam peccaui. Et ego dominus deus tu
us ex terra egipti: adhuc sedere te faciam
in tabernaculis. sicut in diebus festiuita
tis. Et locutus sum super prophetas: et ego
visionem multiplicaui: et in manu pro
phetarum assimilatus sum. Si galaad y
dolum: tamen frustra erant in galgal bo
bus immolantes. Nam et altaria eorum:
quasi acerui super sulcos agri. Fugit ia
cob in regionem syrie: et seruiuit israel in
uxore et in uxore seruiuit. In prophetia autem
eduxit dominus israel de egipto: et in prophetia ser
uatus est. Ad iracundiam me prouoca
uit effraym. in amaritudinibus suis: et
sanguis eius super eum ueniet: et obpro
brium eius restituet ei dominus suus.

Loquente XIII
effraym. horror inuasit israhel:
et deliquit in baal. et mortuus
est. Et nunc addiderunt ad peccandum: fece
runtque sibi conflatile de argento suo. quasi
similitudinem ydolorum. Factura artificum
totum est. His ipsi dicunt. Immolate ho
mines vitulos adorantes. Idcirco erunt
quasi nubes matutina: et sicut ros matu
tinus preteriens. Sicut puluis turbine
raptus ex area: et sicut fumus de fumari
o. Ego autem dominus deus tuus ex terra egip
ti. Et deum absque me nescies: et saluator
non est preter me. Ego cognoui te in des
to: in terra solitudinis. Iuxta pascua sua
adimpleti sunt et saturati: eleuauerunt
cor suum. et obliti sunt mei. Et ero eis quasi
leena: sicut pardus in via assyriorum. Oc
curram eis quasi ursa raptis catulis: et
disrumpam interiora iecoris eorum: et consu
mam eos ibi quasi leo. Bestia agri scindet
eos. Perdicio tua israel: tantummodo in me
auxilium tuum. Vbi est rex tuus? Maxime
nunc saluet te in omnibus urbibus tuis: et
iudices tui. de quibus dixisti. da mihi regem et
principes. Dabo tibi regem in furore meo:
et auferam in indignacione mea. Colli
gata est iniquitas effraym: absconditum
peccatum eius. Dolores parturientis uenient
ei: ipse filius non sapiens. Nunc enim non
stabit in contricione filiorum. De manu
mortis liberabo eos: de morte redimam e
os. Ero mors tua o mors: ero morsus
tuus inferne. Consolacio abscondita est
ab oculis meis: quia ipse inter fratres diuidet.

Adducet vrentem venti dns de deserto ad
cendet: et siccabit venas eius. et deso
labit fontē eius: et ipe diripiet thesau
rum omis uasis desiderabil. Peat sa
maria: qm ad amaritudinem concita
uit deū suū. In gladio peat. Pueri eor
elidantur: et fetę eius discindantur.

Quitere xiii

Isrl ad dnm deū tuū: qm corru
isti in iniquitate tua. Tollite
uobiscū uerba: et conuertimī ad dnm.
Dicite ei. Omnē auferi iniqtatem et ac
cipe bonū: et reddem⁹ uitulos labiorū
nrōr. Assur non saluabit nos. Sup e
quos non ascendem⁹: nec dicem⁹ ultra
dijs nrīs opa manuū nrārr: quia eius q⁹
in te est miserebris pupilli. Sanabo cō
tritiones eor: diligam eos spontanee:
quia auersus est furor meus ab eis. Ero
quasi ros: isrl germinabit quasi lilīū. Et
erumpet radix eius ut lybani: ibūt rami
eius. Et erit quasi oliua gloria eius: et
odor eius ut lybani. Conuertentur sedē
tes in umbra eius: viuet tritico: et ger
minabūt quasi vinea. Memoriale ei⁹
sicut vinū lybani. Effraym quid ultra
ydola? Ego exaudiā et dirigam eū: ego
ut abietem viridē. Ex me fructus tuus
inuentus ē. Quis sapiens et intelliget ist
ta? intelligens et sciet hec? Quia recte
vie dnī: et iusti ambulabūt in eis: pua
ricatores uero corruent in eis. Explicit

Osee. Incipit iohel. Pheta.

Verbū dnī qd factū
est ad iohel filiū
fathuel. Audite
hoc seues. et auri
bus pcipite omes
habitatores terre:
si factū est istud in
diebz vris aut in
diebus patrū urōr. Sup hoc filijs vris
narrate. et filij vri filijs suis: et filij eor ge
nerationi alte. Residuū eruce comedit lo
custa: et residuū locuste comedit bruchus:
et residuū bruci comedit rubigo. Expgi

ciuī ebrij et flete: et ululate omes qui bi
bitis vinū in dulcedine: qm perijt ab o
re uro. Gens enī ascendit sup terram meā:
fortis et innumerabilis. Dentes eius ut
dentes leonis: et molares eius ut catuli le
onis. Posuit vineā meā in desertū: et fi
cū meam decorticauit. Nudās spoliauit
eā et proiecit: albi facti sūt rami eius. Plā
ge quasi virgo accincta sacco: sup virum
puberratis tue. Periit sacrificiū et libami
o de domo dī: luxerunt sacerdotes ministri
dnī. Depopulata est regio. luxit hu
mus: qm devastatū est triticū. confusum
est vinū: et elanguit oleū. Confusi sūt a
gricole: ululauerūt vinitores sup frumē
to et ordeo: quia perijt messis agri. Vine
a confusa ē: et ficus elanguit. Malogra
natū et palma et malū. et omnia ligna
agri aruerūt: quia confusum est gaudi
um a filijs hoīm. Accingite vos et plan
gite sacerdotes: ululate ministri altaris.
Ingredimī cubate in sacco ministri dei mei:
qm intercluit de domo dei vri sacrificiū et
libamen. Sanctificate ieunium vocate cetū. cō
gregate seues omnes habitatores terre
in domū dei vri: et clamate ad dnm. A.
a. a. diei: quia ppe est dies dnī: et quasi
vastitas a potente veniet. Nūquid non
coram oculis vris alimenta perijt: de do
mo dei vri letitia et exultatio? Computru
erunt iumenta in stercore suo. Demolita
sunt horrea: dissipate sunt apothece: qm
confusum est triticū. Quid ingemuit aial:
mugierūt greges armenti? Quia nō ē
pascua eis. Sed et greges pecor dispierūt.
Ad te dne clamabo: quia ignis comedit
speciosa deserti: et flamma succendit omnia
ligna regionis. Sz et bestie agri qī area
sicens ymbrem suspexerūt ad te: qm ex
siccati sunt fontes aquar. et ignis devo
rauit speciosa deserti.

Tuite tuba in syon: ululate in mō
te sancto meo. Conturbent⁹ om
nes habitatores terre: qa venit
dies dnī: quia ppe est dies tenebrarū et
caliginis. dies nubis et turbinis. Qua

si mane expansū sup montes: pplus mul-
tus et fortis. Similis ei non fuit a prin-
cipio: et post eum non erit. usq; in ānos
gnacionis et generacōnis. Ante faciem
eius ignis vorans: et post eū exurēs flā-
ma. Quasi ortus uoluptatis terra corā
eo: et post eū solitudo deserti: neq; est qui
effugiat eum. Quasi aspcūs equoꝝ as-
pectus eoꝝ: et quasi equites sic current.
Sicut sonitus quadrigaꝝ sup capita mō-
ciū exilient: sicut sonitus flamme ignis
deuorantis stipulam: uelut pplus fortis
ꝑpatus ad preliū. A facie eius cruciabū-
tur ppli. Omnes vultus redigentur in ol-
lam. Sicut fortes current: quasi viri bel-
latores ascendent murū. Vir īuiis suis
gradietur: et non declinabunt a semitis
suis. Vnusquisq; fratrē suū non coarta-
bit: singuli in calle suo ambulabūt. Sz
et ꝑ fenestras cadent: et non demolient.
Vrbem ingredient. in muro current: do-
mos conscendent: ꝑ fenestras intrabunt
quasi fur. A facie eius contremuit terra:
moti sunt celi. Sol et luna obtenebrati
sunt: et stelle retraxerunt splendorē suū.
Et dn̄s dedit uocem suam ante faciem ex-
cercitus sui: quia multa sūt nimis cast-
eius: quia forcia et faciencia uerbū ei⁹.
Magnus eū dies dn̄i: et terribilis valde.
Et quis sustinebit eum: Nunc ergo di-
cit dn̄s. Conuertimī ad me in toto corde
vr̄o. in ieiunio et fletu et in planctu: et
scindite corda vr̄a et non uestimenta ues-
tra. Et conuertimī ad dn̄m deum vr̄m: q̄
a benignus et misericors ē. paciens ⁊ mul-
te misericordie: et prestabilis sup malici-
a. Quis scit si conuertatur et ignoscat:
et relinquat post se bn̄dcionem: Sacri-
ficiū et libamen dn̄o deo nr̄o. Canite tu-
ba in syon. scīficate ieiuniū. vocate cetū.
congregate pplm. scīficate ecclīam: coad-
unate senes. congregate ꝑuulos et sugē-
tes ubera. Egrediatur sponsus de cubili
suo: et sponsa de thalamo suo. Inter ues-
tibulū et altare plorabūt sacerdotes mi-
nistri dn̄i: et dicent. Pce dn̄e pce pplo

tuo: et ne des hereditatē tuam in obpro-
briū: ut dn̄entur eis naciones. Quare
dicūt in pplis ubi ē deus eoꝝ: Zelatus
est dn̄s terrā suam: et pepcit pplo suo. Ꝛ
rn̄dit dn̄s: et dixit pplo suo. Ecce ego mit-
tam uobis frumentū et vinū et oleum.
et replebimī eo: et non dabo uos ultra
obprobriū in gentibz. Et eū qui ab aqui-
lone est. procul faciam a uobis: et expel-
lam eū in t̄ram īuiam et desertam. Faci-
em eius contra mare orientale: et extre-
mū eius ad mare nouissimū. Et ascen-
det fetor eius. et ascendet putredo eius:
quia supbe egit. Noli timē t̄ra: exulta
et letare: qm̄ magnificauit dn̄s ut fa-
ceret. Nolite timere animalia regionis:
quia germinauerūt speciosa deserti: quia
lignū attulit fructū suū. ficus et vinea
dederūt virtutē suam. Et filij syon exul-
tate et letamī in dn̄o deo vr̄o: quia dedit
uobis doctorē iusticie: et descendē faciet
ad uos ymbrem matutinū et serotinū si-
cut in principio. Et implebūtur aree fru-
mento: et redundabūt torcularia vino
et oleo. Et reddam uobis annos quos
comedit locusta brucus et rubigo et eru-
ca: fortitudo mea magna quā misi īuos.
Et comedetis uescentes et saturabimī: ⁊
laudabitis nomen dn̄i dei vr̄i qui fecit
uobiscū mirabilia. Et non confundetur
pplus meus in sempiternū: et scietis q̄a
in medio isrl' ego sum. Et ego dn̄s deus
uest⁹. et non ē amplius: et non cōfunde-
tur pplus meus in eternū. Et erit. post hec
effundam spm̄ meū sup omnē carnem:
et pphetabūt filij vr̄i et filie vr̄e. Senes
vr̄i sompnia sōpniabūt: et iuuenes vr̄i
visiones videbūt. Sed et sup seruos me-
os et ancillas in diebz illis effundam spi-
ritū meū: et dabo pdigia in celo et in ter-
ra. sanguinē et ignē et uaporem fumi.
Sol vertet⁹ in tenebras. et luna in sang-
uinē: anteqū ueniat dies dn̄i magnus ⁊
horribilis. Et erit. omīs qui īuocauerit
nomē dn̄i saluus erit: quia in monte sy-
on et in ihrlm erit saluacio. sicut dixit

dn̄s: et in residuis quos dn̄s uocauerit.

III

uaſti iugũ tuũ ſup amicos nr̃os et ſocios iudeos: Si ergo iterũ adierint nos
adũſũ te. faciemus illis iudiciũ: et pugnabimꝰ tecũ manu fortiq;.

Interea ubi audiuit demetrius q̃a cecidit nycanor et exercitus eius in prelio: apposuit bachidem et alchimũ rursum
mittẽ in iudeam: et dextrũ cornu cũ illꝰ.
Et abierũt viam que ducit in galgalã:
et caſtra poſuerũt in meſaloth que eſt
in arbelis. et occupauerũt eam: et pe
remerũt aias hoĩm multas. In menſe p̃
mo anni centeſimi quinquageſimi et ſecũdi: applicuerũt exercitũ ad ihrlm. Et ſurgentes et abierũt in berea viginti mil
a milꝫ: et duo milia equitũ. Et iudas
caſtra poſuerat in layſa: et tria milia
virũ cum eo electa. Et viderũt multitudinẽ exercitus q̃ multa ſunt: et timuerũt valde. Et multa ſubtraxerũt ſe de caſtris: et non remanſerũt ex eis niſi octingenti viri. Et vidit iudas qđ defluxit exercitus ſuus et bellũ purgebat eum: confractus eſt corde. quia non habebat
tempus congregandi eos: et diſſolutus
eſt. Et dixit hijs qui reſidui erant. Surgamus et eamus ad aduſarios noſtros: ſi poterimꝰ pugnare aduſus eos. Et arcebant eũ dicentes. Non poterimꝰ: ſed libemus aias nr̃as modo et reuertamur ad fr̃es nr̃os: et tunc pugnabimꝰ aduerſus eos. Nos autẽ pauci ſumus.
Et ait iudas. Abſit iſtam rem facẽ: ut
fugiamus ab eis. Et ſi appropiauit tempus nr̃m moriendi in virtute ꝑter fr̃es
nr̃os: et non inferamꝰ crimen gloriẽ nr̃e.
Et mouit exercitus de caſtris: et ſteterunt illis obuiam. Et diuiſi ſũt equites
in duas ptes: et fundibulariꝰ et ſagittariꝰ ꝓibant exercitũ: et ꝓlius certaminis omnes potentes. Bachides autẽ erat
in dextro cornu. Et proximauit legio
ex duabꝫ ptibus: et clamabant tubis.
Exclamauerũt autẽ et qui erant ex parte eorũ ipi: et cõmota eſt terra a uoce exercitũ: et cõmiſſũ eſt ꝓlium a mane uſq; ad veſpam. Et vidit iudas quia fortior eſt ps exercitus bachydis in dextris: et conuenerũt cũ ipo omnes conſtantes corde. Et contrita eſt dextera ps ab
eis: et ꝑſecutus eſt eos uſq; ad montẽ
azoti. Et qui in ſiniſtro cornu erat viderunt qđ contritũ eſt dextrũ cornu: et
ſecuta ſunt poſt iudam et qui cũ ipo erant a tergo. Et ingrauatũ eſt ꝓlium: et
ceciderũt vulnerati ex hijs et illis. Et

MACHA

iudas cecidit: et ceteri fugerunt. Et iona
thas et symon tulerunt iudam fratrem
suum: et sepelierunt eum in sepulchro patrum
suorum in ciuitate modyn. Et fleuerunt eum
omnis populus israel planctu magno. Et lu
gebant dies multos: et dixerunt. Quo
modo cecidit potens. qui saluum faciebat
israel: Et cetera uerba iude et bellorum et vir
tutum quas fecit. et magnitudinis eius
non sunt descripta: multa enim erant val
de. Et factum est post obitum iude. emerserunt
iniqui in omnibus finibus israel: et exorti sunt
omnes qui operabantur iniquitatem. In di
ebus illis facta est fames magna val
de: et tradidit se bachidi omnis regio eo
rum cum ipsis. Et elegit bachides impios
viros et constituit eos dominos regionis:
et exquirebant et perscrutabantur ami
cos iude et adducebant eos ad bachidem:
et vindicabat in illos. et illudebat. Et
facta est tribulacio magna in israel: qualis
non fuit ex qua die non est visus propheta
in israel. Et congregati sunt omnes amici
iude: et dixerunt ionathe. Ex quo frater
tuus iudas defunctus est: vir similis
ei non est. qui exeat contra inimicos bachi
dem. et eos qui inimici sunt gentis nostre.
Nunc itaque te elegimus hodie pro eo no
bis esse principem et ducem: ad bellandum
bellum nostrum. Et suscepit ionathas tempore
illo principatum: et surrexit loco iude fra
tris sui. Et cognouit bachides: et quere
bat eum occidere. Et cognouit ionathas
et symon frater eius et omnes qui cum eo erant:
et fugerunt in desertum thecue: et conside
runt ad aquam lacus asphar. Et cognouit
bachides: et die sabbatorum venit ipse et
omnis exercitus eius trans iordanen. Et
misit fratrem suum ducem populi: et rogauit na
bucheos amicos suos. ut commendaret il
lis apparatum suum qui erat copiosus. Et
exierunt filii iambri ex madabas. et com
prehenderunt iohannem et omnia que habe
bat: et abierunt habentes ea. Post hec
uerba renunciatum est ionathe et symoni
fratri eius quia filii iambri faciunt nup
cias magnas: et ducunt sponsam ex ma
daba. filiam unius de magnis principibus
chanaan. cum ambicione magna. Et re
cordati sunt sanguinis iohannis fratris
sui: et ascenderunt et absconderunt se sub
tegumento montis. Et leuauerunt oculos
suos et viderunt: et ecce tumultus et ap
paratus multus: et sponsus processit et
amici eius. et fratres eius obuiam illis
cum tympanis. et musicis. et armis mul
tis. Et surrexerunt ad eos cum insidiis. et
occiderunt eos: et ceciderunt multi vulne
rati: et residui fugerunt in montem. Et ac
ceperunt omnia spolia eorum. Et conuerse
sunt nupcie in luctum: et uox musicorum ip
sorum in lamentum. Et vindicauerunt vin
dictam sanguinis fratris sui: et reuersi sunt
ad ripam iordanis. Et audiuit bachi
des: et uenit die sabbatorum usque ad oram
iordanis in virtute multa. Et dixit ad
suos ionathas. Surgamus: et pugne
mus contra inimicos nostros. Non est enim
hodie: sicut heri et nudius tercius. Ecce
enim bellum ex aduerso: aqua vero iordanis
hinc et inde et ripe. et paludes. et saltus:
et non est locus diuertendi. Nunc ergo cla
mate in celum: ut liberemur de manu inimi
corum nostrorum. Et commissum est bellum. Et exten
dit ionathas manum suam percutere bachi
dem: et diuertit ab eo retro. Et desiliit io
nathas et qui cum eo erant in iordanen
et transnatauerunt ad eos iordanen. Et
ceciderunt de parte bachidis die illa mille vi
ri. Et reuersi sunt ihrlm. Et edificauerunt
ciuitates munitas in iudea: municio
nem que erat in ihericho et in amaum.
et in bethoron. et bethel. et thamnatan.
et fara et topo: muris excelsis et portis
et seris. Et posuit custodiam in eis: ut
inimicicias exercerent in israel. Et muni
uit ciuitatem bethsuram. et gazera. et
arcem: et posuit in eis auxilia. et appa
ratum escarum. Et accepit filios principum
regionis obsides: et posuit eos in arce
in ihrlm in custodia. Et anno centesi
mo quinquagesimo tercio mense secundo.

p̄cepit alchimus destrui muros domus
sancte interioris. et destrui opa ꝓpheta
rū: et cepit destruere. In tempe illo ꝑcus
sus est alchimus. et īpedita sunt opera
illius: et obclusū est os eius. et dissolu
tus ē palysi: nec ultra loqui potuit ver
bū. et mandare de domo sua. Et mortu
us ē alchimus in tempe illo cū tormen
to magno. Et vidit bachides qm̄ mor
tuus est alchimus et reuersus ē ad regē:
et siluit terra annis duobz. Et cogitaue
rūt omēs iniqui dicētes. Ecce ionathas
et qui cum eo sunt in silencio habitant
confidentes. Nunc ergo adducam⁹ bachi
dem: et cōprehendet eos omēs in vna noc
te. Et abierunt: et concilium ei dederūt. Et
surrexit. ut veniret cum exercitu multo.
Et misit epistolas socijs suis occulte q̄
erant in iudea: ut cōprehenderent iona
than et eos qui cū eo erant. Sed non po
tuerunt: quia īnotuit eis concilium eoꝝ.
Et apprehendit de viris regionis qui pri
ncipes erant milicie q̄nquaginta viros:
et occidit eos. Et secessit ionathas et sy
mon et qui cū eo erant in bethbessi que
est in deserto: et extruxit diruta eius: ⁊
firmauerūt eam. Et agnouit bachides
et congregauit vniuersam multitudinē
suam. et hijs qui de iuda erant denūcia
uit. Et venit et castra posuit desup a
bethbesse. et oppugnauit eam dies mul
tos: et fecit machinas. Et reliquit iona
thas symonē frem̄ suū in ciuitate: et
exijt in regionē. Et venit cū numero: ⁊
ꝑcussit odaren et frēs eius. et filios pha
seron. in tabernaculo ipōꝝ: et cepit ce
dere et crescere in virtutibz. Symon ve
ro et qui cū ipo erāt exierūt de ciuitate:
et succenderūt machinas. Et pugnaue
rūt contra bachidem: et contritus ē ab
eis. Et afflixerūt eū valde: qm̄ concilium
eius et congressus eius erat inanis. Et
iratus contra viros īnquos qui concilium
ei dederant. ut veniret in regionē ipōrū:
multos ex eis occidit. Ipē autē cogita
uit cū reliquis abire in regionē suam.

Et cognouit ionathas: et misit ad eum
legatos. cōponere cū ipo pacē. et reddere ei
captiuitatē. Et libenter accepit. Et fecit
scdm̄ verba eius: et iurauit nichil se ei
facturū mali omnibz diebz vite eius. Et
reddidit ei captiuitatem quā prius erat
p̄datus de terra iuda. Et conuersus abijt ī
terram suam: et non apposuit amplius
venire in fines eius: et cessauit gladius
ex israel. Et habitauit ionathas ī mach
mas. Et cepit ionathas ibi iudicare po
pulū: et exterminauit īpios ex israhel.

Et anno centesimo X
sexagesimo. ascendit alexander
antyochi filius qui cognomi
natus est nobilis: et occupauit ptolo
maydam. Et receperūt eum: et regna
uit illic. Et audiuit demetrius rex ⁊ cō
gregauit exercitū valde copiosū: et exi
uit obuiam illi in p̄liū. Et misit deme
trius ad ionathā epl̄am ūbis pacificis:
ut magnificaret eum. Dixit eū. Antici
pemus pacē facere cū eo: priusq̄ faciat
cum alexandro aduersum nos. Recorda
bitur eū oīm malorꝝ que fecimus ei: ⁊
in frem̄ eius. et in gentē eius. Et dedi ei
p̄tatem congregandi exercitū et fabri
care arma. et esse ipm̄ sociū eius: et ob
sides qui erant in arce iussit tradi ei. Et
venit ionathas in ihrlm: et legit epis
tolas in auditu omīs ꝓpli et eoꝝ qui in
arce erant. Et timuerunt timore mag
no: qm̄ audierūt q̄ dedit ei rex p̄tatem
congregandi exercitū. Et traditi sunt
ionathe obsides: et reddidit eos paren
tibus suis. Et habitauit ionathas in
ihrlm: et cepit edificare et īnouare ciui
tatē. Et dixit facientibz opa: ut extru
erent muros et montē syon. in circuitu
lapidibz quadratis ad municionē. Et
ita fecerūt. Et fugerūt alienigene qui
erant in municionibz quas edificaue
rat bachides: et reliquit vnusquisq̄ lo
cum suū: et abijt in terrā suā. Tantū
in bethsura remanserūt aliq̄ ex hijs q̄
reliq̄rant legem et p̄cepta dei. Erat eū

her eis ad refugiū. Et audiuit alexan
der rex puissa que puisit demetrius
ionathē: et uastauerūt ea ꝓlia et vir
tutes quas ipē fecit et fiēs eius. et labo
res quos laborauerūt: et ait. Nūquid
inuenim⁹ aliquē virū talem? Et nunc
facim⁹ eū amicū et socium nrm. Et
scripsit epistolam et misit ea: secdm hec
uerba dicens. Rex alexander frī ona
the salutem. Audiuim⁹ de te: qđ vir
potens viribz. et aptus es ut sis amic⁹
noster. Et nūc constituim⁹ te hodie sū
mū sacerdotē gentis tue: et ut amicus
vocetis regis. Et misit ei purpurā et
coronā auream: et que nā sunt gentis
nobilcā: et consūes amicitias ad nos.
Et induit se ionathas stolam sanctā.
septimo mense. anno centesimo sexa
gesimo in die solempni scenophegie.
Congregauit exercitū: et fecit arma
copiosa. Et audiuit demetrius uerba
ista. et contristatus ē nimis: et ait.
Quid hoc fecim⁹? qđ ꝓcucurrit ut
alexander apprehendē amicitiā iudeoꝝ.
ad munimen sui? Dabo et ego illi
uerba deprecatoria et dignitates. et do
na: ut sit mecū in adiutoriū. Et scrip
sit ei in hec uerba. Rex demetrius gen
ti iudeoꝝ salutē. Quū seruabis ad nos
pactū et manebitis in amicitia nostra.
et non accedetis ad inimicos nros: au
diuim⁹ et gauisi sum⁹. Et nūc persevera
te adhuc conseruare ad nos fidem: et re
tribuem⁹ uobis bona pro his que fe
cistis nobiscū. Et remittemus uobis
prestationes multas: et dabim⁹ uobis
donationes. Et nūc absoluo uos et oēs
iudeos a tributis: et pcia salis indulge
o. et coronas remitto mi: et terciās sem
inis et dimidiam ptem fructus ligni
qđ est portionis mee relinquo uobis
ex hodierno et deinceps: ne accipiatur
a terra iuda et a tribus ciuitatibz que
addite sunt illi. ex samaria. et galilea
ex hodierna die et in totū tempus. Et
ierlim sit sancta et libera cū finibz suis:
et decime et tributa ipius sint. Remit
to etiam ptem arcis que ē in ierlim.
et do eam summo sacerdoti: ut constitu
at in ea viros quoscūqz ipe elegerit. q
custodiant eam. Et omnē animā iu
deoꝝ que captiua ē a terra iuda in om
ni regno meo relinquo habeam gratis:
ut omnes a tributis soluant etiā pe
corū suoꝝ. Et omnes dies solempnes.
et sabba. et neomenie. et dies decreti. et
tres dies ante diem solempnē. et tres p⁹
diem solempnē: sint omnes immunita
tis et remissionis. omnibus iudeis qui
sunt in regno meo. Et nemo habebit
ptātem agere aliquid et mouere negoci
aduersus aliquē eoꝝ in omni causa. Et
ut adscribantur ex iudeis in exercitu re
gis ad triginta milia virorꝝ: et dabū
tur illis copie ut oportet omnibz exer
citibz regis. Et ex ipis ordinabunt qui
sint in mandatis regis magni: et ex
hijs constituetur sup negocia regni q
agūtur ex fide. Et principes sint ex eis
et ambulent in legibus suis: sicut pre
cepit rex in tra iuda. Et tres ciuitates
que addite sunt iudee ex regione sama
rie cū iudea reputentur: ut sint sub v
no et non obediant alie potestati nisi
sūmi sacerdotis: ptolomaydam et con
fines eius quas dedi donū scis qui sūt
in ierlim. ad necessarios sūptus scōrū.
Et ego singulis āis dabo quīdecim mi
lia sycloꝝ argenti de tributis regis que
me contingunt. Omnē qđ reliquū fuit
et qđ non reddiderunt qui sup negocia
erant annis priorib: ex hoc dabunt ad
opa domus. Et sup hec quīqz milia sy
cloꝝ argenti que accipiebant de scōrū
ratione p singulos annos: et hec ad
sacerdotes pertinent. qui ministerio fū
gūtur. Et quicūqz fugerint in templū
qđ est in iherosolimis et in omni
bus eius obuoꝝ regi in omni negocio
dimittatis: et vniuersa que sunt eis
in regno meo libera habeant. Et edi
ficanda uel restauranda opa scōrum.

sumptus dabuntur de racione regis: et ad
extruendos muros ihrlm et communi-
dos in circuitu. sumptus dabuntur de raci-
one regis: et ad construendos muros
in iudea. Ut audiuit autem ionathas et
plus sermones istos non crediderunt eis
nec receperunt eos: quia recordati sunt
malicie magne quam fecerat in isrl et
tribulauerat eos valde. Et complacuit
eis in alexandrum: quia ipse fuerat eis
princeps sermonum pacis: et ipsi auxilium
ferebant omnibus diebus. Et congregauit
rex alexander exercitum magnum: et admo-
uit castra ad demetrium. Et commiserunt
prelium reges. Et fugit exercitus alexan-
dri: et secutus est eum demetrius: et in-
cubuit sup eos. Et inualuit prelium nimis
donec occidit sol. Et cecidit demetrius
in illa die. Et misit alexander ad ptolo-
meum regem egipti legatos sedm hec ver-
ba dicens. Quoniam regressus sum in reg-
num meum et sedi in sede patrum meorum. et
obtinui principatum et contriui demetri-
um. et possedi regionem nostram. et commi-
si cum eo pugnam. et contritus est et castra
eius a nobis. et sedemus in sede regni
eius: nunc statuamus adinuicem amiciciam.
et da mihi filiam tuam uxorem. et ero gener
tuus: et dabo tibi dona et dignitatem.
Et rndit ptolomeus rex dicens. Felix
dies in qua reuersus es ad terram patrum
tuorum: et sedisti in sede regni eorum. Et nunc
faciam tibi que scripsisti. Sed occurre pto-
lomaydam ut videamus nos inuicem:
et spondeam tibi sicut dixisti. Et exiit
ptolomeus de egipto ipse et cleopatra
filia eius: et uenit ptolomayde anno
centesimo sexagesimo secdo. Et occurrit
ei alexander rex: et dedit ei cleopatram
filiam suam. Et fecit nupcias eius pto-
lomayde: sicut reges in magna glori-
a. Et scripsit rex alexander ionathe ut
veniret obuiam sibi. Et abiit cum gla
ptolomaydam: et occurrit ibi duobus
regibus. Et dedit illis argentum multum
et aurum et dona: et inuenit gratiam in con-

spectu eorum. Et conuenerunt aduersus eum
viri pestilentes ex isrl viri iniqui inter-
pellantes aduersus eum: et non inten-
dit ad eos rex. Et iussit spoliari iona-
than vestimentis suis: et indui eum pur-
pura. Et ita fecerunt. Et collocauit eum
rex sedere secum: dixitque principibus. Exite
cum eo in medio ciuitatis: et predicate
ut nemo interpellet aduersus eum de ul-
lo negocio: nec quisquam ei molestus sit
de ulla racione. Et factum est ut viderunt
qui interpellabant gloriam eius que pre-
dicabatur. et optum eum purpura: fu-
gerunt omnes. Et magnificauit eum rex
et scripsit eum inter primos amicos: et
posuit eum ducem et participem principatus.
Et reuersus est ionathas in ihrlm cum
pace et leticia. In anno centesimo sex-
agesimo quinto: venit demetrius filius
demetrii a creta in terram patrum suorum.
Et audiuit alexander rex et contrista-
tus est valde: et reuersus est antyochiam.
Et constituit demetrius apollonium qui
preerat celessyrie: et congregauit exerci-
tum magnum. et accessit ad iamniam:
et misit ad ionathan summum sacerdotem
dicens. Tu solus resistis nobis: ego autem
factus sum in derisum et in obprobrium: pro-
terea quia tu potestatem exerces aduer-
sum nos in montibus. Nunc ergo si con-
fidis in virtutibus tuis descende ad nos
in campum. et comparemur illic inuicem:
quia mecum est virtus bellorum. Interroga
et disce quis sim ego et ceteri qui auxi-
lio sunt michi: qui et dicunt quia non
potest stare pes uester ante faciem nos-
tram: quia bis in fugam conuersi sunt
patres tui in terra sua. Et nunc quomodo
poteris sustinere equitatum et exercitum
tantum in campo: ubi non est lapis ne-
que saxum. neque locus fugiendi? Ut audi-
uit autem ionathas sermones apollonii:
motus est animo. Et elegit decem mili-
a virorum: et exiit ab ihrlm. Et concurrit
ei symon frater eius in adiutorium. Et ap-
plicuerunt castra in ioppen: et exclusit eum

a ciuitate. quia custodia apollonij
ioppe erat. Et oppugnauit eam. Et ex
territa qui erant intra ciuitatē: aper
uerunt. Et obtinuit ionathas ioppen.
Et audiuit apollonius et admouit
tria milia equitū et exercitū multū:
et abiit azotū tanq̄ iter facies. Et ipa
tim erat in campū eo qđ haberet mul
titudinem equitū: et confideret in eis.
Et insecutus est eū ionathas in azo
tum: et prelio cōmiserūt. Et reliquit
apollonius in castris mille equites p̄
eos occulte. Et cognouit ionathas quī
insidie sunt post se: et circuierūt cas
tra eius usq; ad uesperam. Populus
autē stabat. sicut precepit ionathas:
et laborauerūt equi eor. Et eleuat sy
mon exercitū suū et cōmisit contra
legionē: equites enī fatigati erant.
Et contriti sunt ab eo: et fugerunt.
Et qui dispsi sunt in campum fuge
runt in azotū: et intrauerūt in beth
dagon ydolū suū ut se liberarēt. Et suc
cendit ionathas azotū et ciuitates q̄
erant in circuitu eius: et accepit spo
lia eor: et templū dagon et eos qui
fugerūt in illud succendit igni. Et fu
erunt qui ceciderūt gladio eū hijs qui
cremati sunt: fere octo milia virorū.
Et mouit inde ionathas castra et ap
plicuit ea ascolona: et exierūt de ciui
tate obuiā illi in magna gloria. Et re
uersus ē ionathas in ierlm cū suis. ha
bentib; spolia multa. Et cūm esset ut au
diuit alexander sermones istos: addi
dit adhuc glorificare ionathan. Et mi
sit ei fibulam auream: sicut est cōsue
tudo dari cognatis regū. Et dedit ei ac
haron et oīs filios eius in possessionē.

In xlv. anno regni alexandri
Et rex egipti congre
gauit exercitū sicut arenam
que est circa oram maris. et
naues multas: et quærebat obtinē regnū alexandri dolo. et addere illud regno suo. Et exijt in syriam uerbis pacificis: et apiebant ei ciuitates. et occur
rebant ei: quia mandauerat alexan
der rex exire ei obuiā. eo qđ socer suus
ēet. Cum intrauisset autē ciuitatē ptho
lomeus: ponebat custodias militū i
singulis ciuitatib;. Et ut appropiauit
azoto ostenderūt ei templū dagon suc
censum. et azotū. et cetera eius demo
lita. et corpa. pieta: et eos qui cecī
derant in bello cumulos. quos fecerant
secus viam. Et narrauerūt regi quia
hec fecit ionathas: ut iudicium faceret
ei. Et tacuit rex. Et occurrit ionathas
regi in ioppen cū gloria: et iuicē se sa
lutauerunt: et dormierūt illic. Et abiit
ionathas cum rege usq; ad flumē qui
vocat eleutherus: et reuersus ē ierlm.
Rex autē ptholomeus obtinuit dominiū
um ciuitatū usq; seleuciā maritimam:
et cogitabat in alexandrū consilia ma
la. Et misit legatos ad demetriū dicēs.
Veni componamus inter nos pactū: et
dabo tibi filiam meā quā habet alexā
der: et regnabis in regno patris tui.
Penituit enī me qđ dederim illi filiā
meā. Quesiuit enī me occidere. Et vi
tupauit eum: pter qđ concupierat
regnū eius. Et abstulit filiā suam et
dedit eam demetrio: et alienauit se ab
alexandro: et manifeste facte sūt ini
micie eius. Et intrauit ptholomeus
antyochiam: et iposuit duo diadema
ta capiti suo egipti et asye. Ptholome
us autem rex erat in ciuitatibus illis tem
pibus: quia rebellabant qui erant in
locis illis. Et audiuit alexander: et ve
nit ad eū in bello. Et pduxit ptolome
us rex exercitū et occurrit ei in manu
valida: et fugauit eum. Et fugit alex
ander in arabiā: ut ibi protegeretur. Rex
autē ptholomeus exaltatus est. Et abs
tulit gaddiel arabs caput alexandri:
et misit ptholomeo. Et rex ptholomeus
mortuus est in die tertia: et qui erant
in municionib; pierūt ab hijs qui erant
intra castra. Et regnauit demetrius a
no centesimo sexagesimo septimo. In die

bus illis congregauit ionathas eos q̄
erant in iudea: ut expugnarent arcem
que est in ihrlm. Et fecerūt contra eā
machinas multas. Et abierūt quidā
qui oderant gentē suam viri iniqui ad
regem: et renunciauerūt ei qd̄ ionathas
obsideret arcem. Et ut audiuit iratus
ē: et statim uenit ptolomaydam. Et scrip
sit ionathe ne obsideret: sed occurreret si
bi ad colloquiū festinato. Ut autē au
diuit ionathas: iussit obsidē. Et elegit
de senioribus isrl' et de sacerdotibz: et de
dit se piculo. Et accepit aurū et argen
tum. et uestem. et alia exenia multa:
et abijt ad regem ptolomaydam: et in
uenit grām in conspcū eius. Et inter
pellabant aduersus eū quidā iniqui
ex gente sua. Et fecit ei rex sicut fecerāt
ei qui ante eum fuerāt: et exaltauit e
um ante conspcm oīm amicoꝝ eius.
Et statuit ei principatū sacerdocij. et
quecūq; alia habuit prius p̄ciosa: et
fecit eum principem amicoꝝ. Et postu
lauit ionathas a rege ut īmunē faceret
iudeam. id ē tres toparchias et samari
am: et pmisit ei talenta trecenta. Et cō
sensit rex: et scripsit ionathe epistolas
de hijs omībz hunc modū continentes.
Rex demetrius ionathe frī salutē. et gē
ti iudeoꝝ. Exemplū epistole quā scripsi
mus lastheni parenti nr̄o de uobis: mi
simus ad uos ut sciretis. Rex demetrius
lastheni parenti salutē. Genti iudeorū
amicis nr̄is et conseruantibz que iusta
sunt apud nos: decreuimꝰ bn̄facere ppt̄
benignitatem ipōꝝ quam erga nos ha
bent. Statuimꝰ ergo illis omnes fines
iudee et tres ciuitates liddam et trama
te que addite sunt iudee ex samaria.
et omēs confines eaꝝ. sequestra omībꝰ
sacrificantibz in iherosolimis: pro hijs
que ab eis rex accipiebat p singulos ā
nos. et pro fructibz tr̄e et pomoꝝ. Et a
lia que ad nos ptinebant decimaꝝ et
tributoꝝ: ex hoc tempe remittimꝰ eis.
Et areas salinaꝝ. et corone que nobis
deferebantꝰ: omīa ipīs concedimꝰ. Et
nichil horū irritū erit ex hoc et in om
ne tempus. Nūc ergo curate facē hoꝝ
exemplū: et detur ionathe. et ponatꝰ
in monte sancto in loco celebri. Et vi
dit demetrius rex qd̄ siluit terra in cō
spcū suo. et nichil ei resistit. dimisit ex
cercitū suū vnūquēq; in locū suū: ex
cepto pegrino excercitu quē traxit ab
insulis gentiū. Et īimici erant ei oīs
excercitus patrū eius. Triphon autē
erat quidam pciū alexandri prius. Et
vidit qm̄ oīs excercitus murmurat
contra demetriū: et ijt ad emacuel a
rabū. qui nutriebat antyochū filiū
alexandri. et assidebat ei: ut traderet
eum ipī ut regnaret loco patris sui.
Et enūciauit ei q̄nta fecit demetrius:
et īimicicias excercituū eius aduersum
illū. Et mansit illic diebz multis. Et
misit ionathas ad demetriū regem ut
eiceret eos qui in arce erant in ihrlm.
et qui in p̄sidijs erant: quia īpugna
bant isrl'. Et misit demetrius ad iona
than dicens. Non hec tantū faciam
tibi et genti tue: sed gloria illustrabo
te et gentē tuam. cum fuit oportunū.
Nūc ergo rcē feceris si miseris viros
in auxiliū: quia discessit omīs excer
citus meus. Et misit ei ionathas tri
a milia viroꝝ forciū antyochiam.
Et venerūt ad regem: et delectatus ē
rex in aduentu eoꝝ. Et cōuenerunt
qui erant de ciuitate centū viginti mi
lia viroꝝ: et uolebant interficē regem.
Et fugit rex in aulam. Et occupaue
runt qui erant de ciuitate itinera ci
uitatis: et ceperūt pugnare. Et uo
cauit rex iudeos in auxiliū: et cōuene
rūt omēs simul ad eum. Et dispsi sūt
omēs p ciuitatē: et occiderūt in die illa
centū milia hoīm. Et succenderūt ciui
tatem: et ceperūt spolia multa in die
illa: et liberauerūt regem. Et viderūt
qui erant de ciuitate qd̄ obtinuissent
iudei ciuitatē. sicut uolebantꝰ: et infir

mati sunt mente sua: et clamauerunt
ad regem cum precibus dicentes. Da no
bis dextras: et cessent iudei oppugnan
tes nos et ciuitatem. Et proiecerunt ar
ma: et fecerunt pacem. Et glorificati
sunt iudei in conspectu regis et in con
spectu omnium qui erant in regno eius:
et nominati sunt in regno. Et regressi
sunt in ihrlm: habentes spolia mul
ta. Et sedit demetrius rex in sede reg
ni sui: et siluit terra in conspectu eius.
Et mentitus est omnia quecumque dixit:
et alienauit se ab ionatha. et non re
tribuit ei secundum beneficia que sibi tri
buerat: et vexabat eum valde. Post
hec autem reuersus est triphon et antyo
chus cum eo puer adolescens: et regna
uit et imposuit dyadema. Et congre
gati sunt ad eum omnes exercitus quos
dispserat demetrius. et pugnauerunt
contra eum: et fugit et terga vertit. Et
accepit triphon bestias: et obtinuit
antyochiam. Et scripsit antyochus
adolescens ionathe dicens. Constituo
tibi sacerdocium: et constituo te super
quatuor ciuitates: ut sis de amicis re
gis. Et misit illi vasa aurea et ministe
rium: et dedit ei potestatem bibendi in
auro. et esse in purpura. et habere fibu
lam auream. Et symonem fratrem eius con
stituit ducem a terminis tyri usque ad fi
nes egypti. Et exiit ionathas: et pam
bulabat trans flumen ciuitatis. Et
congregatus est ad eum omnis exerci
tus syrie in auxilium. Et uenit ascalo
nem: et occurrerunt ei de ciuitatibus ho
norifice. Et abiit inde gazam. Et con
cluserunt se qui erant gaze: et obsedit
eam. Et succendit que in circuitu e
rant ciuitates: et predatus est eas. Et
rogauerunt gazenses ionathan: et de
dit illis dextram. Et accepit filios eorum
obsides: et misit illos in ihrlm. Et pam
bulauit regionem usque ad damascum.
Et audiuit ionathas quia preuaricati
sunt principes demetrii in cades. que
est in galilea cum exercitu multo volen
tes eum remouere a negocio regni: et
occurrit illis. Fratrem autem suum symo
nem reliquit intra prouinciam. Et appli
cuit symon ad bethsuram. et expugna
bat eam diebus multis: et conclusit e
os. Et postulauerunt ab eo dextras ac
cipere: et dedit illis: et eiecit eos inde.
Et cepit ciuitatem: et posuit in ea pre
sidium. Et ionathas et castra eius appli
cuerunt ad aquam genesar: et ante
lucem vigilauerunt in campum asor. Et ec
ce castra alienigenarum occurrebant in
campo: et tendebant ei insidias in mon
tibus. Ipse autem occurrit ex aduerso.
Insidie uero exurrexerunt de locis suis:
et commiserunt prelium. Et fugerunt qui e
rant ex parte ionathe omnes: et nemo re
lictus est ex eis nisi mathatyas filius
absolomi: et iudas filius calfi. prin
ceps milicie exercitus. Et scidit iona
thas uestimenta sua: et posuit terram
in capite suo et orauit. Et reuersus est
ad eos in prelium: et conuertit illos: et pug
nauerunt. Et viderunt qui fugiebant
partis illius et reuersi sunt ad eum: et
insequebantur cum eo usque cades ad castra
sua: et peruenerunt usque illuc. Et cecide
runt de alienigenis in die illa tria mi
lia virorum: et reuersus est ionathas in
iherusalem.

XII

Et vidit ionathas quia tempus
eum iuuat: elegit viros et mi
sit eos romam statuere et renouare cum
eis amiciciam. Et ad spartas et ad alia
loca misit epistolas secundum eandem formam.
Et abierunt romam et intrauerunt in cu
riam: et dixerunt. Ionathas summus
sacerdos et gens iudeorum miserunt nos:
ut renouetis amiciciam et societatem
secundum pristinum. Et dederunt illis episto
las ad ipsos per loca: ut deducerent eos in
terram iuda cum pace. Et hoc exemplum
epistolarum. quas scripsit ionathas sparcia
tis. Ionathas summus sacerdos et seni
ores gentis et sacerdotes et reliquus

pplius iudeor: sparciatis fr̄ibus salutē.
Iam pridem misse erant epistole ad o
nyam sūmū sacerdotem a dario qui
regnabat apud vos: qm̄ estis fr̄es
nostri sicut rescriptū continet. qd̄ sub
iectū est. Et suscepit onyas virū qui
fuerat missus cū honore: et accepit epis
tolas in quibz significabatur de socie
tate et amicicia. Nos cū nullo horū
indigēmus. habentes solacio sanctos
libros qui sunt in manibz nr̄is. ma
luimus mittē ad vos renouare fraternita
tem et amiciciā: ne forte alieni effici
amur a vobis. Multa enī tempa trans
ierunt: ex quo misistis ad nos. Nos
ergo in omni tempe sine intermissione ī
diebz solempnibz et ceteris quibz opor
tet. mēores sumus vr̄i. in sacrificiis q̄
offerimus et obseruacionibz: sicut fas ē.
et decet meminisse fratrū. Letamur itaqz
de gloria vr̄a. Nos autē circūdederunt
multe tribulaciones. et multa prelia:
et īpugnauerūt nos reges qui in circu
itu sunt nr̄o. Nolumus ergo vobis mo
lesti esse: neqz ceteris sociis et amicis
vr̄is in preliis. Habuimus enī de celo au
xiliū. et liberati sumus: et humiliati
sunt īmici nr̄i. Elegimus itaqz nimeni
ū antyochi. et antipatrū iasonis filiū:
et misimus ad romanos renouare cum
eis amiciciā et societatē pristinā. Mā
dauimus itaqz eis ut veniant eciā ad vos:
et salutent vos: et reddant vobis epis
tolas vr̄as. de īnouacione fraternitatis
nr̄e. Et nūc bn̄facietis: rn̄dentes nobis
ad hec. Et hoc rescriptū epistolar: qd̄
miserat onyas rex sparciatar. Onyas
ionathe sacerdoti magno salutē. Inuē
tum est in scriptura de sparciatis et iu
deis qm̄ sunt fr̄es: et quia sūt de genere
abraham. Et nūc ex quo hec cognoui
mus: bn̄facitis scribentes nobis de pa
ce vr̄a. Sed et nos rescripsimus vob. De
cora nr̄a et possessiones nr̄e vr̄e sunt:
et vr̄e nr̄e. Mandauimus itaqz hec nū
ciari vobis. Et audiuit ionathas qm̄

egressi sunt principes demetrij cū exer
citu multo. sup̄ qm̄ p̄us pugnare ad
uersus eum: et exijt ab ihrlm̄ et occur
rit ei in amatice regione. Non enim
dederat eis spaciū ut ingrederentur regi
onem eius. Et misit speculatores in
castra eor: et reuersi nūciauerūt qui
a constituūt supuenire illic nocte. Cū
occidisset autē sol. p̄cepit ionathas suis
vigilare. et ēē in armis. paratos ad pug
nam tota nocte: et posuit custodes p
circuitū castror. Et audierūt aduersarij
quia paratus ē ionathas cū suis in bel
lo: et timuerūt et formidauerūt corde
suo: et accenderūt focos in castris suis.
Ionathas autē et qui cū eo erant nō
cognouerūt usqz mane. Videbant enī
luminaria ardencia. Et secutus ē io
nathas: et non comprehendit eos.
Transierant enī flumē eleutherum.
Et diuertit ionathas ad arabas qui vo
cantur zabadei. et percussit eos: et acce
pit spolia eor. Et iunxit et venit da
mascū: et perambulauit omnē regio
nem illam. Symon autē exijt et ve
nit usqz ascalona. et ad proxima pre
sidia: et declinauit in ioppen. et occupa
uit eam. Audiuit enī qd̄ vellent presi
diū tradē ptib̄ demetrij: et posuit ibi
custodes ut custodirent eam. Et reuersus
est ionathas et cōuocauit seniores po
puli: et cogitauit cum eis edificare p̄
sidia in iudea. et edificare muros in
ihrlm̄. et exaltare altitudinē magnā
int̄ mediū arcis et ciuitatis: ut sepa
ret eam a ciuitate. ut ēēt ipa singu
lariter. et neqz emant neqz vendant.
Et cōuenerūt ut edificarent ciuitatē.
Et ceciderūt muri qui erant sup tor
rentē ab ortu solis: et repauit eū qui
vocatur capheteca. Et symon edifica
uit adyada in sephela. et muniuit eā:
et īposuit portas et seras. Et cū cogi
tasset triphon regnare asye. et assumere
dyadema. et extendere manū in anty
ochū regem. timens ne forte non per

mitteret eum ionathas. sed pugnaret
adversus eum: querebat comprehendere eum
et occidere. Et exurgens abiit in betha
san. Et exiuit ionathas obuiam cum qua
draginta milibus virorum electorum in prelium:
et venit bethasan. Et vidit triphon quod
venit ionathas cum exercitu multo. ut
extenderet in eum manus: et timuit. Et
excepit eum cum honore: et commendauit
eum omnibus amicis suis: et dedit ei mune
ra. Et precepit exercitibus suis: ut obedi
rent ei sicut sibi. Et dixit ionathe. Vt
quid vexasti vniuersum populum: cum bellum
nobis non sit: Et nunc remitte eos in do
mos suas. Elige autem tibi viros pau
cos qui tecum sint. et veni mecum ptolo
maydam: et tradam illam tibi. et re
liqua presidia. et exercitum. et vniuersos
prepositos negocii: et conuersus abibo. Pro
terea enim veni. Et credidit ei. et fecit si
cut dixit: et dimisit exercitum. et abie
runt in terram iuda. Retinuit autem secum
tria milia virorum. Ex quibus remisit in
galileam duo milia: mille autem cum eo
venerunt. Vt intrauit autem ionathas
ptolomaydam clauserunt portas ptolo
menses. et comprehenderunt eum: et omnes
qui cum eo intrauerant gladio interfece
runt. Et misit triphon exercitum et equi
tes in galileam et in campum magnum:
ut perderet omnes socios ionathe. At il
li cum cognouissent quod comprehensus
est et periit. et omnes qui cum eo erant:
hortati sunt semetipsos. et exierunt pa
ti in prelium. Et videntes hii qui insecu
ti fuerant. quia pro anima res est illis:
reuersi sunt. Illi autem venerunt omnes in pa
ce in terram iuda: et planxerunt ionatham
et eos qui cum eo fuerant valde. Et lux
it israel luctu magno. Et quesierunt om
nes gentes que erant in circuitu eorum con
terere eos. Dixerunt enim. Non habent princi
pem et adiuuantem. Nunc ergo expugnemus illos:
et tollamus de hominibus memoriam eorum.

XIII

Et audiuit
symon quod congregauit triphon
exercitum copiosum ut veniret in terram iu
da. et acteret eam: videns quia in tremo
re populus est et timore. ascendit ihrl'm.
et congregauit populum: et adhortans
dixit. Vos scitis quanta ego et fratres
mei et domus patris mei fecimus pro legi
bus et pro sanctis prelia: et angustias quas
les vidimus. Horum gracia perierunt fratres me
i omnes propter israhel: et relictus sum e
go solus. Et nunc non mihi contingat parcere
anime mee in omni tempore tribulacionis.
Non enim melior sum fratribus meis. Vin
dicabo itaque gentem meam et sancta. na
tosque vestros et vxores: quia congrega
te sunt vniuerse gentes conterere nos mi
micicie gracia. Et accensus est spiritus po
puli simul. ut audiuit sermones istos:
et responderunt voce magna dicentes. Tu es
dux noster in loco iude et ionathe fratris
tui. Pugna prelium nostrum: et omnia que
cumque dixeris nobis faciemus. Et congre
gans omnes viros bellatores accelera
uit omnes muros in ihrlm consummare:
et muniuit eam in gyro. Et misit io
nathan filium absolomi. et cum eo exerci
tum nouum in ioppen: et eiectis hiis qui
erant in ea. mansit illic ipse. Et mouit
triphon ab ptolomayda cum exercitu
multo. ut veniret in terram iuda: et
ionathas cum eo in custodia. Symon
autem applicuit in addus. contra faciem
campi. Et ut cognouit triphon quia
surrexit symon in loco ionathe fratris
sui. et quia commissurus erat cum eo pre
lium: misit ad eum legatos dicens. Pro
argento quod debebat frater tuus ionathas
in racione regis detinuimus eum. Et nunc
mitte argenti talenta centum. et duos fi
lios eius obsides. ut non dimissus fu
giat a nobis: et remittemus eum. Et cog
nouit symon quia cum dolo loquere
tur secum: iussit tamen dari argentum et
pueros: ne inimiciciam magnam sume
ret ad israel populum dicentem. Quia non
misit argentum et pueros: propterea periit.
Et mentitus est: et non dimisit iona

than. Et post hec uenit triphon intra
regionē. ut conteret eam: et gyrauerūt
p̄ uiam que ducit ador. Et symon et cas
tra eius ambulabant in omnē locū
quocūq; ibant. Qui autē in arce erāt
miserūt ad triphonem legatos: ut fes
tinaret uenire p̄ desertū. et mitteret il
lis alimonias. Et p̄auit triphon om
nem equitatū: ut ueniret illa nocte.
Erat eiū nix valde multa: et nō uenit
in galadithym. Et cū appropiasset bas
chama: occidit ionathan et filios eius
illic. Et cōuertit triphon: et abijt in t̄
ram suam. Et misit symon et accepit
ossa ionathe frīs sui: et sepeliuit ea in
modyn ciuitate patrū eius. Et planx
erūt eū omīs isrl̄ planctu magno: et
luxerūt eū dies multos. Et edificauit
symon sup̄ sepulchrū patris sui et fra
trū suor̄ edificiū altū uisu: lapide po
lito retro et ante. Et statuit septem py
ramidas unā contra unā: patri et ma
tri. et q̄tuor frībus. Et hijs circūposuit
colūpnas magnas: et sup̄ colūpnas ar
ma. ad memoriā eternam. Et iuxta ar
ma naues sculptas: que uiderentur ab
hominibz nauigantibz mare. Hoc est se
pulchrū qd̄ fecit in modyn: usq; in hūc
diem. Triphon autē cū iter faceret cū
antyocho rege adolescente dolo occidit
eū: et regnauit loco eius. Et īposuit si
bi dyadema asye: et fecit plagam mag
nam in t̄ra. Et edificauit symon pre
sidia iudee muniens eam turribz excel
sis. et muris magnis. et portis et seris:
et posuit alimenta in municionibz. Et
elegit symon uiros et misit ad demetri
um regem ut faceret remissionē regioni:
quia actus omīs triphonis p̄ direptio
nem fuerāt gesti. Et demetrius rex ad
uerba ista respondit: et scripsit epl̄am
talem. Rex demetrius symoni sūmo sa
cerdoti et amico regū et senioribz et gē
ti iudeor̄. salutē. Coronam auream et
baen quā misistis suscepimus: et p̄ati
sumus facere uobiscū pacem magnam:

et scribē p̄positis regis remittē uobis q̄
indulsimus. Quecūq; eiū constituimus
uobis. constant. Municiones quas e
dificastis. sint uobis. Remittimus q̄
ignorancias et p̄cta usq; in hodiernū
diem: et coronā quā debebatis. Et si q̄
aliud erat tributariū ihrl̄m: iam non
sit tributariū. Et si qui ex uobis apti
sunt conscribi int̄ nr̄os conscribant̄:
et sit int̄ nos pax. Anno centesimo sep
tuagesimo ablatū est iugū gentiū ab
isrl̄. Et cepit p̄plus isrl̄ scribere in ta
bulis et gestis p̄ublicis: anno primo
sub symone sūmo sacerdote. magno
duce et principe iudeor̄. In diebz illis
symon applicuit ad gazam. et circum
dedit eam castris: et fecit machinas. Et
applicuit ad ciuitatē: et p̄cussit turrē
unā et comprehendit. Et qui eruperūt
erant intra machinam in ciuitate. Et
factus est motus magnus in ciuitate. Et
ascenderūt qui erant in ciuitate cum
uxoribz et filijs supra murū. scissis tu
nicis suis: et clamauerūt uoce mag
na. postulantes a symone dextras si
bi dari: et dixerūt. Non uobis reddas
scd̄m malicias nr̄as: sed scd̄m miseri
cordias tuas. Et flexus symon non de
bellauit eos. Eiecit tamen eos de ciui
tate. Et emūdauit edes in quibz fuerāt
simulachra: et tunc intrauit in eam
cū ȳnis benedicens dn̄m. Et eiecta ab
ea omī īmūdicia: collocauit in ea ui
ros qui legē facerent. Et muniuit eā:
et fecit sibi habitacōnem. Qui autem
erant in arce ihrl̄m: p̄hibebant̄ egre
di et ingredi in regionē. et emē ac uē
dere. Et esurierūt valde: et multi ex eis
fame p̄ierūt. Et clamauerūt ad symo
nem: ut dextras acciperent. Et dedit il
lis. Et eiecit eos inde: et mūdauit arcē
a contaminacōibz. Et intrauerūt in
eam tercia et uicesima secūdi mensis.
anno centesimo septuagesimo primo.
cū ramis palmar̄ et cynaris. et cym
balis. et nabulis. et ȳnis et canticis:

quia contritus ē inimicus magnus ex
isrl'. Et constituit ut omnibz annis a
gerentur dies hij cum leticia. Et muni
uit montē templi qui erat secus arcē:
et habitauit ibi ipē. et qui cū eo erāt.
Et vidit symon iohannem filiū suū
qd' vir esset: et posuit eū ducem virtu
tum vniuersar: et habitauit gazaris.

Anno cente XIIII
simo septuagesimo secūdo. cō
gregauit rex demetrius exerci
tum suū: et abijt mediam ad contra
henda sibi auxilia ut expugnaret tri
phonē. Et audiuit arsaces rex psidis
et medie qr intrauit demetrius confi
nes suos: et misit vnū de principibus
suis ut cōprehenderent eū viuū. et ad
ducerent eum ad se. Et abijt et pcus
sit castra demetrij et comphendit eū:
et duxit eū ad arsacem: et posuit eū
in custodiam. Et siluit terra iuda om
nibz diebz symonis. Et quesiuit bona
gentis sue: et placuit illis potestas e
ius et gloria eius omnibz diebz. Et cum
omni gloria sua accepit ioppen in por
tum: et fecit introitū in insulis maris.
Et dilatauit fines gentis sue: et obti
nuit regionē. Et congregauit captiui
tatem multam: et dnatus est gazare.
et bethsure et arci. Et abstulit immūdi
cias ex ea: et non erat qui resisteret
ei. Et vnusquisqz colebat terram cū pa
ce: et terra iuda dabat fructus suos: et
ligna campor fructū suū. Seniores
in plateis sedebant omēs: et de bonis
terre tractabant. Et iuuenes induebāt
se gloriam: et stolas belli. Ciuitatib'
tribuebat alimonias: et constituebat
eas. ut essent vasa municionis: quo
adusqz noīatū est nomē glorie eius
usqz ad extremū terre. Fecit pacē sup
terram: et letatus est isrl' leticia mag
na. Et sedit vnusquisqz sub vite sua
et sub ficulnea: nec erat qui eos terre
ret. Defecit īpugnans eos sup terrā.
Reges contriti sunt in diebus illis:
et confirmauit omēs humiles ppli sui.
Et legem exquisiuit: et abstulit oēm
iniquū et malū. Sancta glorificauit:
et multiplicauit vasa sanctor. Et au
ditū est rome quia defunctus esset io
nathas. et usqz in sparciatas: et con
tristati sunt valde. Vt audierūt au
tem qd' symon frat' eius factus eēt sum'
sacerdos loco eius. et ipē obtineret re
gionē et ciuitates in ea: scripserūt ad
eum in tabulis ereis ut renouarent a
micicias et societatē quā fecerāt cū iu
da et ionatha fribus eius. Et lecta sūt
in conspcū ecclie in ihrlm. Et hoc ex
emplū epistolar quas miserūt spar
ciate. Sparcianor princeps et ciuita
tes. symoni sacerdoti magno. et senio
ribz et sacerdotibz. et reliquo pplo iudeo
rū fribz salutē. Legati qui missi sūt ad
pplm nrm. nūciauerūt nobis de uest'
gloria et honore ac leticia: et gauisi su
mus in introitu eor. Et scripsim' que
ab ipis erant dicta. in conciliis ppli sic.
Numenius antyochi. et antipater ia
sonis filius legati iudeor venerūt ad
nos: renouantes nobiscū amiciciam
pristinam. Et placuit pplo excipere vi
ros gloriose: et ponē exemplū sermonū
eor in segregatis ppli libris: ut sit ad
memoriam pplo sparciatar. Exemplū
autē hor scripsim' symoni magno sa
cerdoti. Post hec autē misit symon nu
meniū romam habentē clypeū aure
um magnū. pondus minar mille: ad
statuendam cum eis societatē. Cum
autē audisset pplus romanus sermo
nes istos: dixerūt. Quā grār actio
nem reddemus symoni et filijs eius:
Restituit eū ipē fres suos: et expug
nauit inimicos isrl' ab eis. Et statuerūt
ei libertatem: et descripserūt in tabul'
ereis: et posuerūt in tytulis in mon
tem syon. Et hoc exemplū scripture.
Octaua decima die mensis elul. anno
centesimo septuagesimo secūdo. anno
tercio sub symone sacerdote magno.

in assaramel. in conuentu magno sacerdotum et populi. et principum gentis. et seniorum regis nota facta sunt hec: quoniam frequenter facta sunt prelia in regione nostra. Symon autem mathathie filius ex filijs iarib. et fratres eius dederunt se periculo: et restiterunt aduersarijs gentis sue. ut starent sancta ipsorum et lex: et gloria magna glorificauerunt gentem suam. Et congregauit ionathas gentem suam: et factus est illis sacerdos magnus: et appositus est ad populum suum. Et noluerunt inimici eorum calcare et attere regionem ipsorum: et extendere manus in sancta eorum. Tunc restitit symon et pugnauit pro gente sua: et erogauit multas pecunias et armauit viros virtutis gentis sue: et dedit eis stipendia. Et muniuit ciuitates iudee et bethsuram. que erat in finibus iudee. vbi erant arma hostium antea: et posuit illic presidium viros iudeos. Et ioppen muniuit que erat ad mare. et gazaram que est in finibus azoti. in qua hostes antea habitabant: et collocauit illic iudeos: et quecumque apta erant ad correptionem eorum posuit in eis. Et vidit populus actum symonis et gloriam quam cogitabat facere genti sue: et posuerunt eum ducem suum et principem sacerdotum. eo quod ipse fecerat hec omnia. et iusticiam et fidem quam conseruauit genti sue: et exquisiuit omni modo exaltare populum suum. Et in diebus eius prosperatum est in manibus eius. ut tollerentur gentes de regione ipsorum qui in ciuitate dauid erant in iherusalem in arce: de qua procedebant et contaminabant omnia que in circuitu sanctorum sunt: et inferebant plagam magnam castitati. Et collocauit in ea viros iudeos tutamentum regionis et ciuitatis: et exaltauit muros in iherusalem. Et rex demetrius statuit illi summum sacerdocium. Secundum hec fecit eum amicum suum: et glorificauit eum gloria magna. Audiuit enim quod appellati sunt iudei a romanis amici. et socij. et fratres: et quia susceperunt legatos symonis gloriose. Et quia iudei et sacerdotes eorum consenserunt eum esse ducem suum. et summum sacerdotem in eternum: donec surgat propheta fidelis. Et ut sit super eos dux et ut cura esset illi pro sanctis: et ut constitueret prepositos super opera eorum et super regionem. et super arma. et super presidia: et cura illi sit de sanctis. Et ut audiatur ab hominibus. et scribantur in nomine eius omnes conscripciones in regione: et ut operiatur purpura et auro. Et ne liceat ulli ex populo et ex sacerdotibus irritum facere aliquid horum. et contradicere hijs que ab eo dicuntur: aut conuocare conuentum in regione sine ipso: et uestiri purpura. et uti fibula aurea. Qui autem fecerit extra hec aut irritum fecerit aliquid horum: reus erit. Et complacuit omni populo statuere symonem: et facere secundum uerba ista. Et suscepit symon: et placuit ut summo sacerdocio fungeretur et esset dux et princeps gentis iudeorum et sacerdotum. et presset omnibus. Et scripturam istam dixerunt ponere in tabulis ereis: et ponere eas in peribulo sanctorum in loco celebri. Exemplum autem eorum ponere in erario: ut habeat symon et filij eius.

XV

Et misit rex antyochus filius demetrij epistolas ab insulis maris symoni sacerdoti et principi gentis iudeorum et vniuerse genti: et erant continentes hunc modum. Rex antyochus symoni sacerdoti magno. et genti iudeorum salutem. Quoniam quidem pestilentes obtinuerunt regnum patrum nostrorum. volo autem vindicare regnum et restituere illud sicut erat antea: electam feci multitudinem exercitus. et feci naues bellicas. Volo autem procedere per regiones ut ulciscar in eos qui corruperunt regionem nostram: et qui desolauerunt ciuitates multas in regno meo. Nunc ergo statuo tibi omnes oblaciones quas remiserunt tibi ante me reges: et quecumque alia dona remise

runt tibi. Et puntto tibi facé paciu
ram ꝓpter nimicitias tu regione tua.
Ihrlim autē sanctā ē et liberam. Et oī
a arma que fabricata sunt et preliū
a que expugnasti que tenes: maneant
tibi. Et omīe debitū regū et que futu
ra sunt regia: et hoc et in totū temp⁹
remittūtur tibi. Cum autē obtinue
rimus regnū nrm glorificabim⁹ te et
gentē tuam. et templū gl̄a magna:
ita ut manifestetur gloria vīa in vni
uersa terra. Anno centesimo septuage
simo quarto egrs̄ antyochus in tiram
patrū suoꝝ. Et cōuenerūt ad eū omīes
exercitus: ita ut pauci relicti essent cū
triphone. Et insecutus est eum antyo
chus rex. Et venit dorā. fugiens per
maritimā. Sciebat enī qđ congregata
sunt in eum malia: et reliquit eum ex
ercitus. Et applicuit antyochus sup
dorā cū centū viginti milibꝫ virōꝝ
belligeratoꝝ et octo milibꝫ equitū: et
circuiuit ciuitatem. Et naues a mari
accesserūt: et vexabant ciuitatē a tra
et mari: et neminē sinebant egredi.
Venit autē nūncius et qui cum eo
fuerant ab urbe roma. habentes epis
tolas regibꝫ et regionibꝫ scriptas: in q̄
bus continebantur hec. Lucius consul
romanoꝝ ptolomeo regi salutē. Lega
ti iudeoꝝ venerūt ad nos amica nostra
renouantes priorē amicitiā et societa
tem: missi a symone principe sacerdo
tū et pl̄o iudeoꝝ. Attulerūt autē et cly
peum aureū minas mille. Placuit
ergꝫ nobis scribē regibꝫ et regionibus
ut non inferāt illis mala. neq; ipug
nent eos et ciuitates eoꝝ et regiones e
oꝝ: et ut non ferant auxiliū pugnā
tibus aduersus eos. Vtile ē autē no
bis accipere ab eis clypeū. Si qui er
go pestilentes refugerūt de regione ip
soꝝ: tradite eos symoni principi sacer
dotū. ut vindicet in eos secūdū legē suā.
Hec eadem scripta sunt demetrio regi.
et attalo. et arabe. et ariarathe. et i omīes
regiones. et samsame. et spartanis. et
delo et mindo. et sicione. et carie. et samo.
et panphilie. et licie. et alicarnasi
sum. et rodū. et phaselidi. et coo. et cy
dne. et arado. et gortinam. et gnidum.
et cypri. et cyrenen. Exemplum autē
eoꝝ scripserūt symoni principi sacerdo
tum. et pl̄o iudeoꝝ. Antyochus autem
rex applicuit castra in dora secūdo. ad
mouens ei semp manus et machinas
faciens: et conclusit triphonē ne exiret.
Et misit ei symon duo milia virōꝝ
electoꝝ in auxiliū: et argentū. et auri.
et vasa copiosa. Et noluit ea accipe: fi
nxit omīa que pactus est cū eo an
tea: et alienauit se ab eo. Et misit ad
eum athenobiū vnū de amicis suis:
ut tractaret cū ipo dicens. Vos tenetis
ioppen et gazaram. et arcem que est i
hrlim ciuitates regni mei. fines earū
desolastis: et fecistis plagam magnā
in tra: et dñati estis p̄ loca multa i reg
no meo. Nunc ergo tradite ciuitates
quas occupastis: et tributa locoꝝ qui
bus dñati estis extra fines iudee. Alio
quin date pro illis q̄ngenta talenta ar
genti: et exercitum qđ exterminastis. et
tributoꝝ ciuitatū alia talenta q̄ngen
ta. Alioquin: veniem⁹ et expugnabim⁹
vos. Et venit athenobius amicus
regis in hrlim. et vidit gloriā symonis
et claritatē in auro et argento et ex pa
ratū copiosū: et obstupuit. Et retulit
ei verba regis. Et audit symon et dixit.
Neq; alienam tiram sūpsimus neq; a
lienā detinemus: sed hereditatē patrū
nostroꝝ que ab inimicis nris iniuste alio
tempe possessa ē. Nos vero tempus
habentes: vendicamus hereditatē pa
trū nostroꝝ. Nam de ioppe et gazara q̄
exposcitas: ipi faciebant in pl̄o pla
gam magnam et in regione nostra.
Horū dabimus talenta centū. Et non
audit illi verbū. Reuersus autē cum
ira ad regem: renūciauit ei uba ista.
et gloriā symonis et vniuersa que vidit.

Et natus est rex ira magna. Typhō
autē fugit nauī in hortosyadā. Et cō
stituit rex cendebeum ducem maritī
mī et exercitī equitī et peditī dedit
illi: et mandauit illi mouē castra cō
tra faciem iudee. Et mandauit ei edifi
care cedronē et obstruere portas ciui
tatis: et debellare plm. Rex autē ple
quebatur typhonē. Et puenit cende
beus iamniam: et cepit irritare ple
bem et conculcare iudeam. et captiua
re plm et interficē. et edificare cedronē.
Et collocauit illuc equites et exercitū:
ut ingressi pambularēt viam iudee. si
cut constituit ei rex.

XVI

Et ascendit iohannes de gaza
ris: et nūciauit symoni patri
suo. que fecit cendebeus i plō
ipoy. Et uocauit symon duos filios su
os seniores. iudam et iohannē: et ait
illis. Ego et fres mei et dom patris me
i. expugnauim hostes isrl ab adolec
entia usq in hunc diem: et plpatū ē
in manibz meis liberare isrl aliquo
ens. Nūc autē senui. Sed estote loco
mei et fris mei: et egredi pugnate pro
gente nra. Auxiliū vero de celo uobis
cum sit. Et elegit de regione viginti mi
lia virop belligeratop et equites: et p
fecta sūt ad cendebeū: et dormierūt in
modyn. Et surrexerūt mane: et abierē
in campū. Et ecce exercitus copiosus
ei. Ecce quid faciunt discipuli tui sabbatis
quod non licet. Et ait illis. Numquam legis
tis quid fecerit dauid quando necessitatem
habuit et esuriit ipse et qui cum eo erant.
quomodo introiit in domum dei sub abia
thar principe sacerdotum. et panes proposi
cionis manducauit. quos non licebat
manducare nisi sacerdotibus. et dedit eis
qui cum eo erant. Et dicebat eis. Sabba
tum propter hominem factum est: et non homo
propter sabbatum. Itaque dominus est filius hominis
etiam sabbati.

III

Et introiuit iterum in synagogam.
Et erat ibi homo habens ma
num aridam. Et obseruabant eum
si sabbatis curaret: ut accusarent eum.
Et ait homini habenti manum aridam. Sur
ge in medium. Et dicit eis. Licet sabbatis bene
facere an male: animam saluam facere an per
dere. At illi tacebant. Et circumspiciens e
os cum ira. contristatus super cecitatem
cordis eorum: dicit homini. Extende manum
tuam. Et extendit: et restituta est manus
illi. Exeuntes autem pharisei cum herodia
nis: concilium faciebant aduersus eum quomodo
eum perderent. Et ihesus cum discipulis
suis secessit ad mare. Et multa turba a
galylea et iudea secuta est eum: et ab iheso
solimis et ab ydumea. et trans iordanem.
et qui circa tyrum et sydonem. multitudo
magna audientes que faciebat. venerunt
ad eum. Et dixit discipulis suis: ut naui
cula sibi deseruiret propter turbam. ne com
primerent eum. Multos enim sanabat: ita
ut irruerent in eum ut illum tangerent.

Quotquot habebant plagas. et spiritus
immundi cum illum videbant. procidebant ei:
et clamabant dicentes. Tu es filius dei.
Et uehementer comminabatur eis: ne ma
nifestarent illum. Et ascendens in mon
tem: uocauit ad se quos uoluit ipse. Et
venerunt ad eum. Et fecit ut essent duodecim
cum illo: et ut mitteret eos predicare. Et dedit
illis potestatem curandi infirmitates: et ei
ciendi demonia. Et imposuit symoni no
men petrus: et iacobum zebedei et iohannem
fratrem iacobi: et imposuit eis nomina bo
anerges quod est filii tonitrui: et andream
et philippum. et bartholomeum. et matheum
et thomam. et iacobum alphei et thadeum
et symonem chananeum. et iudam scarioth
qui tradidit illum. Et veniunt ad domum: et
conuenit iterum turba. ita ut non possent
neque panem manducare. Et cum audissent
sui: exierunt tenere eum. Dicebant enim: quoniam
in furorem uersus est. Et scribe qui ab ihe
rosolimis descenderant dicebant. quoniam be
elzebub habet: et quia in principe demo
niorum eicit demonia. Et conuocatis eis: in
parabolis dicebat illis. Quomodo potest satha
nas sathanam eicere: Et si regnum in se
diuidatur: non potest stare regnum illud. Et
si domus super semetipsam dispertiatur: non
poterit domus illa stare. Et si sathanas
consurrexerit in semetipsum. dispertitus est:
et non poterit stare. sed finem habet. Nemo
potest uasa fortis ingressus in domum
diripere: nisi prius fortem alliget: et tunc
domum eius diripiet. Amen dico uobis:
quoniam omnia dimittentur filiis hominum pec
cata. et blasphemie quibus blasphema
uerunt. Qui autem blasphemauerit in spi
ritum sanctum. non habet remissionem in eter
num: sed reus erit eterni delicti: quoniam dice
bant spiritum immundum habet. Et veniunt ma
ter eius et fratres: et foris stantes miserunt
ad eum. uocantes eum. Et sedebat circa e
um turba: et dicunt ei. Ecce mater tua
et fratres tui. foris querunt te. Et respondens e
is ait. Que est mater mea et fratres
mei: Et circumspiciens eos qui in circui

tu eius sedebant: ait. Ecce mater mea
et fr̄es mei. Qui eñ fecerit uolūtatem
dei: hic frater meus et soror mea ⁊ mr̄ ē.
Et iterū cepit IIII
docere ad mare. Et congregata
est ad eum turba multa: ita ut
in nauem ascendens sederet in mari. Et
omīs turba circa mare sup terrā erat: et
docebat illos in pabolis multa. Et dice
bat illis in doctrina sua. Audite. Ecce ex
iit seminans ad seminandū. Et dū semi
nat. aliud cecidit circa viam: et venerūt
uolucres et comederūt illud. Aliud uero
cecidit sup petrosa: ubi non habuit ter
ram multam. Et statim exortū est: qm̄
non habebat altitudinē terre. Et qñ exor
tus est sol. exestuauit: et eo q̄ non habe
ret radicem exaruit. Et aliud cecidit in
spinas: et ascenderūt spine et suffocaue
runt illud: et fructū non dedit. Et aliud
cecidit in t̄ram bonā: et dabat fructū as
cendentē et crescentē: et afferebat vnū
triginta. et vnū sexaginta. et vnū centū.
Et dicebat. Qui habet aures audiendi
audiat. Et cū ēēt singularis: interroga
uerūt eum hij qui cum eo erant duode
cim. pabolas. Et dicebat eis. Vobis datū
est scire misteriū regni dei. Illis autē q̄
foris sunt in pabolis omīa fiūt: ut vi
dentes videant et non videant. et audi
entes audiant et non intelligant: ne
qñ conuertantur et dimittantur eis pec
cata. Et ait ill'. Nescitis pabolam hāc:
Et quomō omīes pabolas cognoscetis:
Qui semīat: uerbū seminat. Hij aūt
sūt qui circa viam: ubi semīatur uer
bū. Et cū audierint: confestim uenit
sathanas et aufert uerbū qd̄ semīatū
est in cordibz eor. Et hij sunt similiter
qui sup petrosa semīantur: qui cum
audierint uerbū statim cū gaudio ac
cipiūt illud: et non habent radicē in se.
sed tempales sunt. Deinde orta tribula
cione et psecucione ꝓpt̄ uerbū: confesti
scandalizant. Et alij sunt. qui in spinis
seminātur. Hij sunt qui uerbū audi

unt: et erūpne seculi et decepcio diuicia
rū. et circa reliqua concupiscencie intro
eūtes suffocant uerbū: et sine fructu ef
ficitur. Et hij sunt qui sup terrā bonā
seminati sunt: qui audiunt uerbū et
suscipiūt et fructificant. vnū triginta.
et vnū sexaginta. et vnū centū. Et dice
bat illis. Nūquid uenit lucerna. ut sub
modio ponatur. aut sub lecto: Nonne
ut sup candelabrū ponat: Non eñ est
aliquid absconditū qd̄ non manifeste
tur: nec fcm̄ est occultū. sed ut in palam
veniat. Si quis habet aures audiendi
audiat. Et dicebat illis. Videte q̄d audia
tis. In qua mensura mensi fuitis. reme
cietur uobis: et adicietur uobis. Qui e
nim habz. dabitur illi: et qui non habet
etiam qd̄ habet auferet ab illo. Et dice
bat. Sic est regnū dei. quēadmodū si ho
mo iaciat sementē in t̄ram et dormiat. ⁊
exurgat nocte ac die: et semen germinet
et increscat dū nescit ille. Vltro eñ t̄ra
fructificat. p̄mū herbam: deinde spicam:
deinde plenū frumentū in spica. Et cū
se pduxerit fructus: statim mittit falcē.
quoniā adest messis. Et dicebat. Cui as
similabim⁹ regnū dei: aut cui pabole c̄
pabimus illud: Sicut granū synapis:
qd̄ cū semīatum fuerit in t̄ra minus est
omībz semībz que sūt in t̄ra. Et cū semi
natū fuit. ascendit. et fit maius omni
bus oleribz. et facit ramos magnos: i
ta ut possent sub vmbra illius aues ce
li habitare. Et talibz multis pabolis lo
quebatur eis uerbū: pūt poterant au
dire. Sine pabola autē non loq̄batur
eis. Seorsum autē discipulis suis disse
rebat omīa. Et ait illis in illa die: cū
sero fcm̄ esset. Transeam⁹ contra. Et di
mittentes turbam: assumūt eum ita
ut erat in naui. Et alie naues erāt cū
illo. Et facta est pcella magna venti:
et fluctus mittebat in nauem: ita ut
impleretur nauis. Et erat ipē in puppi.
supra ceruical dormiens. Et excitant
eū: et dicūt ei. Magister: non ad te pti

mr. xxxvi
mt. c xxxi
lu. lxxvi

mr. xxxvii
mt. c xxxiii
lu. lxxvii
io. c ix.

mr. xxxviii
mt. c xxxv
lu. lxxviii

mr. xxxix
mt. xxxii
lu. c xxxiii

mr. xl
mt. xcii
lu. lxxx

mr. xli
mt. l.
lu. lvi

mr. xlii
mt. cc lxxi
lu. cc xxx.

mr. xliii

mr. xliiii
mt. c xxxvii
lu. c lxvii

mr. xlv
mt. c xxxix

mr. xlvii
mt. lxix
lu. lxxxiii

nec quia pimus: Et exurgens comina
tus est vento: et dixit mari. Tace. ob
mutesce. Et cessauit ventus: et facta e
tranquillitas magna. Et ait illis. Qd
timidi estis: Necdu habetis fidem: Et ti
muerunt timore magno: et dicebant ad
alterutru. Quisputas est iste: Quia ve
tus et mare obediunt ei.

Et uenerunt trans fretu maris:
in regione gerasenoru. Et exe
unti ei de naui. statim occurrit
de monumentis homo in spu immundo: q
domiciliu habebat in monumentis. Et
neq cathenis iam quisqm eu poterat li
gare: qm sepe compedibz et cathenis
vinctus. dirupisset cathenas et copedes
comminuisset. Et nemo poterat eu doma
re. Et semp nocte ac die in monumentis
et in montibz erat: clamans et conci
dens se lapidibz. Videns aute ihm alon
ge. cucurrit et adorauit eum: et clamans
uoce magna dixit. Quid mi et tibi ihu
fili dei sumi: Adiuro te p deum: ne me
torqueas. Dicebat eu illi. Exi spus in
munde ab homine. Et interrogabat eu. Qd
tibi nomen est: Et dicit ei. Legio michi
nome est: quia multi sumus. Et depre
cabatur eu multu: ne se expelleret extra
regionem. Erat aute ibi circa montem
grex magnus porcoz pascens: et depre
cabantur eu spus dicentes. Mitte nos
in porcos: ut in eos introeamus. Et conces
sit eis statim ihus. Et exeuntes spus immu
di: introierunt in porcos. Et magno im
petu grex pcipitatus est in mare ad du
o milia: et suffocati sunt in mari. Qui
aute pascebant eos fugerunt: et nuncia
uerunt in ciuitatem et in agros. Et e
gressi sunt uidere quid esset facti. Et ve
niunt ad ihm. et vident illu qui a demonio
vexabatur. sedente uestitu et sane mentis:
et timuerunt. Et narrauerunt illis qui vide
rant qualit factu esset ei qui demoniu ha
buerat: et de porcis. Et rogare eu ceperunt:
ut discederet de finibz eoz. Cumq ascende
ret naue: cepit illu deprecari. qui a demo

nio uexatus fuerat ut esset cu illo. Et no
admisit eu: sed ait illi. Vade in domu tu
am ad tuos: et annuncia illis qnta tibi
dns fecerit. et misertus sit tui. Et abiit
et cepit pdicare in decapoli qnta sibi fe
cisset ihus: et omes mirabant. Et cum
transcendisset ihus in naui rursus trans
fretu: conuenit turba multa ad illu. et e
rat circa mare. Et uenit quidam de ar
chisynagogis noie iayrus: et uidens e
um pcidit ad pedes eius: et deprecabatur
eum multu dicens. Qm filia mea in ex
tremis e: veni impone manu sup eam.
ut salua sit et viuat. Et abiit cu illo. Et
sequebatur eum turba multa: et cpme
bant illu. Et mulier que erat in pfluuio
sanguinis annis duodecim. et fuerat mul
ta ppessa a cpluribz medicis: et erogaue
rat omia sua nec quicqm pfecerat: sz ma
gis deterius habebat. Cum audisset de
ihu: uenit in turba retro. et tetigit uesti
mentu eius. Dicebat eu. Quia si ul' ues
timentu eius tetigero: salua ero. Et con
festim siccatus est fons sanguis eius: et
sensit corpe q sanata eet a plaga. Et sta
tim ihus cognoscens in semetipo virtute
que exierat de eo: conuersus ad turbam a
iebat. Quis tetigit uestimenta mea: Et
dicebant ei discipuli sui. Vides turbam
coprimente te. et dicis quis me tetigit:
Et circuspiciebat videre eam. q hoc fece
rat. Mulier aute timens et tremens sci
ens q factu esset in se: uenit et pcidit an
te eum. et dixit ei omne ueritatem. Ille
aute dixit ei. Filia fides tua te saluam fecit.
Vade in pace: et esto sana a plaga tua.
Adhuc eo loquente: ueniunt ad archisy
nagogum dicentes. quia filia tua mor
tua est. Quid ultra uexas magrm: Ihs
aute uerbo qd dicebatur audito: ait ar
chisynagogo. Noli timere: tm modo cre
de. Et non admisit quemqm sequi se: nisi
petru et iacobu et iohanne frem iacobi.
Et ueniunt in domu archisynagogi: et vi
dent tumultu et flentes et eiulantes mul
tum. Et ingressus ait eis. Quid turba

Mc. xlviii
Lu. lxxxiiii

mini et ploratis: Puella non ē mortua: sed dormit. Et irridebant eum. Ipse uero eiectis omnibꝫ assumit patrē et matrem puelle. et qui secū erant: et ingrediuntur ubi erat puella iacens. Et tenēs manū puelle: ait illi. Thabitha cumi: qd̄ est interpretatū. puella tibi dico surge. Et confestim surrexit puella: et ambulabat. Erat autē annorꝫ duodecī. Et obstupuerūt stupore maximo. Et p̄cepit illis uehementer: ut nemo id sciret. Et dixit dari illi manducare. Et egressus inde abijt in patriā suam: et sequebantur illū discipuli sui.

VI

Et facto sabbato: cepit in synagoga docere. Et multi audientes: admirabantur in doctrina eius dicētes. Unde huic hec omnia: Et que ē sapiencia que data est illi: et virtutes tales que ꝑ manus eius efficiuntur: Nōne iste est faber. filius marie: frater iacobi et ioseph et iude et symonis: Nonne et sorores eius hic nobiscū sunt: Et scandalizabantur in illo. Et dicebat eis ihus. Quia non est ꝓpheta sine honore: nisi in patria sua. et in cognacione sua et in domo sua. Et non poterat ibi virtutem ullam facere: nisi paucos infirmos impositis manibꝫ curauit. Et mirabatur ꝓpter incredulitatem eorꝫ. Et circuibat castella in circuitu docens. Et cōuocauit duodecim et cepit eos mittere binos: et dabat illis ptātem spirituū īmūdorꝫ. Et p̄cepit eis ne quid tollerēt in via nisi virgam tantū: non peram non panem. neqꝫ in zona es. sed calciatos sandalijs: et non induerentur duabꝫ tunicis. Et dicebat eis. Quocūqꝫ introieritis ī domū: illic manete donec exeatis inde. Et quicūqꝫ non receperint uos nec audierint uos: exeūtes inde excutite puluerem de pedibꝫ uris in testimoniū illꝰ. Et exeūtes: p̄dicabant ut penitenciam agerent. Et demonia multa eiciebant: et vngebant oleo egros multos. et sanabant. Et audiuit herodes rex. manifestū enī factū est nomē eius: et dicebāt. quia iohēs baptista resurrexit a mortuis: et ꝓpterea opantur virtutes in illo. Alij aūt dicebant: quia helyas est. Alij uero dicebant quia ꝓpheta ē: quasi unus ex ꝓphetis. Quo audito. herodes ait. Quē ego decollaui iohēm: hic a mortuis resurrexit. Ipē enī herodes misit ac tenuit iohēm: et vinxit eū in carcerem ꝓpter herodiadem uxorem philippi fr̄is sui: quia duxerat eam. Dicebat enī iohannes herodi. Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Herodias autē insidiabatur illi: et uolebat occidere eum. nec poterat. Herodes enī metuebat iohānem: sciēs eum virū iustū et sanctū: et custodiebat eum. Et audito eo multa faciebat: et libenter eū audiebat. Et cum dies oportunus accidisset: herodes natalis sui cenam fecit principibꝫ et tribunis et primis galilee. Cumqꝫ introisset filia ipius herodiadis et saltasset. et placuissꝫ herodi simulqꝫ recūbentibꝫ: rex ait puelle. Pete a me qd̄ vis: et dabo tibi. Et iurauit illi. quia quicqꝫ petieris dabo tibi: licet dimidiū regni mei. Que cū exisset: dixit matri sue. Quid petam: Et illa dixit. Caput iohānis baptiste. Cumqꝫ introisset statim cū festinacione ad regem: petiuit dicens. Volo: ut ꝓtinus des mi in disco. caput iohannis baptiste. Et contristatus est rex. ꝓpter iusiurandū et ꝓpter simul recūbentes noluit eam contristare: sed misso spiculatore p̄cepit afferri caput eius in disco. Et decollauit eum in carcere: et attulit caput eius in disco. et dedit illud puelle: et puella dedit matri sue. Quo audito. discipuli eius venerūt et tulerūt corpus eius: et posuerūt illud in monumento. Et conuenientes apli ad ihm: renūciauerūt illi omnia que egerant et docuerant. Et ait illꝰ. Venite seorsū in desertum locū: et requiescite pusillū. Erant enī qui ueniebant et redibant multi: et nec manducandi spaciū habebant. Et

mr. l
mt. c xli
lu. xix
jo. lix

mr. li
mt. c xlii
lu. xxi
jo. xxxv

mr. lii
mr. lxxvi
lu. c lxix
mr. liii
mr. lxxxii
lu. lxxxvii & c x.

mr. liiii
mt. lxxxiii
lu. lxxxvii & c xii

mr. lv
mt. lxxxv
lu. lxxxviii
& c xiiii.

mr. lvi
lu. lxxxix

mr. lvii
mt. c xliii
lu. xc

mr. lviii

mr. lix
mt. c xliiii
lu. xii

mr. lx
mt. c xlv

mr. lxi
lu. xci

mr. lxii

mr. lxiii
mt. lxxvii

ascendentes in nauem: abierũt in desertum locũ seorsum. Et uiderũt eos abeuntes. et cognouerũt multi: et pedestres de omnibz ciuitatib' concurrerũt illuc: et p̃uenerunt eos. Et exiens uidit ihs turbam multã: et misertus est sup eos: quia erant sicut oues non habentes pastorem. Et cepit docere illos multa. Et cũ iam hora multa fieret: accesserũt discipuli eius dicentes. Desertus est locus hic: et iam hora p̃terijt. Dimitte illos: ut euntes in p̃ximas villas et uicos emant sibi cibos quos manducent. Et rndens ait illis. Date illis uos manducare. Et dixerũt ei. Euntes emamus denarijs ducentis panes: et dabimus eis manducare. Et dicit eis. Quot panes habetis? Ite et uidete. Et cum cognouissent. dicũt. Quinq: et duos pisces. Et p̃cepit illis: ut accumbere facerent omnes secũdm contubernia sup uiride fenũ. Et discubuerũt in p̃tes: p centenos et p quinquagenos. Et acceptis quinq: panibz et duobz piscibz. intuens in celũ benedixit et fregit panes: et dedit discipulis suis ut ponerent ante eos. Et duos pisces diuisit omnibz. Et manducauerũt omnes: et saturati sũt. Et sustulerũt reliquias fragmentor duodecim cophinos plenos: et de piscibz. Erant autẽ qui manducauerũt: quinq milia uirorum. Et statim coegit discipulos suos ascendere nauem. ut p̃cederent eũ trans fretum ad bethsaidam: dũ ipe dimitteret plm. Et cum dimisisset eos: abijt in montẽ orare. Et cũ sero esset: erat nauis in medio mari. et ipe solus in tra. Et uidens eos laborantes in remigando: erat enim uentus contrarius eis. Et circa quartam uigiliam noctis uenit ad eos ambulans sup mare: et uolebat p̃terire eos. At illi ut uiderũt eum ambulantem sup mare: putauerũt fantasma esse. et exclamauerũt. Omnes enim eum uiderunt: et conturbati sunt. Et statim locutus est cum eis: et dixit illis. Confidite. ego sum: nolite timere. Et ascendit ad illos in nauem: et cessauit uentus. Et plus magis intra se stupebant. Non enim intellexerant de panibz: erat enim cor illorum obcecatum. Et cum transfretassent: uenerũt in terram genezareth. et applicuerũt. Cumq; egressi essent de naui: continuo cognouerũt eum. Et percurrentes uniuersam regionem illam: ceperũt in grabatis eos qui se male habebant circũferre. ubi audiebat eum esse. Et quocũq; introibat in uicos uel in uillas aut ciuitates. in plateis ponebant infirmos: et deprecabantur eum ut uel fimbriam uestimenti eius tangerent. Et quotquot tangebant eum: salui fiebant.

Et conuenerũt ad eum pharisei: et quidam de scribis uenientes ab hierosolymis. Et cum uidissent quosdam ex discipulis eius. communibz manibz id est non lotis manducare panes: uituperauerũt. Pharisei enim et omnes iudei nisi crebro lauerint manus non manducant. tenentes traditiones seniorum: et a foro nisi baptizentur non comedũt. Et alia multa sunt que tradita sunt illis seruare: baptismata calicum. et urceorum. et cramenthorum et lectorum. Et interrogabant eum pharisei et scribe. Quare discipuli tui non ambulant iuxta traditionem seniorum: sed communibz manibus manducant panem? At ille rndens dixit eis. Bene prophetauit ysaias de uobis ypocritis: sicut scriptum est. Populus hic labijs me honorat: cor autem eorum longe est a me. Frustra autem me colunt: docentes doctrinas et p̃cepta hominum. Relinquentes enim mandatum dei: tenetis traditiones hominum. Baptismata urceorum et calicum: et alia similia his facitis multa. Et dicebat illis. Bene irritum facitis p̃ceptum dei: ut traditionem uestram seruetis. Moyses enim dixit. Honora patrem tuum et matrem tuam. Et qui maledixerit patri aut matri: morte morietur. Vos autem dicitis. Si dixerit homo patri aut matri. corban quod est donum quodcunq; ex me tibi pro

ajr lxiij
ajr c xlvm
lu. xviij

ajr lxv
ajr c xlvm

ajr lxvi
ajr c xlix
lu. xviij et xxvo.
ajr lxvij
ajr c l.
jo. li.

derit. et ultra non dimittitis eū q̄cq̄m
facere patri suo aut matri rescindentes
uerbū dei. p̄ tradicionem ur̄am quā tra
didistis: et similia multa huiusmōi fa
citis. Et aduocans iterū turbam: dice
bat illis. Audite me omēs: et intelligi
te. Nichil est extra hominē introiens
in eum qd̄ possit eū coinq̄nare: sed que
de homīe p̄cedūt. illa sunt que cōmuni
cant hominē. Si quis habet aures au
diendi audiat. Et cū introisset in domū
a turba: interrogabant eū discipli eius
p̄abolam. Et ait illis. Sic et uos īprudē
tes estis: Non intelligitis quia omne ex
trinsecus introiens in hoīem non potest
eum cōmunicare: quia non introijt in
cor eius. sed in ventrem et in secessū exijt
purgans omēs escas: Dicebat autē: qm̄
que de homīe exeunt. illa cōmunicant ho
minē. Abintus eū de corde hoīm cogita
ciones male p̄cedūt: adulteria. fornica
ciones. homicidia. furta. auaricie. nequi
cie. dolus. īpudicicia. oculus malus. blas
phemia. sup̄bia. stulticia. Omīa hec ma
la abintus p̄cedūt: et cōmunicant hoīem.
Et inde surgens: abijt in fines tyri et sy
donis. Et ingressus domū neminē uolu
it scire: et non potuit latere. Mulier eū
statim ut audiuit de eo cuius filia habebat
sp̄m īmūdum: intrauit et procidit ad pe
des eius. Erat autē mulier gentilis: scyro
phenissa gn̄e. Et rogabat eum: ut demo
niū eiceret de filia eius. Qui dixit illi. Si
ne prius saturari filios. Non est eū bo
nū sumīe panē filioꝝ: et mittē canibus.
At illa rn̄dit: et dicit ei. Utiq; dn̄e. Nam
et catelli sub mensa comedūt de micis pu
eroꝝ. Et ait illi. Propter hūc sermonē ua
de: exijt demoniū de filia tua. Et cū abis
set domū suam: īuenit puellā iacentem
sup̄ lectū. et demoniū exisse. Et iterum
exiens de finib⁹ tyri venit p̄ sydonē ad
mare galilee: int̄ medios fines decapo
leos. Et adducūt ei surdū et mutū: et de
p̄cabantur eum ut īponat illi manū.
Et app̄hendens eum de turba seorsū: mi

sit digitos suos in auriculas eius. Et ex
puens. tetigit linguā eius. Et suspiciens
in celū ingenuit: et ait illi. Effeta: qd̄
ē adap̄ire. Et statim ap̄te sunt aures e
ius: et solutū est vinculū lingue eius:
et loquebatur recte. Et p̄cepit illis: ne
cui dicerent. Quanto autē eis p̄cipie
bat. tantomagis plus predicabant: et
eo amplius āmirabantur dicentes. Be
ne omīa fecit: et surdos fecit audire ⁊ mu
tos loqui.

VIII

In illis diebꝫ iterū cum turba multa eēt
cū ihu. nec haberent qd̄ manducarent:
cōuocatis discipulis ait illis. Miseror su
per turbam: quia ecce iam triduo susti
nent me: nec habent qd̄ manducent. Et
si dimisero eos ieiunos in domū suā: de
ficient in via. Quidam eū ex eis delonge
venerunt. Et rn̄derūt ei discipuli sui. Un
de istos poterit quis hic saturare panibꝫ
in solitudine: Et interrogauit eos. Quot
panes habetis: Qui dixerūt. Septem.
Et p̄cepit turbe discūbere sup̄ t̄ram. Et
accipiens septem panes. gracias agens
fregit: et dabat discipulis suis ut appo
nerent. Et apposuerunt turbe. Et habe
bant pisciculos paucos. Et ip̄os bn̄dix
it: et iussit apponi. Et manducauerunt:
et saturati sunt. Et sustulerūt qd̄ sup̄a
uerat de fragmentis: septē sportas. Erant
autē qui manducauerūt quasi q̄tuor mi
lia: et dimisit eos. Et statim ascendens
nauem cum discipulis suis: uenit in par
tes dalmanutha. Et exierūt pharisei et ce
perunt conquirē cum eo: querentes ab il
lo signū de celo. temptantes eū. Et inge
miscens spiritu ait. Quid gn̄acio ista q̄
rit signū: Amen dico uobis: si dabitur
generacioni isti signū. Et dimittens eos:
ascendens iterū nauem. abijt trans fretū.
Et obliti sunt sumīe panes: et nisi vnū
panem non habebant secū in naui. Et p̄
cipiebat eis dicens. Videte et cauete a fer
mento phariseoꝝ: et fermento herodis.
Et cogitabant ad alt̄utrū dicentes: quia
panes non habemus. Quo cognito ihs:

ait illis. Quid cogitatis quia panes nõ
habetis? Nondũ cognoscitis nec intelli
gitis? Adhuc cecatũ habetis cor vr̃m? O
culos habentes non videtis. et aures ha
bentes non auditis? nec recordamũ qñ
q̃nq; panes fregi in quĩq; milia. et quot
cophinos fragmentoꝝ plenos sustulistis?
Dicũt ei. Duodecim. Quando et septẽ pa
nes in q̃tuor milia? quot sportas frag
mentoꝝ tulistis? Et dicũt ei. Septẽ. Et
dicebat eis. Quomõ nondũ intelligitis?
Mr. lxxxi Et veniũt bethsaida. et adducũt ei cecũ:
et rogabant eũ ut illũ tangeret. Et app̃
hensa manu ceci: eduxit eũ extra vicum.
Et expuens in oculos eius. ĩpositis ma
nibus suis: interrogauit eum si aliquid
videret. Et aspiciens ait. Video homines
velut arbores ambulantes. Deinde ite
rũ imposuit manus sup oculos eius: et
cepit videre. Et restitutus est: ita ut vide
ret clare omĩa. Et misit illũ in domũ su
am dicens. Vade in domũ tuã. Et si in
Mr. lxxxii Mt. c lxvi Lu. xciii Jo. lxxiiii & xvii. vicũ introieris: nemĩ dixeris. Et egressꝰ
est ihs et discipuli eius in castella cesa
ree philippi: et in via interrogabat discipu
los suos dicens eis. Quem me dicunt
esse hoĩes? Qui rñderũt illi dicentes. Jo
hannẽ baptistam? alij helyam: alij ve
ro quasi vnũ de ꝓphetis. Tunc dicit illis.
Mr. lxxxiii Mt. c lxvii Lu. xcv Vos vero quẽ me dicitis ẽẽ? Rñdens pe
trus ait ei. Tu es xp̃us. Et cõminatus
est eis: ne cui dicerent de illo. Et cepit do
cere illos: qm̃ oportet filiũ hom̃is mul
ta pati et reꝓbari a senioribꝫ et a sũmis
sacerdotibꝫ et scribis. et occidi. et post tres
dies resurgere. Et palam verbũ loqueba
Mr. lxxxiiii Mt. c lxix tur. Et apprehendens eũ petrus: cepit in
crepare eum. Qui cõuersus et videns
discipulos suos: cõminatus est petro di
cens. Vade retro me sathanas: qm̃ non
Mr. lxxxv Mt. c lxx Lu. xcvi sapis que dei sunt. sed que sũt hoĩm. Et
conuocata turba cũ discipul' suis: dixit
eis. Si quis vult me sequi: deneget semet
ipm̃. et tollat crucẽ suam et sequat̃ me.
Qui eñ voluit aĩam suam saluã facẽ:
ꝑdet eam. Qui autẽ ꝑdiderit aĩam suã
ꝓpter me et euangeliũ: saluã eam faciet.
Quid eñ ꝓderit homĩ si lucretur mun
dũ totũ? et detrimentũ faciat anime su
e? Aut quid dabit homo cõmutacionis
pro anima sua? Qui eñ me confessus
fuerit et mea verba in gñacione ista ad
ultera et peccatrice: et filius hom̃is con
fitebitur eũ cũ venerit in gloria patris
sui cũ angelis suis.

IX

Et dicebat illis. Amen dico vob:
quia sunt quidam de hic stanti
bus qui non gustabũt mortẽ.
donec videant regnũ dei veniens in vir
tute. Et post dies sex assũpsit ihs petrũ
et iacobũ et iohannẽ. et ducit illos ĩ mon
tem excelsũ seorsũ solos: et transfigura
tus est coram ipis. Et vestimenta eius
facta sunt splendencia et candida nimis
velut nix: qualia fullo sup terrã nõ po
test candida facere. Et apparuit illis he
lyas cũ moyse: et erant loquentes cum
ihu. Et rñdens petrus: ait ihu. Rabbi:
bonũ est nos hic esse. Et faciamus tria
tabernacula: tibi vnũ. et moysi vnũ. et
helye vnũ. Non eñ sciebat quid diceret.
Erant eñ timore exterriti. Et fcã est nu
bes obũbrans eos. Et venit vox de nube
dicens. Hic est filius meus carissimus:
audite illũ. Et statim circũspicientes nẽ
nẽ ãpli' viderũt nisi ihm tantũ secũ. Et des
cendentibꝫ illis de monte? p̃cepit illis ne
cui que vidissẽt narrarent: nisi cũ filius
hom̃is a mortuis resurrexerit. Et verbũ
continuerũt apud se: conquirentes quid es
set cũ a mortuis resurrexerit. Et interroga
bant eum dicentes. Quid ergo dicũt phi
risei et scribe? quia helyam oportet pri
mũ venire? Qui rñdens ait illis. Hely
as cum venerit: p̃mo restituet omĩa. Et
quomõ scriptũ est in filiũ hom̃is? ut mul
ta paciatur et contempnat̃? Sꝫ dico vo
bis qꝛ et helyas venit? et fecerũt illi que
cũq; voluerunt: sicut scriptũ ẽ de eo. Et ve
niens ad discipulos suos: vidit turbam
magnã circa eos. et scribas conquirẽtes
cũ illis. Et confestim om̃is ꝓplus videns

ihm stupefactus est et expauerunt: et ac
currentes salutabant eum. Et interroga
uit eos. Quid inter uos conquiritis? Et
rndens unus de turba dixit. Magr: at
tuli filiu meu ad te. habente spiritu mu
tu. Qui ubicuq; eum apprehenderit. alli
dit eum: et spumat et stridet dentib;. et
arescit. Et dixi discipul' tuis ut eicerent
illum: et non potuerunt. Qui rndens eis.
dicit. O gnacio incredula qndiu aput
uos ero? qdiu uos paciar? Afferte illum
ad me. Et attulerunt eum. Et cu uidisset
illu: statim spus conturbauit eu. Et eli
sus in tra: uolutabatur spumans. Et in
terrogauit patrem eius. Qntu tempis e.
ex quo hoc ei accidit? At ille ait. ab infa
cia. Et frequent eum et in ignem et in a
quas misit: ut eum pderet. Sed si quid
potes: adiuua nos. misertus nri. Ihus
aute ait illi. Si potes credere: omia possi
bilia credenti. Et continuo exclamans pa
ter pueri: cu lacrimis aiebat. Credo dne:
adiuua incredulitate meam. Et cu uide
ret ihus concurrentem turbam: comina
tus est spiritui immundo dicens illi. Surde
et mute spus. ego tibi pcipio exi ab eo. et
amplius ne introeas in eu. Et clamans
et multu discerpens eum: exiit ab eo. Et
factus est sicut mortuus: ita ut multi
dicerent quia mortuus est. Ihus autem
teneus manu eius eleuauit illu: et surrex
it. Et cu introisset in domu: discipuli eius
secreto interrogabant eum. Quare nos no
potuim eicere eum? Et dixit illis. Hoc ge
nus in nullo potest exire: nisi in oracione
et ieiunio. Et inde profecti pgrediebant
galyleam: nec uolebat quequm scire. Do
cebat aute discipulos suos: et dicebat il
lis. Qm filius homis tradetur in man
hoim et occident eum: et occisus tercia di
e resurget. At illi ignorabant uerbu: et
timebant eum interrogare. Et uenerunt
capharnaum. Qui cu domi essent: inter
rogabat eos. Quid in via tractabatis?
Et illi tacebant. Siquidem inter se in via
disputauerant: quis esset illor maior. Et

residens uocauit duodecim: ait et illis. Si
quis uult primus ee: erit oim nouissim
et oim minister. Et accipiens puerum: statu
it eum in medio eor. Quem cu coplex
us esset: ait illis. Quisquis unu ex hui
modi pueris recepit in noie meo: me re
cipit. Et quicuq; me susceperit: non me
suscipit. sed eum qui me misit. Rndit
illi iohes dicens. Magister uidimus
quedam in nomine tuo eicientem demoia.
qui non sequitur nos: et phibuim eum.
Ihus aute ait. Nolite phibere eu. Neo
est eni qui faciat uirtute in nomine me
o: et possit cito male loqui de me. Qui
eni non est aduersu uos: pro uobis est.
Quisquis eni potu dederit uobis calice
aque in nomine meo. qa xpi estis: ame
dico uobis. no pdet mercedem sua. Et qs
quis scandalizauerit unu ex hiis pusil
lis credentib; in me: bonu est ei magis
si circudaretur mola asinaria collo eius.
et in mare mitteretur. Et si scandalizaue
rit te manus tua: abscide illam. Bonu
est tibi debilem introire in uitam: qm
duas manus habente ire in gehenna
in ignem inextinguibilem: ubi uermis
eor non moritur. et ignis non extingui
tur. Et si pes tuus te scandalizat: ampu
ta illum. Bonu est tibi claudu introire
in uitam etnam: qm duos pedes habente
mitti in gehenna ignis inextinguibil':
ubi uermis eor non moritur. et ignis
non extinguitur. Qd si oculus tuus sca
dalizat te: eice eu. Bonu est tibi luscum
introire in regnu dei: qm duos oculos ha
bente mitti in gehennam ignis: ubi u
mis eor non moritur. et ignis non ex
tinguitur. Omis eni igne sallietur: et
omnis uictima sallietur. Bonu est sal.
Qd si sal insulsum fuerit: in quo illud
condietis? Habete in uobis sal: et pace
habete inter uos.

X

Et inde exurgens: uenit in fines
iudee ultra iordanen. Et conue
nerunt iteru turbe ad eu: et sicut
consueuerat iteru docebat illos. Et acce

dentes pharisei: interrogabant eum si licet
viro uxorem dimittere. temptantes e
um. At ille respondens dixit eis. Quid vo
bis precepit moyses? Qui dixerunt. Mo
yses permisit libellum repudii scribere et di
mittere. Quibus respondens ihesus ait. Ad du
riciam cordis vestri scripsit vobis preceptum
istud. Ab initio autem creature masculum
et feminam fecit eos deus: et dixit. Propter
hoc relinquet homo patrem suum et matrem
et adherebit ad uxorem suam: et erunt
duo in carne una. Itaque iam non sunt
duo: sed una caro. Quod ergo deus coniunx
it: homo non separet. Et in domo iterum
discipuli eius de eodem interrogauerunt
eum. Et dixit illis. Quicumque dimiserit
uxorem suam et aliam duxerit: adul
terium committit super eam. Et si uxor dimi
serit virum suum et alii nupserit: mechatur.
Et offerebant illi paruulos: ut tangeret
illos. Discipuli autem comminabantur offe
rentibus. Quos cum uideret ihesus: indig
ne tulit. et ait illis. Sinite paruulos ve
nire ad me: et ne prohibueritis eos. Tali
um est enim regnum dei. Amen dico vobis:
quisquis non recepit regnum dei velut
paruulus. non intrabit in illud. Et com
plexans eos. et imponens manus super
illos: benedicebat eos. Et cum egressus
esset in via: precurrens quidam genu flexo
ante eum. rogabat eum dicens. Magister
bone: quid faciam ut vitam eternam per
cipiam? Ihesus autem dixit ei. Quid me di
cis bonum? Nemo bonus: nisi unus deus.
Precepta nosti? Ne adulteres. ne occidas.
ne fureris. ne falsum testimonium dixeris. ne
fraudem feceris: honora patrem tuum et ma
trem. At ille respondens ait illi. Magister:
omnia hec obseruaui a iuuentute mea.
Ihesus autem intuitus eum dilexit eum: et dix
it illi. Unum tibi deest. Vade quecumque ha
bes vende et da pauperibus: et habebis the
saurum in celo: et veni sequere me. Qui con
tristatus in verbo: abiit merens. Erat
enim habens possessiones multas. Et circum
spiciens ihesus: ait discipulis suis. Quam

difficile qui pecunias habent in regnum
dei introibunt. Discipuli autem obstupes
cebant in verbis eius. At ihesus rursus res
pondens: ait illis. Filioli: quam difficile est
confidentes in pecuniis. in regnum dei intro
ire. Facilius est camelum per foramen acus
transire: quam diuitem intrare in regnum dei.
Qui magis admirabantur: dicentes ad
semetipsos. Et quis potest saluus fieri? Et in
tuens eos ihesus ait. Apud homines impossi
bile est: sed non apud deum. Omnia enim
possibilia sunt apud deum. Et cepit petrus
ei dicere. Ecce dimisimus omnia: et secuti su
mus te. Respondens ihesus ait. Amen dico vo
bis: nemo est qui reliquerit domum aut fratres
aut sorores. aut patrem aut matrem. aut
filios aut agros propter me et propter euangeli
um: qui non accipiet cencies tantum nunc
in tempore hoc. domos et fratres et sorores et
matres et filios. et agros cum persecucionibus.
et in seculo futuro vitam eternam. Multi
autem erunt primi nouissimi: et nouissimi pri
mi. Erant autem in via ascendentes in ihe
rosolimam: et precedebat illos ihesus. Et stupe
bant: et sequentes timebant. Et assumens
iterum duodecim: cepit illis dicere que essent
ei ventura. Quia ecce ascendimus ihero
solimam: et filius hominis tradetur principi
bus sacerdotum et scribis et senioribus: et dam
nabunt eum morte. Et tradent eum gen
tibus et illudent ei: et conspuent in eum.
et flagellabunt eum. et interficient eum: et ter
cia die resurget. Et accedunt ad eum iacobus
et iohannes filii zebedei. dicentes. Magister:
volumus ut quodcumque petierimus facias nobis.
At ille dixit eis. Quid vultis ut faciam
vobis? Et dixerunt. Da nobis. ut unus
ad dexteram tuam et alius ad sinistram tuam.
sedeamus in gloria tua. Ihesus autem ait e
is. Nescitis quid petatis. Potestis bibere
calicem quem ego bibo: aut baptismo quo e
go baptizor baptizari? At illi dixerunt ei.
Possumus. Ihesus autem ait eis. Calicem quidem
quem ego bibo bibetis. et baptismo quo
ego baptizor baptizabimini: sedere autem ad
dexteram meam uel ad sinistram non est meum

Mr. c iiij
Mr. c v
Mt. c xc
Lu. c xcv
Mr. c vi
Mt. c xcii
Lu. c xvi
Mr. c vii
Mt. c xciii
Lu. c xviii
& c xxi.
Mr. c viii
Mt. c xciii
Lu. c xix
& c lii.
Mr. c ix
Mt. c xcv
Lu. c xx.

dare uobis: sed quibz patū est. Et audiē
tes dixerūt: ecce rex tuus uenit tibi mansu
etus. Discipuli aut eius non cognouerūt
eum primum: sed quia glorificatus est ihc
tunc recordati sunt quia hec erant scripta
de eo: et hec fecerunt ei. Turba ergo que
erat cum eo testimoniū perhibebat quia
lazarum de monumento euocauit et suscitauit
eum a mortuis. Propterea et obuiauit ei turba
quia audierunt eum fecisse hoc signum. Pha
risei ergo dixerunt ad semetipsos: Videtis
quia nichil proficimus: ecce mundus totus
post eum abiit. Erant autem gentiles quidam
ex eis qui ascenderant ut adorarent in die
festo. Hi ergo accesserunt ad philippum qui
erat a bethsaida galilee: et rogabant eum
dicentes: domine volumus iesum videre. Venit
philippus et dicit andree: et iterum andreas
et philippus dixerunt iesu. Iesus autem re
spondit eis dicens: Venit hora ut clarifice
tur filius hominis. Amen amen dico uobis:
nisi granum frumenti cadens in terram mor
tuum fuerit ipsum solum manet: si autem
mortuum fuerit multum fructum affert. Qui
amat animam suam perdet eam: et qui odit
animam suam in hoc mundo in vitam eternam
custodit eam. Si quis mihi ministrat me sequa
tur: et ubi sum ego illic et minister meus erit.
Si quis mihi ministrauerit honorificabit eum
pater meus. Nunc anima mea turbata est: et
quid dicam? Pater clarifica nomen tuum.
Venit ergo vox de celo: Et clarificaui et iterum
clarificabo. Turba ergo que stabat et audie
rat dicebat tonitruum factum esse. Alii dice
bant angelus ei locutus est. Respondit iesus
et dixit: Non propter me hec vox venit sed
propter vos. Nunc iudicium est mundi: nunc
princeps huius mundi eicietur foras. Et ego
si exaltatus fuero a terra omnia traham ad
me ipsum. Hoc autem dicebat significans qua
morte esset moriturus. Respondit ei turba:
Nos audiuimus ex lege quia christus manet
in eternum: et quomodo tu dicis oportet exal
tari filium hominis? Quis est iste filius ho
minis? Dixit ergo eis iesus: Adhuc modicum
lumen in vobis est. Ambulate dum lucem
habetis ut non tenebre vos comprehendant:
et qui ambulat in tenebris nescit quo vadat.
Dum lucem habetis credite in lucem ut filii
lucis sitis. Hec locutus est iesus: et abiit et
abscondit se ab eis. Cum autem tanta signa
fecisset coram eis non credebant in eum: ut
sermo ysaie prophete impleretur quem dixit:
Domine quis credidit auditui nostro: et bra
chium domini cui revelatum est? Propterea
non poterant credere quia iterum dixit ysaias:
Excecauit eorum oculos et indurauit eorum
cor: ut non videant oculis et intelligant corde
et convertantur et sanem eos. Hec dixit ysaias
quando vidit gloriam eius et locutus est de eo.
Verumtamen et ex principibus multi crede
runt in eum: sed propter pharisseos non con
fitebantur ut de synagoga non eicerentur.
Dilexerunt enim gloriam hominum magis
quam gloriam dei. Iesus autem clamabat et
dicebat: Qui credit in me non credit in me
sed in eum qui misit me. Et qui videt me
videt eum qui misit me. Ego lux in mundum
veni: ut omnis qui credit in me in tenebris
non manet. Et si quis audierit verba mea et
non custodierit ego non iudico eum. Non enim
veni ut iudicem mundum: sed ut salvificem
mundum. Qui spernit me et non accipit verba
mea habet qui iudicet eum. Sermo quem locu
tus sum ille iudicabit eum in novissimo die.
Quia ego a meipso non locutus sum: sed qui
misit me pater ipse mandatum dedit mihi
quid dicam et quid loquar. Et scio quia
mandatum eius vita eterna est. Que ergo
ego loquor sicut dixit mihi pater sic loquor.

CAPITULUM XII

Ante autem diem festum pasche sciens
iesus quia venit hora eius ut transeat
ex hoc mundo ad patrem: cum dilexisset
suos qui erant in mundo in finem dilexit eos.
Et cena facta cum diabolus iam misisset in
cor ut tradat eum iudas symonis iscariotes:
sciens quia omnia dedit ei pater in manus et
quia a deo exiit et ad deum vadit: surgit a
cena et ponit vestimenta sua: et cum accepis
set linteum precinxit se. Deinde mittit aquam
in pelvim et cepit lavare pedes discipulorum
et extergere linteo quo erat precinctus. Venit
ergo ad simonem petrum. Et dicit ei petrus:
Domine tu mihi lavas pedes? Respondit iesus
et dixit ei: Quod ego facio tu nescis modo:
scies autem postea. Dicit ei petrus: Non la
vabis mihi pedes in eternum. Respondit ei
iesus: Si non lavero te non habebis partem
mecum. Dicit ei simon petrus: Domine non
tantum pedes meos sed et manus et caput.
Dicit ei iesus: Qui lotus est non indiget nisi
ut pedes lavet sed est mundus totus. Et vos
mundi estis sed non omnes. Sciebat enim
quisnam esset qui tradebat eum propterea
dixit non estis mundi omnes. Postquam ergo
lavit pedes eorum et accepit vestimenta sua
cum recubuisset iterum dixit eis: Scitis quid
fecerim vobis? Vos vocatis me magister et
domine et bene dicitis sum etenim. Si ergo
ego lavi pedes vestros dominus et magister
et vos debetis alter alterius lavare pedes.
Exemplum enim dedi vobis ut quemadmodum
ego feci vobis ita et vos faciatis. Amen amen
dico vobis non est servus maior domino suo
neque apostolus maior est eo qui misit illum.
Si hec scitis beati eritis si feceritis ea. Non
de omnibus vobis dico: ego scio quos elegerim
sed ut adimpleatur scriptura: qui manducat
mecum panem levabit contra me calcaneum
suum. Modo dico vobis antequam fiat: ut
cum factum fuerit credatis quia ego sum.
Amen amen dico vobis: qui accipit si quem
misero me accipit: qui autem me accipit
accipit eum qui misit me. Cum hec dixisset
iesus turbatus est spiritu: et protestatus est
et dixit: Amen amen dico vobis quia unus
ex vobis tradet me. Aspiciebant ergo ad
invicem discipuli hesitantes de quo dicebat.
Erat autem recumbens unus ex discipulis
eius in sinu iesu quem diligebat iesus. Annuit
ergo huic simon petrus et dixit ei: Quis est
de quo dicit? Cum ergo recubuisset ille sic
super pectus iesu dicit ei: Domine quis est?
Respondit iesus: Ille est cui ego intinctum
panem porrexero. Et cum intinxisset panem
dat iude symonis iscarioti. Et post buccel
lam introivit in illum satanas. Et dicit ei
iesus: Quod facis fac citius. Hoc autem nemo
scivit discumbentium ad quid dixerit ei. Quidam
enim putabant cum loculos haberet iudas quia
dixisset ei iesus: Eme ea que opus habemus
ad diem festum aut egenis ut aliquid daret.
Cum ergo accepisset ille bucellam exivit con
tinuo. Erat autem nox. Cum ergo exisset dicit
iesus: Nunc clarificatus est filius hominis:
et deus clarificatus est in eo. Si deus clarifi
catus est in eo et deus clarificabit eum in
semetipso: et continuo clarificabit eum. Filioli
adhuc modicum vobiscum sum. Quereretis me
et sicut dixi iudeis quo ego vado vos non
potestis venire: et vobis dico modo. Mandatum
novum do vobis ut diligatis invicem sicut
dilexi vos ut et vos diligatis invicem. In hoc
cognoscent omnes quia discipuli mei estis si
dilectionem habueritis ad invicem. Dicit ei
simon petrus: Domine quo vadis? Respondit
iesus: Quo ego vado non potes me modo sequi
quo autem postea sequeris. Dicit ei petrus:
Quare non possum te modo sequi? Animam
meam pro te ponam. Respondit iesus: Animam
tuam pro me ponas? Amen amen dico tibi non
cantabit gallus donec ter me negabis.

CAPITULUM XIII

Antequam autem veniret iesus ad mon
tem oliveti: venit bethaniam ubi fuerat
lazarus mortuus quem suscitauit iesus.
Fecerunt autem ei cenam ibi: et martha mi
nistrabat: lazarus autem unus erat de re
cumbentibus. Maria ergo accepit libram
unguenti nardi pistici preciosi: et unxit pe
des iesu et extersit capillis suis pedes eius:
domus autem impleta est ex odore unguenti.
Dicit ergo unus ex discipulis eius iudas
symonis iscariotes qui eum erat tradi
turus: Quare hoc unguentum non venditum
est trecentis denariis et datum est egenis?
Dixit autem hoc non quia de egenis pertine
bat ad eum: sed quia fur erat et loculos
habens de ferebat que mittebantur. Dixit
ergo iesus: Sine illam ut in diem sepulture
mee servet illud. Nam egenos semper habe
tis vobiscum me autem non semper habetis.
Cognovit ergo turba multa ex iudeis quia
ibi est: et venerunt non propter iesum tan
tum ut et lazarum viderent quem suscitauit
a mortuis. Cogitauerunt autem principes sa
cerdotum ut et lazarum interficerent quia
multi propter illum abibant ex iudeis et
credebant in iesum. In crastinum autem
turba multa que venerat ad diem festum
cum audisset quia venit iesus hierosolymam
tulerunt ramos palmarum et processerunt
obviam ei et clamabant: Osanna benedictus
qui venit in nomine domini rex israel. Et
invenit iesus asellum et sedit super eum
sicut scriptum est: Noli timere filia sion:
ecce rex tuus venit sedens super pullum
asine. Hec non cognouerunt discipuli eius
primum: sed cum glorificatus fuisset iesus
tunc recordati sunt quia hec erant scripta
de eo et hec fecerunt ei. Turba ergo que
erat cum eo testimonium perhibebat quia
lazarum vocauit de monumento et suscitauit
eum a mortuis. Propterea et obviauit ei turba
quia audierunt eum fecisse hoc signum. Pha
risei ergo dixerunt ad semetipsos: Videtis
quia non

Qđ si uos uon dimiserins: nec pat vi
qui in celis est dimittet uobis pcā urā.
Et uenuīt rursus ihersolimā. Et cum
ambularet in templo: accedūt ad eum
sūmi sacerdotes et scribe. et seniores et di
cunt illi. In qua potestate hec facis? Et
quis tibi dedit hanc pōtatem. ut ista fa
cias? Ihus aut rūdens: ait illis. Int
rogabo uos et ego vnū uerbū. et rūdete
mi: et dicam uobis in qua pōtate hec fa
cio. Baptisma iohannis de celo erat.
an ex hoīb? Rūdete mi. At illi cogita
bant secū dicentes. Si dixerimus de ce
lo: dicet nobis. Quare non credidistis
ei? Si dixerim? ex hoīb? timemus
plm. Omnes enim habebant iohan
nem: quia uere ypheta erat. Et rūdentes:
dicūt ad ihm. Nescim? Et rūdens ihs:
ait illis. Nec ego dico uobis: in qua
potestate hec facio.

XII

Et cepit illis in pabolis loqui.
Vineam plantauit homo et
circūdedit sepem. et fodit lacū
et edificauit turrim. et locauit eam a
gricolis: et peregre profectus est. Et misit
ad agricolas in tempe seruū: ut ab a
gricolis acciperet de fructu vinee. Qui
apprehensum eū ceciderūt: et dimiserūt
eum uacuū. Et iterū misit ad illos a
liū seruū: et illū in capite vulnerave
runt. et contumelijs affecerūt. Et rur
sum aliū misit: et illū occiderūt. Et
plures alios: quosdā cedentes. alios ve
ro occidentes. Adhuc ergo vnū habens
filiū karissimū: et illum misit ad eos
nouissimū dicens. Quia reuerebunt
filiū meū. Coloni aut dixerūt ad inui
cem. Hic est heres: venite occidam? eū:
et nr̄a erit hereditas. Et apprehenden
tes eū occiderūt: et eiecerunt extra vi
neam. Qđ ergo faciet dns vinee? Ve
niet et perdet colonos: et dabit vineā alijs.
Nec scripturā hanc legistis. lapidē quē
reprobauerūt edificantes. hic factus est
in caput anguli: a dño factū est istud:
et est mirabile in oculis nr̄is? Et quere
bant eum tenere: et timuerūt turbam.
Cognouerūt enī: qm ad eos pabolam
hanc dixerit. Et relicto eo abierūt. Et mit
tunt ad eum quosdam ex phariseis et he
rodianis: ut eū caperent in uerbo. Qui
venientes dixūt ei. Magister scimus qui
a uerax es: et non curas quēqm. Non e
nim vides in faciem hoīm: sed in ueri
tate viam dei doces. Licet dare tributum
cesari? an non dabimus? Qui sciens
uersutiam eorum ait illis. Quid me tēp
tatis? Afferte mihi denariū. ut videam.
At illi attulerūt ei. Et ait illis. Cuius
est ymago hec et inscriptio? Dixūt illi.
Cesaris. Rudens aut ihs: dixit illis.
Reddite igitur que sunt cesaris cesari:
et que sunt dei deo. Et mirabant? in eo.
Et uenūt ad eū saducei qui dicūt resur
rectionē non ee: et interrogabant eū dicē
tes. Magister. moyses nobis scripsit ut
si cuius frater mortuus fuerit et dim
serit uxorem. et filios non reliquerit:
accipiat frater eius uxorem ipius. et re
suscitet semen fratri suo. Septem ergo
fratres erant: et primus accepit uxorem.
et mortuus est non relicto semine. Et se
cundus accepit eam et mortuus est: et ne
que reliquit semen. Et tertius similiter.
Et acceperūt eam similiter septem: et
non reliquerūt semen. Nouissima om
nium defuncta est et mulier. In resurrē
one ergo cum resurrexerint. cuius de hys
erit uxor? Septem enim habuerūt eā
uxorem. Et rūdens ihs: ait illis. Non
ne ideo erratis? non scientes scripturas
neq virtutem dei? Cum enim a mortuis
resurrexerint: neq nubent neq nuben
tur. sed sunt sicut angeli in celis. De
mortuis aut qđ resurgant non legi
stis in libro moysi sup rubū? quomodo
dixerit illi deus inquiens. ego sum deus
abraham et deus ysaac et deus iacob?
Non est deus mortuor: sed vivor. Vos
ergo multū erratis. Et accessit vnus de
scribis qui audierat illos conquirentes.
et videns qm bene illis rūderat: inter

gnuit eum qđ esset p̃nus oīm mandatum. Ihūs autē rīdit ei: quia p̃nus oīm mandatū est. Audi isrl. dūs deus tuus est: et diliges dūm deū tuū ex toto corde tuo. et ex tota aīma tua. et ex tota mente tua. et ex tota virtute tua. Hoc est p̃nus mandatū. Secdus autē simile est illi. Diliges. prīmus tuus tanq̄ teipm. Nullus hoz aliud mandatū non est. Et ait illi scriba. Bene magr in veritate dixisti. quia unus ē. et nō est alius p̃ter eum. Et ut diligat ex toto corde. et ex toto intellectu. et ex tota anima et ex tota fortitudine. et diligē proximū tanq̄ seipm: maius est oīb holocaustomatiz et sacrificiis. Ihūs autē videns q̄ sapienter rīdisset: dixit illi. Non es longe a regno dei. Et nemo iam audebat eum interrogare. Et rīdens ihūs: docebat docens in templo. Quomodo dicūt scribe xp̃m filium esse dauid: Ipe enim dauid dixit in sp̃u sancto. Dixit dūs dño meo sede a dextris meis: donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuoz. Ipe ergo dauid dicit eum dñm: et unde est filius eius? Et multa turba eum libenter audiuit. Et dicebat eis in doctrina sua. Cauete a scribis. qui volunt in stolis ambulare. et salutari in foro. et in primis cathedris sedē in synagogis. et primos discubitus in cenis: qui deuorant domos viduaz sub obtentu plure oratiois. Hi accipient prius iudiciū. Et sedens ihūs contra gazophilaciū: aspiciebat quomodo turba iactaret es in gazophilaciū. Et multi diuites iactabant multa. Cum venisset autē vna vidua pauper: misit duo minuta qđ est quadrans. Et conuocans discipulos suos: ait illis. Amen dico uobis: q̄m vidua hec pauper plus omīb misit. qui miserūt in gazophilaciū. Omīs enim ex eo qđ habundabat illis miserūt. Hec uo de penuria sua oīa q̄ habuit misit: totū victū suū.

Cum egre[XIII]deretur de templo: ait illi unus ex discipulis suis. Magister: aspice quales lapides et quales structure. Et rīdens ihūs: ait illi. Vides has oēs magnas edificationes? Non relinquetur lapis super lapidem: qui non destruatur. Et cum sederet in monte oliuaz contra templū: separatim rogabant eū petrus et iacobus et iohannes. et andreas. Dic nobis q̄n ista fient: et qđ signū erit q̄n hec omnia incipient consummari. Et rīdens ihūs: cepit dicere illis. Videte ne quis uos seducat. Multi enim venient in nomine meo dicentes. quia ego sum. et multos seducēt. Cum audieritis autē bella et opiniones bellorum: ne timueritis. Oportet enim fieri: sed nondum finis. Exurget autē gens sup gentē. et regnum sup regnum: et erūt terremotus p loca et fames. Initium dolorum hec. Videte autē vosmetipsos. Tradent enim uos in conciliis. et in synagogis uapulabitis: et ante p̃sides et reges stabitis propter me. in testimonium illis. Et in omnes gentes p̃mum oportet p̃dicari euangelium. Et cum duxerint uos tradentes. nolite preogitare quid loquamini: sed qđ datum uobis fuerit in illa hora id loquamini. Non enim estis uos loquentes: sed sp̃us sanctus. Tradet autem frat̃ frem in mortem: et pater filium. Et consurgent filii in parentes: et morte afficient eos. Et eritis odio oīb propter nomen meum. Qui autē sustinuerit in finem: hic saluus erit. Cum autē videritis abhominationem desolationis stantem ubi non debet: qui legit intelligat. Tunc qui in iudea sunt fugiant in montes: et qui sup tectum ne descendat in domum: nec introeat ut tollat q̄ de domo sua. Et qui in agro erit: nō reuertatur retro tollere uestimentum suum. Ve autem pregnantibz et nutrientibz in illis diebz. Orate uero: ut hyeme non fiant. Erit enim dies illi tribulationes tales qualis non fuerit ab initio creature q̄m condidit deus usq̄z nunc: neq̄z fient. Et nisi breuiasset dūs dies: non fuisset salua oīs caro. Sed propter electos quos elegit:

ay: c xxxvi
ay: c xxxvii
ay: c xxxviii
Yu. c xxxvi
ay: c xxxix
ay: c xxxvii
Yu. c xxxvii
ay: c xxxviii
Yu. c xxxviii
ay: c xxxix
Yu. c xxxix
ay: c xxxix
Yu. c xxxix
ay: c xxxix
Yu. c xxxix

breuiauit dies. Et tunc si quis uobis dixe-
rit ecce hic est xpus ecce illic: ne credideri-
tis. Exurgent enim pseudo xpi et pseudo
prophete: et dabunt signa et portenta ad
seducendos. si fieri potest etiam electos.
Vos ergo videte: ecce predixi uobis omnia.
Sed in illis diebus post tribulacionem illam
sol contenebrabitur: et luna non dabit
splendorem suum. et stelle celi erunt deciden-
tes: et virtutes que sunt in celis moue-
buntur. Et tunc uidebunt filium hominis veni-
entem in nubibus: cum virtute multa et gloria.
Et tunc mittet angelos suos. et congre-
gabit electos a quatuor uentis: a summo ter-
re usque ad summum celi. A ficu autem discite
parabolam. Cum iam ramus eius tener
fuerit. et nata fuerint folia: cognoscitis
quia in proximo sit estas. Sic et uos cum
videritis hec fieri: scitote quod in proximo sit
in ostiis. Amen dico uobis: quoniam non trans-
ibit generacio hec. donec omnia ista fiant.
Celum et terra transibunt: uerba autem
mea non transibunt. De die autem illa uel
hora nemo scit: neque angeli in celo. neque
filius nisi pater. Videte vigilate et orate:
nescitis enim quando tempus sit. Sicut
homo qui peregre profectus reliquit domum
suam. et dedit seruis suis potestatem cuiusque
operis: et ianitori precepit ut uigilet. Vigi-
late ergo: nescitis enim quando dominus domus
veniat. sero an media nocte an gallican-
tu an mane: ne cum uenerit repente inue-
niat uos dormientes. Quod autem uobis di-
co: omnibus dico. Vigilate. XIII

Erat autem pascha et azima post
biduum. Et querebant summi sa-
cerdotes et scribe: quomodo eum do-
lo tenerent. et occiderent. Dicebant enim.
Non in die festo. Ne forte tumultus fie-
ret populi. Et cum esset bethanie in domo sy-
monis leprosi et recumberet: uenit muli-
er habens alabastrum unguenti nardi
spicati preciosi: et fracto alabastro effudit
super caput eius. Erant autem quidam in-
digne ferentes intra semetipsos: et dicen-
tes. Ut quid perdicio ista unguenti facta est:
Poterat enim unguentum istud venundari
plusquam trecentis denariis: et dari paupe-
ribus. Et fremebant in eam. Ihesus autem
dixit. Sinite eam. Quid illi molesti es-
tis: Bonum opus operata est in me. Semper
enim pauperes habetis uobiscum: et cum uo-
lueritis potestis illis benefacere. Me autem
non semper habetis. Quod habuit hoc fecit:
preuenit ungere corpus meum in sepulturam.
Amen dico uobis: ubicumque predicatum fue-
rit euangelium istud in uniuerso mundo: et
quod fecit hec narrabitur in memoriam eius.
Et iudas scariothes unus de duodecim ab-
iit ad summos sacerdotes: ut proderet eum il-
lis. Qui audientes gauisi sunt: et promi-
serunt ei pecuniam se daturos. Et querebat
quomodo illum oportune traderet. Et primo
die azimorum quando pascha immolabant:
dicunt ei discipuli. Quo vis eamus et pare-
mus tibi: ut manduces pascha. Et mit-
tit duos ex discipulis suis: et dicit eis. Ite
in ciuitatem: et occurret uobis homo lage-
nam aque baiulans. Sequimini eum: et quo-
cumque introierit dicite domino domus quia ma-
gister dicit. Ubi est refectio mea ubi pas-
cha cum discipulis meis manducem. Et ipse
uobis demonstrabit cenaculum grande stratum:
et illic parate nobis. Et abierunt discipuli
eius et uenerunt in ciuitatem: et inuenerunt
sicut dixerat illis: et parauerunt pascha. Ves-
pere autem facto: uenit cum duodecim. Et dis-
cumbentibus eis et manducantibus: ait ihesus.
Amen dico uobis: quia unus ex uobis
me tradet qui manducat mecum. At illi ce-
perunt contristari: et dicere ei singillatim.
Numquid ego. Et ait illis. Unus ex duode-
cim: qui intingit mecum manum in catino.
Et filius quidem hominis uadit: sicut scrip-
tum est de eo. Ve autem homini illi: per quem
filius hominis tradetur. Bonum erat ei: si
non esset natus homo ille. Et mandu-
cantibus illis: accepit ihesus panem et benedi-
cens fregit et dedit eis et ait. Sumite. Hoc
est corpus meum. Et accepto calice: gratias
agens dedit eis. Et biberunt ex illo omnes.
Et ait illis. Hic est sanguis meus noui

testamenti: qui pro multis effundetur.
Amen dico uobis: q̄ iam non bibā de ge
nimine uitis usq; in diem illū. cū illud
bibam nouū in regno dei. Et ymno dicto:
exierunt in montem oliuar. Et ait eis
ihs. Omēs scandalizabimī in me in is
ta nocte: quia scriptū est. Percuciam pas
torem: et dispgentur oues. Sed postq̄m
resurrexero: precedam uos in galileam. Pe
trus autē ait ei. Et si omēs scandalizati
fuerint: sed non ego. Et ait illi ihs. A
men dico tibi: quia tu hodie in nocte
hac prius q̄ bis gallus uocem dederit: ter
me es negaturus. At ille amplius loque
batur. Et si oportuerit me simul cōmori
tibi: non te negabo. Similit̄ autē et oēs
dicebant. Et uenerūt in prediū cui nomē
gethsemani: et ait discipulis suis. Sedete
hic: donec orem. Et assūpsit petrum et
iacobū et iohannē secū: et cepit pauere
et tedere. Et ait illis. Tristis est anima me
a. usq; ad mortem. Sustinete hic: et uigi
late. Et cum pcessisset paululū: pcidit su
p terram et orabat. ut si fieri posset trās
iret ab eo hora. Et dixit. Abba pater omī
a tibi possibilia sunt: transfer calicē hūc
a me. Sed non qd̄ ego uolo: sed qd̄ tu. Et
uenit: et īuenit eos dormientes. Et ait pe
tro. Symon dormis: Non potuisti una
hora uigilare: Vigilate et orate: ut non
intretis in tēptacionem. Spūs quidem
pmptus: caro autē infirma. Et iterū ab
iens: orauit eūdem sermonē dicens. Et
reuersus denuo: īuenit eos dormientes. E
rant eū oculi eor grauati: et ignorabāt
quid rūderent ei. Et uenit tercio: et ait il
lis. Dormite iam: et requiescite. Sufficit.
Venit hora: ecce tradetur filius hominis
in manus pccor. Surgite eamus. Ecce q̄
me tradet ppe est. Et adhuc eo loquente:
uenit iudas scarioth unus ex duodecī. et cū
eo turba multa cū gladijs et lignis. a sū
mis sacerdotibz et a scribis et a senioribz.
Dederat autē traditor eius signū eis di
cens. Quēcūq; osculatus fuero: ipē est te
nete eum. et ducite caute. Et cū uenisset:

statim accedens ad eum ait. Rabi. Et os
culatus est eum. At illi manus īiecerūt
in eum: et tenuerūt eum. Unus autē qui
dam de circūstantibz educens gladiū. p
cussit seruū sūmi sacerdotis: et amputa
uit illi auriculam. Et rūdens ihs: ait
illis. Tamq̄ ad latronē existis cum gla
dijs et lignis comphendere me: Cotidie e
ram apud uos in templo docens: et non
me tenuistis. Sed ut adimpleantur scrip
ture. Tunc discipuli eius relinquētes eū:
omēs fugerūt. Adolescens autē quidam
sequebatur eū. amictus syndone sup nu
do: et tenuerunt eū. At ille reiecta syndo
ne: nudus pfugit ab eis. Et adduxerunt
ihm ad sūmū sacerdotem: et cōuenerunt
omēs sacerdotes. et scribe et seniores. Pe
trus autē alonge secutus est eum: usq; in
tro in atriū sūmi sacerdotis. Et sedebat
cū mīstris: et calefaciebat se ad ignē. Sū
mi uero sacerdotes et omē conciliū quere
bant aduersus ihm testimoniū. ut eum
morti traderent: nec īueniebant. Multi
eū testimoniū falsum dicebant aduersus
eū: et cōueniencia testiōnia non erant. Et
quidam surgentes falsū testimoniū fere
bant aduersus eum dicentes. Quī nos
audiuimus eū dicentē. Ego dissoluam tem
plū hoc manufactū: et post triduū ali
ud non manufactū edificabo. Et nō erat
cōueniens testimoniū illor. Et exurgens
sūmus sacerdos in mediū: interrogauit ihe
sum dicens. Non rūdes quicq̄ ad ea que
tibi obiciūtur ab hijs: Ille autē tacebat:
et nichil rūdit. Rursum sūmus sacerdos
interrogabat eum: et dicit ei. Tu es xp̄us fi
lius dei bn̄dicti: Ihs autē dixit illi. E
go sum. Et uidebitis filiū hominis a dextris
uirtutis dei sedentem: et uenientem cum
nubibz celi. Sūmus autē sacerdos scindēs
uestimenta sua. ait. Quid adhuc desidera
mus testes: Audistis blasphemiā. Quid
uobis uidetur: Qui omēs condempna
uerūt eū ēē reum mortis. Et ceperunt qui
dam conspuere eū. et uelare faciem eius:
et colaphis eum cedere. et dicē ei. Pheti

za. Et uestiu alapis eum cedebant. Et ꝯ
Et petrus in atrio deorsu: uenit una ex
ancillis sumi sacerdotis. Et cu vidisset
petru calefacientē se: aspiciens illu ait.
Et tu cum ihu nazareno eras. At ille ne
gauit dicens. Nesc neq; noui qd di
cis. Et exiit foras ante atriu: et gallus
cantauit. Rursus aute cu uidisset illum
ancilla: cepit dicē astantibz. quia hic
ex illis est. At ille iteru negauit. Et post
pusillu: rursus qui astabant dicebant
petro. Vere ex illis es: nam et galileus
es. Ille aute cepit anathematizare et iu
rare: quia nescio hoiem istu quē dicitis.
Et statim iteru gallus cantauit. Et re
cordatus est petrus uerbi qd dixerat ei ihs.
priusq; gallus cantet bis. ter me negabis:
et cepit flere.

Et confestim mane consilium fa
cientes summi sacerdotes cu se
nioribus et scribis et uniuerso concilio: uin
ctes ihm duxerunt et tradiderunt pila
to. Et interrogauit eum pylatus. Tu es
rex iudeor? At ille respondens: ait illi. Tu di
cis. Et accusabant eu summi sacerdotes
in multis. Pylatus aute rursu interro
gabat eu dicens. Non respondes quicq? Vi
de in quantis te accusant. Jhus autem
amplius nichil respondit: ita ut miraretur
pylatus. Per diem aute festu dimittebat so
lebat illis unu ex vinctis: quemcuq; peti
sent. Erat aute qui dicebatur barrabas
qui cum seditiosis erat vinctus. qui in
seditione fecerat homicidiu. Et cu ascen
disset turba: cepit rogare sicut semp fa
cebat illis. Pylatus aute respondit eis: et dix
it. Vultis dimittam uob regem iudeor?
Sciebat enim: qm p invidiam tradidissent
eum summi sacerdotes. Pontifices autem
concitauerunt turbam: ut magis bar
rabam dimitteret eis. Pylatus autem
iterum respondens: ait illis. Quid ergo vul
tis faciam regi iudeor? At illi iterum clama
uerunt. Crucifige eum. Pylatus uero di
cebat eis. Quid enim mali fecit? At illi
magis clamabant. Crucifige eu. Py
latus aute uolens pplo satisfacere. dimisit
illis barrabam: et tradidit ihm flagel
lis. ut crucifigeretur. Milites autem
duxerunt eum intro in atriu pretorii: et con
uocant totam cohortem: et induunt eu
purpura. Et imponunt ei plectentes spine
am coronā: et ceperunt salutare eum. Ave
rex iudeor. Et percutiebant caput eius
harundine: et conspuebant eum: et ponen
tes genua adorabant eum. Et postquam il
luserunt ei: exuerunt illum purpura. et indu
erunt eum uestimentis suis. Et educunt illum:
ut crucifigerent eum. Et angariauerunt
pretereuntem quempiam symonem cyrenen
uenientem de villa. patrem alexandri et ru
fi: ut tolleret crucem eius. Et producunt illum
in golgatha locum: qd est interpretatum calua
rie locus. Et dabant ei bibere mirratum vi
num: et non accepit. Et crucifigentes eum:
diviserunt uestimenta eius. mittentes sor
tem super eas quis quid tolleret. Erat au
tem hora tercia: et crucifixerunt eum. Et
erat titulus cause eius inscriptus: rex iu
deorum. Et cum eo crucifigunt duos latro
nes: unum a dextris. et alium a sinistris ei.
Et adimpleta est scriptura que dicit. Et
cum iniquis deputatus est. Et pretereuntes
blasphemabant eum: mouentes capita
sua et dicentes. Vah qui destruis templum
et in tribus diebus edificas: salvum fac te
ipsum: descendens de cruce. Similiter
et summi sacerdotes ludentes ad alterutrum
cum scribis dicebant. Alios saluos fecit:
seipsum non potest saluum facere: Christus rex
israhel descendat nunc de cruce: ut uideamus
et credamus. Et qui cum eo erant crucifixi
conuitiabantur ei. Et facta hora sexta: te
nebre facte sunt per totam terram usq; in ho
ram nonam. Et hora nona: exclamauit
ihs uoce magna dicens. Heloy. heloy.
lemazabatthani: Qd est interpretatum. De
us meus. deus meus: ut quid dereliquis
ti me: Et quidam de circumstantibz audi
entes dicebant. Ecce helyam uocat. Cur
rens aute unus et adimpleus spongiam
aceto. circumponensq; calamo: potum da

ay. c xcv
ay. ccc xcvij
lu. cc xci
jo. c lxxvi
x c lxvi.

ay. c xcvi.
ay. ccc xcv
lu. cc xcij
jo. c lxxv.

ay. c xcvij
ay. ccc xcvi
lu. cc xciij

ay. c xcviij
ay. ccc xcvij
lu. cc xcv

ay. c xcix
ay. ccc xcviij
lu. ccc.
jo. c lxxvi
ay. cc
ay. ccc xcix
lu. ccc ij
jo. c lxxvij
ay. cc i.
ay. ccc c
jo. c lxxv
x c xciij

ay. cc ij
ay. ccc xcix
lu. ccc ix.

ay. cc iij
ay. ccc c
jo. c lxxvij

ay. cc iij
ay. ccc c
lu. ccc x
jo. c lxxvij
ay. cc v
ay. ccc c
lu. ccc xi
jo. c lxxvij
x c xciij

ay. cc vi
ay. ccc c
lu. ccc xiij
jo. c xcvi.

bat ei dicens. Sinite: videamus si veni
at helyas ad deponendū eum. Jhesus
autē emissa voce magna: expiravit.
Et velum templi scissum est in duo: a sū
mo usq; deorsum. Videns autē centurio
qui ex adverso stabat. quia sic clamās
expirasset: ait. Vere homo hic filius dei
erat. Erant autē et mulieres de longe as
picientes: inter quas erat maria magda
lene et maria iacobi minoris. et ioseph
mater et salome. Et cum esset in galyle
a sequebantur eum et mīstrabant ei: et ali
e multe que simul cū eo ascenderāt ihēo
solimā. Et cum iam sero esset fcm̄ quia
erat pasceue qd̄ est ante sabbatū: venit
ioseph ab arimathia nobilis decurio. qui
et ipē erat expectans regnū dei. Et audac
ter introivit ad pylatum: et peciit corp⁹
ihu. Pylatus autē mirabatur si iam
obisset. Et accersito centurione: interroga
vit eū si iam mortuus esset. Et cū cogno
visset a centurione: donavit corpus io
seph. Joseph autē mercatus syndonem.
et deponens eū īvoluit syndone: et posu
it eū in monumento qd̄ erat excisum de
petra. Et advoluit lapidem ad ostiū mo
numenti. Maria autē magdalene ⁊ ma
ria ioseph: aspiciebāt ubi poneretur.

XVI

Et cum trans
isset sabbm̄: maria magdalene
et maria iacobi et salome eme
runt aromata. ut venientes ungerent ihe
sum. Et valde mane una sabbatorū veni
unt ad monumentū: orto iam sole. Et
dicebant adinvicē. Quis revoluet nob̄
lapidem ab ostio monumenti. Et respi
cientes: viderūt revolutū lapidem. Erat
quippe magnus valde. Et introeuntes ī
monumentū: viderūt iuvenē sedentē in
dextris cooptum stola candida. et obstu
puerūt. Qui dicit illis. Nolite expaves
cere. Jhm̄ queritis nazarenū crucifixū.
Surrexit: non ē hic. Ecce locus: ubi po
suerunt eum. Sed ite dicite discipul' eius
et petro: quia p̄cedet vos in galyleam. I
bi eum videbitis: sicut dixit nob̄. At ille

exeuntes: fugerūt de monumento. Inva
serat eū eas tremor et pavor: et nemini
quicq̄ dixerūt. Timebant eū. Surgēs
autem ihus mane p̄ma sabbati: appa
ruit primo marie magdalene. de qua e
iecerat septem demonia. Illa vadens nū
ciavit hiis qui cū eo fuerant lugentib;
et flentib;. Et illi audientes qr̄ vivēt et
visus eēt ab ea: non crediderunt. Post
hec autē duob; ex eis ambulantib; ostē
sus est in alia effigie: euntib; in villam.
Et illi euntes nūciaverūt ceteris: nec ill'
crediderūt. Novissime recūbentib; illis
undecim apparuit: et exprobravit incre
dulitatē illorū et duriciam cordis: quia
hiis qui viderant eum resurrexisse non
crediderūt. Et dixit eis. Euntes in mun
dū universū: p̄dicate evangeliū omni
creature. Qui crediderit et baptizatus
fuit: salvus erit. Qui vero non credide
rit: condempnabitur. Signa autē eos
qui crediderint: hec sequentur. In noīe
meo demonia eicient: linguis loquent'
novis: serpentes tollent. Et si mortiferū
quid biberint: non eis nocebit. Sup e
gros manus īponent: et bene habebūt.
Et dn̄s quidem ihus postq̄m locutus ē
eis assumptus est in celū: et sedet a dex
tris dei. Illi autē pfecti p̄dicaverūt ubi
q; dn̄o coopante. et sermonē confirmā
te sequentib; signis. Explicit evange
lium Scd̄m Marcum.

Incipit prologus ī evāgelio S' lucam.

Lucas syrus naci
one antyocensis
arte medicus. dis
cipulus aplōr: p⁹
ea paulū secutus.
usq; ad confessio
nem eius serviēs
dn̄o sine crimine.
Nam neq; uxorem vinq̄ habens neq;
filios: septuaginta et q̄tuor annorū. ob
iit in bithinia plenus spū scō. Qui cū
iam scripta essent evangelia. p mathm̄
quidē in iudea: p marcū autē in ytalia.

sancto mirigante spiritu in achaye prib; hoc scripsit euangeliū: siguificans eā ipē in principio aute. alia esse descripta. Cui erat ea que ordo euangelice dispositionis exposcat. ea maxime necessitas laborus fuit. ut primū grauis fidelibus omū ꝓphetacone veniam in carnē dei ihū manifestata humanitas: ne iudaias fabulis attenta. in solo legis desiderio teneretur: ne uel hereticas fabulis et stultis sollicitacionib; seducta exederetur a veritate elaboraret. De hinc uero in principio euangelij. iohannis natiuitate pūptia. aū euangeliū scribere. et in quo electus scribere iudicaret: contestans in se completa esse que essent ab alijs inchoata. Cui ideo post baptismū filij dei a perfectione generacionis in xpō impletē repetende a principio natiuitatis humane potestas promissa est: ut requirentib; dominū et in quo apprehendens erat. p nathan filiū introitū recurrentis in dei generacionis admisso indispabilis dei: ꝓdicans in hominib; xpm suū pfm opus hois. redire in se p filiū faceret: qui p dauid patrem venientib; iter pbebat in xpō. Cui luce non ignota eā scribendor aplicor actum potestas in mīsterio datur: ut deo in deū pleno. et filius ꝓdicationis extincto. ordine ab apostolis facta sorte diuī electionis nūs complearetur. Dicit paulus cōsummacionē apostolicas actib; datet: quē diu cōtra stimulū recalcitrantē dūs elegisset. Qđ legentib; ac requirentib; deum et ip singula expedit a nobis utile fuerat: sciens tamen qđ opantē agricolā oportet de fructib; edere suis. vitauim publicam curiositatem: ne non tam uoluntibus deū videremū. q̄ fastidientib; ꝓdidisse.

Explicit plogus. Incipit phemiū Iuxta. i.

Quoniā euangelia—e. quidē multa conati sūt ordinare narracones que in nobis complete sunt rerū. sicut tradiderūt nobis qui ab ipi videruē et mīstri fuerūt sermonis: visū est et mi assecuto a principio omnīs diligenter et ordine tibi scribere optime theophile. ut cognoscas eor uerbor de quibus eruditus es veritatem. Incipit euā S̄ Lucā.

Fuit in diebus herodis regis iudee. sacerdos q̄dam nomine zacharias de vicia abia: et uxor illi de filiabus aaron. et nomē eius elyzabeth. Erāt autē iusti ambo ante deū: incedentes in omnibus mandatis et iustificacionib; dñi sine querela. Et nō erat illis filius: eo qđ esset elizabeth sterilis. et ambo processissent in diebus suis. Factū est autē cum sacerdocio fungeretur zacharias in ordine vicis sue ante deū: secūm consuetudinē sacerdocij sorte exiit ut incensū ponēs. ingressus in templū dñi. Et omnis multitudo ppli erat orans foris hora incensi. Apparuit autem illi angelus dñi: stans a dextris altaris incensi. Et zacharias turbatus est videns: et timor irruit sup eum. Ait autē ad illū angelus. Ne timeas zacharia: quoniā exaudita est deprecacio tua. Et uxor tua elizabeth pariet tibi filiū: et uocabis nomē eius iohannē. Et erit gaudiū tibi et exultacio: et multi in natiuitate eius gaudebūt. Erit enī magnus coram dño: et vinū et sicerā nō bibet. Et spū sancto replebitur adhuc ex utero matris sue: et multos filior isrl' convertet ad dñm deum ipor. Et ipe p̄cedet ante illum in spū et virtute helye: ut convertat corda patrū in filios. et incredulos ad prudencias iustor: parare dño plebem ꝑfectam. Et dixit zacharias ad angelū. Unde hoc sciam: Ego enī sum senex: et uxor mea processit in diebus suis. Et respondens angelus: dixit ei. Ego sum gabriel qui sto ante deum: et missus sum loqui ad te. et hec tibi euangelizare. Et ecce eris tacens et non poteris loqui usq; in diem quo hec fiant:

pro eo qd̄ non credidisti ūbis meis que
implebunt̄ in tempe suo. Et erat plebs
expectans zachariam: et mirabantur q̄
tardaret ipē in templo. Egressus autē: nō
poterat loqui ad illos. Et cognouerūt qd̄
visionem uidisset in templo. Et ipē erat
īnuens illis: et pmansit mutus. Et fcm̄
est ut impleti sunt dies officij eius: abijt
in domū suam. Post hos autē dies. con
cepit elizabeth uxor eius: et occultauit se
mensibꝫ quīq; dicens. Quia sic m̄ fecit
dn̄s: in diebꝫ quibꝫ respexit auferre obpro
briū meū inter hoīes. In mense autē sex
to missus est angelus gabriel a deo. in ci
uitatem galilee cui nomen nazareth. ad
virginē desponsatam viro cui nomen e
rat ioseph de domo dauid: et nomē virgi
nis maria. Et ingressus angelus ad eā
dixit. Aue gracia plena: dn̄s tecū: bn̄dic
ta tu in mulieribꝫ. Que cū audisset. tur
bata est in sermone eius: et cogitabat q̄
lis esset ista salutacio. Et ait angelus ei.
Ne timeas maria: īuenisti eū graciam
apud deum. Ecce concipies in utero et pa
ries filiū: et uocabis nomē eius ihm̄. Hic
erit magnus: et filius altissimi uocabit̄.
Et dabit illi dn̄s deus sedem dauid patris
eius: et regnabit in domo iacob in eternū:
et regni eius non erit finis. Dixit autem
maria ad angelū. Quomō fiet istud: qm̄
virū non cognosco: Et rn̄dens angelus:
dixit ei. Spiritus scūs supueniet in te: et
virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoꝫ
et qd̄ nascetur sanctū: uocabit̄ filius dei.
Et ecce elizabeth cognata tua: et ipā con
cepit filiū in senectute sua. Et hic mensis
est sextus illi que uocatur sterilis: quia
non erit impossibile apud deum omne
uerbū. Dixit autē maria. Ecce ancilla do
mini. Fiat michi scd̄m uerbū tuū. Et dis
cessit ab illa angelus. Exurgens autem
maria in diebꝫ illis: abijt in montana
cū festinacione in ciuitatem iuda. Et in
trauit in domū zacharie: et salutauit e
lizabeth. Et fcm̄ est ut audiuit salutacio
nem marie elizabeth: exultauit infans
in utero eius. Et repleta est spū sancto e
lizabeth: et exclamauit uoce magna et
dixit. Benedicta tu inter mulieres: et be
nedcūs fructus ventris tui. Et unde hoc
michi: ut veniat mater dn̄i mei ad me:
Ecce eū ut facta est uox salutacionis tu
e in auribꝫ meis: exultauit in gaudio ī
fans in utero meo. Et beata que credid̄:
qm̄ pficientur ea que dicta sunt ei a dn̄o.
Et ait maria. Magnificat aīma mea
dn̄m. Et exultauit spūs meus: in deo sa
lutari meo. Quia respexit humilitatem
ancille sue: ecce eū ex hoc beatā me dicēt
omēs gn̄aciones. Quia fecit m̄ magna
qui potens est: et scm̄ nomē eius. Et mīa
eius a pgenie in pgenies: timentibꝫ eum.
Fecit potenciam in brachio suo: dispsit su
perbos mente cordis sui. Deposuit poten
tes de sede: et exaltauit hūiles. Esurientes
īpleuit bonis: et diuites dimisit īanes.
Suscepit isrl̄ puerū suū: memorari mīe
sue. Sicut locutus est ad pr̄es nr̄os: abra
ham et semī eius in secula. Mansit aūt
maria cū illa quasi mensibꝫ tribꝫ: et reū
sa est in domū suā. Elyzabeth autē imple
tum est tempus pariendi: et pepit filiū.
Et audierūt vicini et cognati eius. quia
magnificauit dn̄s misericordiā suā cum
illa: et congratulabantur ei. Et fcm̄ est
in die octauo uenerūt circūcidere puerū:
et uocabant eū nomīe patris sui zacha
riam. Et rn̄dens mater eius dixit. Neq̄
qm̄: sed uocabitur iohannes. Et dixerūt
ad illam. Quia nemo est in cognacione
tua: qui uocetur hoc noīe. Innuebant
autē patri eius: quem uellet uocari eū.
Et postulans pugillarem: scripsit dicēs.
Iohannes est nomen eius. Et mirati st̄
uniūsi. Aptū est autē ilico os eius et līg
ua eius: et loquebatur bn̄dicens deū. Et
fcm̄s est timor sup omēs vicinos eoꝝ: et su
p omīa montana iudee diuulgabantur
omīa uerba hec. Et posuerunt omēs in
corde suo qui audierant dicentes. Quid
putas puer iste erit: Etenī manus dn̄i
erat cū illo. Et zacharias pater eius im

pletus est spū sancto: et ꝓphetauit dicēs.
Bñdictus dñs deus israhel: quia visita
uit et fecit redempcionē plebis sue. Et e
rexit cornu salutis nobis: in domo dauid
pueri sui. Sicut locutus est ꝑ os scōrum:
qui a seculo sūt ꝓphetar eius. Salutem
ex īimicis nr̄is: et de manu oīm qui ode
runt nos. Ad faciendā misericordiā cū pa
tribꝫ nr̄is: et memorari testamenti sui sc̄i.
Iusiurandū qd̄ iurauit ad abraham pa
trem nr̄m: daturū se nob̄. Ut sine timore
de manu īimicor nr̄or liberati: seruiam⁹
illi. In sanctitate et iusticia coram ipō: oī
bus diebꝫ nr̄is. Et tu puer ꝓpheta altissi
mi uocaberis. p̄ibis eni ante faciem dñi
parare vias eius. Ad dandā scienciā salutis
plebi eius: in remissionē pccor eor. Per
viscera misericordie dei nr̄i: in quibꝫ visi
tauit nos oriens ex alto. Illuminare hijs
qui in tenebris et in umbra mortis sedent:
ad dirigendos pedes nr̄os in viam pacis.
Puer autē crescebat et confortabatur spi
ritu: et erat in desertis usqꝫ in diem ostē
sionis sue ad israhel.

II

Factū est autē in diebꝫ illis exijt e
dictū a cesare augusto: ut descri
beretur uniuersus orbis. Hec descr̄
cio p̄ma: facta est a p̄side syrie cyrino. Et
ibant oīes: ut ꝓfiterent singuli in suam
ciuitatem. Ascendit autē et ioseph a galy
lea de ciuitate nazareth in iudeam ciuita
tem dauid que uocatur bethleem. eo qꝫ eēt
de domo et familia dauid: ut ꝓfiteretur cū
maria desponsata sibi uxore pregnante.
Factū est autē cū essent ibi: impleti sunt
dies ut pareret. Et pepit filiū suū p̄mogeni
tū. Et pānis eū īuoluit: et reclinauit
eum in p̄sepio: quia non erat ei locus in
diuersorio. Et pastores erant in regione
eadem uigilantes: et custodientes uigili
as noctis supra gregē suū. Et ecce ange
lus dñi stetit iuxta illos: et claritas dei
circūfulsit illos: et timuerūt timore mag
no. Et dixit illis angelus. Nolite timere.
Ecce eni euangelizo uobis gaudiū mag
nū qd̄ erit oīi ꝓplo: quia natus est uob̄

hodie saluator qui est xp̄us dñs in ciuita
te dauid. Et hoc uobis signū. Inuenietis
infantē pānis īuolutū: et positū in prese
pio. Et subito fc̄a est cū angelo multitudo
milicie celestis: laudanciū deū et dicenciū.
Gloria in altissimis deo: et in terra pax
hoīnibꝫ bone uolūtatis. Et fc̄m est ut dis
cesserūt ab eis angeli in celū: pastores lo
quebantur adīuicem. Transeamus usqꝫ
bethleem: et uideamus hoc uerbū qd̄ fc̄m
est. qd̄ fecit dñs et ostendit uobis. Et ue
nerūt festinantes: et īuenerūt mariā et
ioseph. et infantem positū in p̄sepio. Vidē
tes autē: cognouerunt de uerbo qd̄ dictū
erat illis de puero hoc. Et oīes qui audi
erūt mirati sunt: et de hijs que dicta erāt
a pastoribꝫ ad ipōs. Maria autē conser
uabat oīa uerba hec: conferens in corde
suo. Et reuersi sūt pastores glorificantes
et laudantes deū. in oīibꝫ que audierāt
et viderant: sicut dictū est ad illos. Et post
qm̄ consūmati sunt dies octo ut circūci
deretur puer: uocatū est nomē eius ihūs.
Qd̄ uocatū est ab angelo: prius qꝫ in ute
ro conciperetur. Et postqm̄ impleti sūt dies
purgacionis eius scd̄m legem moysi: tule
runt illū in ihrlm̄ ut sisterent eum dño si
cut scriptū est in lege dñi. quia oīe mas
culinū adaperiens uuluam. scm̄ dño uo
cabitur. Et ut darent hostiā scd̄m qd̄ dic
tum est in lege dñi: par turturū aut du
os pullos columbar. Et ecce homo erat ī
ihrlm̄: cui nomē symeon. Et homo iste
iustus et timoratus. expectans consolaci
onem isr̄l: et spūs sanctus erat in eo. Et
rn̄sum accepat a spū sancto: non visurū
se mortem nisi prius uideret xp̄m dñi. Et
uenit in spū in templū. Et cum induce
rent puerū ihm̄ parentes eius ut facerēt
scd̄m consuetudinē legis pro eo: et ipē ac
cepit eum in vlnas. et bñdixit deū et dix
it. Nunc dimittis seruū tuū dñe scd̄m
uerbū tuū in pace: quia viderūt oculi me
i salutare tuū: quod pasti ante faciē oī
niū ꝓplor. Lumen ad reuelacionē gentiū:
et glām plebis tue isr̄l. Et erat pat̄ eius

et mater mirantes sup hijs que dicebant
de illo. Et bñdixit illis symeon: et dixit ad
mariã matrem eius. Ecce positus est hic
in ruinã et resurrectionẽ multorũ in isrl:
et in signũ cui contradicetur. Et tuã ipi⁹
aĩam ptransibit gladius: ut reuelentur
ex multis cordibz cogitacõnes. Et erat an
na pphetissa filia phanuel de tribu aser. Hec
pcesserat in diebz multis: et uixerat cũ vi
ro suo annis septem a virginitate sua. Et
hec uidua usqz ad annos octoginta qua
tuor: que non discedebat de templo ieiuni
is et obsecracionibz seruiens nocte ac die.
Et hec ipa hora supueniens confitebatur
dño: et loquebatur de illo omnibz qui expec
tabant redempcionẽ ihrlm. Et ut pfecerũt
omnia scdm legem dñi: reuersi sunt in ga
lyleam in ciuitatem suam nazareth. Pu
er autẽ crescebat et confortabatur plenus
sapiencia: et gracia dei erat in illo. Et ibãt
parentes eius p omnes annos in ihrlm: in
die solempni pasche. Et cũ fctus eẽt anno
rũ duodecim. ascendentibz illis iherosoli
mam scdm consuetudinem diei festi: con
sũmatisqz diebz cum redirent: remansit
puer ihus in ihrlm. et non cognouerunt
parentes eius. Existimantes autẽ illum
esse in comitatu: uenerũt iter diei. et requi
rebant eum inter cognatos et notos. Et
non inuenientes: regressi sũt in ihrlm req
rentes eũ. Et fctũ est post triduũ: inuenerũt
illũ in templo sedentẽ in medio doctorum
audientẽ illos et interrogantẽ eos. Stupe
bant autẽ omnes qui eum audiebant:
sup prudencia et rñsis eius. Et uidentes
ãmirati sunt. Et dixit mater eius ad illũ.
Fili quid fecisti nobis sic? Ecce pat tuus
et ego dolentes qrebamus te. Et ait ad il
los. Quid est qd me querebatis? Nescie
batis quia in hijs que pñs mei sũt opor
tet me eẽ? Et ipi non intellexerunt ubũ:
qd locutus est ad illos. Et descendit cum
eis. et uenit nazareth: et erat subditus ill.
Et mater eius conseruabat omnia uerba
hec: in corde suo. Et ihus pficiebat sapia
etate et grã: apd dm et hoies.

Anno autẽ quintodecimo imperij
tyberij cesaris. pcurante poncio
pylato iudeam. tetrarcha autem
galylee herode. philippo autẽ frẽ eius tetrar
cha yturee et traconitidis regionis. et ly
sania abiliue tetrarcha. sub principibus
sacerdotũ anna et caypha: fctũ est ubũ
dñi sup iohannẽ zacharie filiũ in deser
to. Et uenit in omnẽ regionẽ iordanis
pdicans baptismũ penitencie in remissi
onem pccorũ: sicut scriptũ est in libro sermo
nũ ysaie pphete. Vox clamantis in deser
to: pate viam dñi: rectas facite semitas e
ius. Omnis vallis implebitur: et omnis
mons et collis humiliabit. Et erũt prauа
in directa: et aspera in vias planas. Et vi
debit omnis caro salutare dei. Dicebat er
go ad turbas: que exibant ut baptizarẽ
tur ab ipo. Genimina uiperarũ: quis oñ
dit uobis fugere a ventura ira? Facite er
go fructus dignos penitencie: et ne cepe
ritis dicẽ patrem habemus abraham.
Dico enĩ uobis: quia potens est deus de
lapidibz istis suscitare filios abrahe. Iã
enĩ securis ad radicem arboris posita est.
Omnis enĩ arbor non faciens fructũ bo
nũ: excidetur et in ignẽ mittetur. Et in
terrogabant eum turbe dicentes. Quid
ergo faciem⁹? Rñdens autẽ dicebat illis.
Qui habet duas tunicas: det non habẽ
ti. Et qui habet escas: similit faciat. Ve
nerũt autẽ et publicani ut baptizarent:
et dixerũt ad illũ. Magister quid facie
mus? At ille dixit ad eos. Nichil ampli⁹
qm qd constitutũ est uobis faciatis. In
terrogabant autẽ eum et milites dicen
tes. Quid faciemus et nos? Et ait illis.
Neminẽ concuciatis neqz calũpniam
faciatis: et contenti estote stipendijs ues
tris. Existimante autẽ pplo et cogitanti
bus omnibus in cordibz suis de iohãne
ne forte ipe esset xpus: rñdit iohannes
dicens omnibz. Ego quidẽ aqua baptizo
uos: ueniet autẽ forcior me: cui⁹ nõ sũ
dignus solue corrigiam calciamento
rum eius. Ipe uos baptizabit in spũ

Lu. vi
mt. vii
Jo. ii et xxv

Lu. vii
mt. viii
mr. ii
Jo. x

Lu. viii
mt. x

Lu. ix

Lu. x
mt. xi
mr. iii
Jo. xii et vi
et xiiii et xxviii

Lu. xi. ayc. xy

sancto et igni. Cui ventilabrū in manu
eius: et purgabit aream suam. Et cōgre
gabit triticum in horreū suū: paleas aūt
comburet igni inextinguibili. Multa q̄
dem et alia exhortans euangelizabat po
pulo. Herodes autē tetrarcha cū corripe
retur ab illo de herodiade uxore fris sui et
de oñibz malis que fecit herodes: adiecit
et hoc sup oñia et inclusit iohannē in car
cerem. Factū est autē cū baptizaretur oñis
plūs. et ihū baptizato et orante apti est
celū: et descendit spūs scūs corpali specie si
cut columba in ipm. Et uox de celo facta ē.
Tu es filius meus dilc̄is: in te complacui
mihi. Et ipē ihūs erat incipiens quā
si annoz triginta: ut putabat filius ioseph.
Qui fuit heli. Qui fuit matthat. Qui fu
it leui. Qui fuit melchi. Qui fuit iannai.
Qui fuit ioseph. Qui fuit matthathie. Q̄
fuit amos. Qui fuit naum. Qui fuit esli.
Qui fuit naggai. Qui fuit maath. Qui
fuit matthathie. Qui fuit semei. Qui fu
it ioseph. Qui fuit iuda. Qui fuit iohan
na. Qui fuit resa. Qui fuit zorobabel.
Qui fuit salathiel. Qui fuit neri. Qui
fuit melchi. Qui fuit addi. Qui fuit cho
sam. Qui fuit elmadam. Qui fuit her.
Qui fuit iheſu. Qui fuit eliezer. Qui fu
it ionim: Qui fuit matthat. Qui fuit le
ui. Qui fuit symeon. Qui fuit iuda. Q̄
fuit ioseph. Qui fuit iona. Qui fuit ely
achim. Qui fuit melea. Qui fuit menā.
Qui fuit mathatha. Qui fuit nathan. Q̄
fuit dauid. Qui fuit yesse. Qui fuit obeth.
Qui fuit booz. Qui fuit salmon. Qui
fuit naason. Qui fuit aminadab. Qui
fuit aram. Qui fuit esrom. Qui fuit pha
res. Qui fuit iude. Qui fuit iacob. Qui
fuit ysaac. Qui fuit abrahe. Qui fuit
thare. Qui fuit nachor. Qui fuit serugh.
Qui fuit ragau. Qui fuit phaleg. Qui
fuit heber. Qui fuit sale. Qui fuit cay
nam. Qui fuit arphaxat. Qui fuit sem.
Qui fuit noe. Qui fuit lamech. Qui fu
it mathusale. Qui fuit enoch. Qui fuit
iareth. Qui fuit malalehel. Qui fuit

Lu. xi. ayc. xy

Lu. xy. ayc. xlvy ayc. lix

Lu. xy. ayc. xxy ayc. v. Jo. xv.

Lu. xxy ayc. i. Jo. i. x iij. x v

caynam. Qui fuit enos. Qui fuit seth. Q̄
fuit adam. Qui fuit dei.

IIII

Ihesus autē plenus spū scō: regressus
est ab iordane. Et agebatur a spū in deserto
diebus quadraginta: et temptabat a dya
bolo. Et nichil manducauit in diebz illis:
et consūmatis illis esurijt. Dixit autē illi
dyabolus. Si filius dei es: dic lapidi huic
ut panis fiat. Et rñdit ad illū ihūs. Scrip
tum est: quia non in pane solo viuit homo.
sed in oñi uerbo dei. Et duxit illū dyabol⁹
et ostendit illi oñia regna orbis terre in mo
mento temporis. et ait illi. Tibi dabo potestatem
hanc vniuersā et glām illoz: quia mihi tra
dita sunt: et cui uolo do illa. Tu ergo si ado
raueris coram me: erūt tua oñia. Et rñ
dens ihūs: dixit illi. Scriptū est. Dñm deū
tuū adorabis: et illi soli seruies. Et duxit
illū in ihrlim. et statuit eū sup pinnaculū
templi: et dixit illi. Si filius dei es: mitte te
hinc deorsum. Scriptū est enim q̄d angelis
suis mandauit de te ut conseruent te: et q̄
in manibz tollent te. ne forte offendas ad
lapidem pedem tuū. Et rñdens ihūs: ait
illi. Dictū est. Non temptabis dñm deum
tuū. Et consūmata oñi temptatione: dy
abolus recessit ab illo usq; ad tempus. Et
regressus est ihūs in virtute spūs in ga
lyleam: et fama exijt p vniuersam regio
nem de illo. Et ipē docebat in synagogis
eoz: et magnificabatur ab oñibz. Et ve
nit nazareth ubi erat nutritus: et intra
uit secm consuetudinē suam die sabbati
in synagogam: et surrexit legere. Et traditus
est illi liber ysaie pphete. Et ut reseluit librū:
inuenit locum ubi scriptum erat. Spūs dñi
sup me, pter q̄d unxit me: euangelizare
pauperibus misit me. Sanare contritos
corde: pdicare captiuis remissionē. et ce
cis visū. Dimittere confractos in remissionē:
pdicare annū dñi acceptū. et diem retribu
tionis. Et cū plicuisset librū: reddidit mi
nistro et sedit. Et oīm in synagoga oculi erāt
intendentes in eum. Cepit autē dicere ad
illos: quia hodie impleta est hec scriptura
in auribz vrīs. Et oñes testimoniū illi da

Lu. xxy ayc. xxxvi ayc. lvi

Lu. xxvi ayc. xxvi

Lu. xxvii

bant: et mirabantur in uerbis gratie q̄
procedebant de ore ipsius: et dicebant. Nonne
hic est filius ioseph? Et ait illis. Utiq; di
cetis michi hanc similitudinē. Medice
cura teipm. Quāta audiuimus facta ca
pharnaum: fac et hic in patria tua. Ait
autē. Amen dico uobis: quia nemo ꝓpha
acceptus est in patria sua. In ueritate di
co uobis: multe vidue erant in diebꝫ he
lye in isrl' qn̄ clausū est celū annis tribus
et mensibus sex. cū fcā esset fames mag
na in omī terra: et ad nullā illaꝝ missus
est helyas. nisi in sarepta sydonie ad mu
lierem viduā. Et multi leprosi erant in is
rahel sub helizeo ꝓpheta: et nemo eoꝝ mū
datus est. nisi naaman syrus. Et repleti
sunt omēs in synagoga ira: hec audiētes.
Et surrexerūt et eiecerunt illum extra ciui
tatem: et duxerūt illū usq; ad supcilium
montis supra quem ciuitas illoꝝ erat edi
ficata. ut precipitarent eū. Ipē autē trāsi
ens: ꝑ mediū illoꝝ ibat. Et descendit in ca
pharnaū ciuitatē galilee: ibiq; docebat
illos sabbatis. Et stupebant in doctrina
eius: quia in potestate erat sermo ipsius.
Et in synagoga erat homo habens demo
niū īmūdū: et exclamauit uoce magna
dicens. Dine: quid nobis et tibi ihu naza
rene? Venisti ꝑdere nos. Scio te qui sis scs
dei. Et increpauit illū ihus dicens. Obmu
tesce: et exi ab illo. Et cū ꝓiecisset illū demo
niū in mediū exijt ab illo: nichilq; illū no
cuit. Et fcūs est pauor in omībꝫ: et collo
quebantur ad īuicem dicentes. Qd' est hoc
uerbū: quia in ptate et virtute īperat im
mūdis spiritibꝫ et exeunt? Et diuulgaba
tur fama de illo: in omnē locū regionis.
Surgens autē de synagoga: introiuit in
domū symonis. Socrus autē symoīs te
nebatur magnis febribꝫ: et rogauerunt
illū pro ea. Et stans sup illam īperauit
febri: et dimisit illam. Et continuo sur
gens: mīstrabat illis. Cū sol autē occi
disset: omēs qui habebant infirmos va
rijs languoribꝫ. ducebant illos ad eum.
At ille singul' manus īponens: curabat

eos. Exibant autē demonia a multis. cla
mancia et dicencia: quia tu es filius dei.
Et increpans non sinebat ea loqui: qui
a sciebant ipm eē xpm. Facta autē die e
gressus ibat in desertū locū: et turbe req'
rebant eū. Et venerūt usq; ad ipm: et de
tinebant illū ne discederet ab eis. Quibꝫ
ille ait. Quia et alijs ciuitatibꝫ oportet
me euangelizare regnū dei: quia ideo mis
sus sum. Et erat ꝑdicans in synagogis
galylee.

Factū est autē cum turbe irrue
rent in eū. ut audirent uerbū
dei: et ipē stabat secus stagnū genezareth.
Et vidit duas naues stantes secus stag
nū: piscatores autē descenderant et laua
bant recia. Ascendens autē in vnā nauē
que erat symonis: rogauit eum a terra
reducere pusillū. Et sedens docebat de na
uicula turbas. Vt cessauit autē loqui:
dixit ad symonē. Duc in altū: et laxate
recia urā in capturam. Et rndens symō:
dixit illi. Preceptor ꝑ totam noctem la
borantes nichil cepimus: in ūbo autem
tuo laxabo rete. Et cū hoc fecissent: cōclu
serūt pisciū multitudinē copiosam. Rū
pebatur autē rete eoꝝ: et annuerūt socijs
qui erant in alia naui. ut uenirent et ad
iuuarent eos. Et venerūt et impleuerunt
ambas nauiculas: ita ut mergerēt. Qd'
cū videret symon petrus: ꝓcidit ad genua
ihu dicens. Exi a me: quia homo peccator
sum dne. Stupor eiū circūdederat eū. et
omēs qui cum illo erant: in captura pisci
um quā ceperant. Similiter autē iacobū
et iohannē filios zebedei: qui erant socij sy
monis. Et ait ad symonē ihus. Noli timere:
ex hoc iam hoīes eris capiens. Et subduc
tis ad terram nauibꝫ: relictis omībꝫ secuti sūt
illū. Et fcm est cū esset in vna ciuitatū: et
ecce vir plenus lepra. et uidens ihm et ꝓci
dens in faciem. rogauit eum dicens. Dne:
si vis potes me mūdare. Et extendens ma
nū: tetigit illū dicens. Volo. Mūdare. Et
confestim lepra discessit ab illo. Et ipse
ꝑcepit illi ut nemī diceret: sed uade ostende

te sacerdoti: et offer pro emundacione tua si
cut precepit moyses in testimonium illis.
Lu. xxxiiii Mt. xxiii Mr. xxvii Jo. xlvi Pambulabat autem magis sermo de il
lo: et conueniebant turbe multe ut audi
rent. et curarentur ab infirmitatibus suis.
Lu. xxxv Mt. c xlix Mr. lxvi Ipse autem secedebat in desertum: et orabat.
Lu. xxxvi Mt. c liii Mr. lxix Et factum est in vna dierum: et ipse sedebat
docens. Et erant pharisei sedentes et le
gis doctores qui venerant ex omni castel
lo galylee et iudee et ihrlm: et virtus erat
Lu. xxxvii Mt. lxx Mr. xx Jo. xxxviii dni ad sanandum eos. Et ecce viri portan
tes in lecto hominem qui erat paraliticus: et
querebant eum inferre et ponere ante eum.
Et non inuenientes qua parte illum inferrent
pre turba: ascenderunt supra tectum. et per
tegulas submiserunt illum cum lecto in medi
um ante ihm. Quorum fidem ut vidit: dixit.
Homo: remittuntur tibi peccata tua. Et
ceperunt cogitare scribe et pharisei dicen
tes. Quis est hic qui loquitur blasphe
mias? Quis potest dimittere peccata? ni
si solus deus? Vt cognouit autem ihus co
gitaciones eorum: respondens dixit ad illos. Quid
cogitatis in cordibus vris? Quid est faci
lius dicere. dimittuntur tibi peccata? an di
cere surge et ambula? Vt autem sciatis
quia filius hominis potestatem habet in terra
dimittere peccata: ait paralitico. Tibi dico
surge. tolle lectum tuum: et uade in domum tu
am. Et confestim surgens coram illis: tulit
lectum in quo iacebat. et abiit in domum
suam magnificans deum. Et stupor appre
hendit omnes: et magnificabant deum.
Et repleti sunt timore dicentes: quia vi
Lu. xxxviii Mt. lxxi Mr. xxi dimus mirabilia hodie. Et post hec exiit
et uidit publicanum nomine leui sedentem ad
theloneum: et ait illi. Sequere me. Et relic
Lu. xxxix Mt. lxxii Mr. xxii tis omnibus: surgens secutus est eum. Et fecit
ei conuiuium magnum leui in domo sua. Et
erat turba multa publicanorum et aliorum
qui cum illis erant discumbentes. Et mur
murabant pharisei et scribe eorum: dicen
tes ad discipulos eius. Quare cum publi
canis et peccatoribus manducatis et bibitis?
Lu. xl. Mt. lxxiii Mr. xxiii Et respondens ihus: dixit ad illos. Non e
gent qui sani sunt medico: sed qui male

habent. Non veni uocare iustos: sed pecca
tores in penitenciam. At illi dixerunt ad eum. Quare
discipuli iohannis ieiunant frequenter et
obsecraciones faciunt. similiter et phariseorum:
tui autem edunt et bibunt? Quibus ipse ait.
Numquid potestis filios sponsi dum cum illis
est sponsus facere ieiunare? Venient autem
dies et cum ablatus fuerit ab illis sponsus:
tunc ieiunabunt in illis diebus. Dicebat
autem et similitudinem ad illos. Quia nemo
commissuram a uestimento nouo immittit in
uestimentum uetus. Alioquin et nouum rumpit:
et ueteri non conuenit commissura a nouo.
Et nemo mittit vinum nouum in utres uete
res. Alioquin rumpet vinum nouum utres: et
ipsum effundetur. et utres peribunt. Sed vinum
nouum in utres nouos mittendum est: et u
traque conseruantur. Et nemo bibens uetus:
statim vult nouum. Dicit enim: uetus melius est.

Lu. xlii Mt. c xiii Mr. xxiii Factum est autem in
sabbato secundo. primo cum transiret
per sata: uellebant discipuli eius
spicas et manducabant. confricantes ma
nibus. Quidam autem phariseorum. dicebant
illis. Quid facitis quod non licet in sabbatis?
Et respondens ihus ad eos dixit. Nec hoc le
gistis quod fecit dauid cum esurisset ipse et qui
cum eo erant? quomodo intrauit in domum
dei et panes propositionis sumpsit et mandu
cauit. et dedit hiis qui cum ipso erant? quos
non licebat manducare nisi tantum sacerdo
tibus? Et dicebat illis: quia dns est filius
hominis etiam sabbati. Factum est autem et in a
lio sabbato: ut intraret in synagogam et
doceret. Et erat ibi homo: et manus eius
dextera erat arida. Obseruabant autem scri
be et pharisei si in sabbato curaret: ut inue
nirent unde accusarent illum. Ipse uero scie
bat cogitaciones eorum. Et ait homini qui ha
bebat manum aridam. Surge et sta in me
dium. Et surgens stetit. Ait autem ad illos ihus.
Interrogo uos si licet sabbato benefacere an ma
le? animam saluam facere an perdere? Et circum
spectis omnibus: dixit homini. Extende manum
tuam. Et extendit. Et restituta est manus
eius. Ipsi autem repleti sunt insipiencia: et

colloquebant ad inuicē quidnā faceret ihū. Factū est autē in illis diebz. exiit in montem orare: et erat pnoctans in oōne dei. Et cum dies factus esset. uocauit discipulos suos: et elegit duodecim ex ipis qs et aplos nōiauit. Symonē quē cognoiauit petrū. et andream fratrem eius: iacobū et iohannē. philippū et bartholomeū. matheum. et thomam. iacobū alphei. et symonē qui uocatur zelotes: iudam iacobi. et iudam scarioth qui fuit pditor. Et descendens cum illis. stetit in loco campestri. et turba discipuloy eius: et multitudo copiosa plebis. ab oni iudea et hierusalē et maritima et tyri et sydonis: qui uenerant ut audirent eum. et sanarentur a languoribus suis. Et qui uexabantur ab spiritib; immūdis: curabantur. Et oīs turba querebat eū tangere: quia uirtus de illo exibat. et sanabat oīes. Et ipe eleuatis oculis in discipulos suos. dicebat. Beati pauperes: quia uestrū est regnū dei. Bī qui nūc esuritis: quia saturabimini. Beati qui nūc fletis: quia ridebitis. Bī eritis cum uos oderint homines. et cū segregauerint uos et exprobrauerint. et eiecerint nomē uestrū tanq̄ malum: ppter filiū hominis. Gaudete in illa die et exultate: ecce enī merces uestra multa est in celo. Secundum hec enī faciebant pphetis patres eorū. Uerūptamen ve uobis diuitibus: qui habetis consolationē uestrā. Ve uobis qui saturati estis: quia esurietis. Ve uobis qui ridetis nūc: quia lugebitis et flebitis. Ve cū bene uobis dixerint oēs homines. Secundum hec faciebant pphetis patribus eorū. Sed uobis dico: qui auditis. Diligite inimicos uestros: benefacite his qui oderunt uos. Benedicite maledicentibz uobis: orate pro calumpniantibz uos. Et qui te percutit in maxillam: pbe et alteram. Et ab eo qui aufert tibi uestimentū: etiam tunicam noli prohibere. Omni autē petenti te tribue: et qui aufert que tua sunt ne repetas. Et prout uultis ut faciant uobis homines: et uos facite illis similiter. Et si diligitis eos qui vos diligūt: que uobis est gratia: Nam et peccatores diligentes se diligūt. Et si bene feceritis his qui uobis bene facitis: quod est gratia: Siquidem et peccatores hoc faciunt. Et si mutuū dederitis his a quibus speratis recipere: que uobis est gratia: Nam et peccatores peccatoribz fenerantur: ut recipiant equalia. Verūptamen diligite inimicos uestros et benefacite: et mutuū date nichil inde sperantes. Et erit merces uestra multa: et eritis filii altissimi: quia ipe benignus est sup ingratos et malos. Estote ergo misericordes: sicut et pater uester misericors est. Nolite iudicare: et non iudicabimini. Nolite condemnare: et non condemnabimini. Dimittite: et dimittetur uobis. Date: et dabitur uobis. Mensurā bonam et confertam et coagitatam. et superfluentem dabūt in sinū uestrū. Eadem quippe mensura qua mensi fueritis: remetietur uobis. Dicebat autē illis et similitudinē. Numquid potest cecus ceci ducē: Nonne ambo in foueam cadūt: Non est discipulus sup magistrum. Perfectus autē omnis erit: si sit sicut magister eius. Quid autē vides festucam in oculo fratris tui: trabem autē que in oculo tuo est non consideras: Aut quomodo potes dicere fratri tuo. frater sine eiciam festucam de oculo tuo: ipe in oculo tuo trabem non vides: Hypocrita ejice primū trabem de oculo tuo: et tunc perspicies ut educas festucam de oculo fratris tui. Non est enī arbor bona que facit fructus malos: neq; arbor mala faciens fructū bonū. Unaq̄q; enī arbor: de fructu suo cognoscitur. Neq; enī de spinis colligūt ficus: neq; de rubo vindemiant uuam. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonū: et malus homo de malo thesauro profert malū. Ex habūdantia enī cordis os loquitur. Quid autē vocatis me dne: et non facitis que dico. Omnis qui uenit ad me et audit sermones meos et facit eos: ostendam uobis cui similis sit. Similis est homini edificanti domū: qui fodit in altū. et posuit fundamentū supra petram. Inundatione autē facta. illisum est flumen domui. et nō potuit eā

lu. xiii ayc xiiii
lu. xiii ayc xxx ayc xxv
lu. xiii ayc xxxvi
lu. xiii ayc xxxvii
lu. xiii ayc xxxviii
lu. xiii ayc xxxix
lu. xiii ayc xl
lu. xiii ayc xli
lu. xiii ayc xlii
lu. xiii ayc xliii
lu. xiii ayc xliv
lu. xiii ayc xlv
lu. xiii ayc xlvi
lu. xiii ayc xlvii
lu. xiii ayc xlviii
lu. xiii ayc xlix
lu. xiii ayc l.
lu. xiii ayc xli
lu. xiii ayc l.
lu. xiii ayc xl
lu. xiii ayc xl ayc xli
lu. xiii ayc xl
lu. xiii ayc xl ayc xli
lu. xiii ayc xl ayc xli
lu. xiii ayc xl ayc xli

mouere: fundata enim erat supra petram.
Qui autem audit et non facit: similis est
homini edificanti domum suam super terram
sine fundamento. In quam illisus est flu
uius: et continuo cecidit: et facta est rui
na domus illius magna. VII

Iu. lxv. Mt. lxiiii Io. xxxvii

Cum autem implesset omnia uerba
sua. in aures plebis: intrauit ca
pharnaum. Centurionis autem
cuiuscdam seruus male habens erat mo
riturus: qui illi erat preciosus. Et cum au
disset de ihesu: misit ad illum seniores iudeo
rum. rogans eum ut ueniret et saluaret seruum
eius. At illi cum uenissent ad ihesum: rogabant
eum sollicite dicentes ei. quia dignus est
ut hoc illi prestes. Diligit enim gentem nostram:
et synagogam ipse edificauit nobis. Ihesus
autem ibat cum illis. Et cum iam non lon
ge esset a domo: misit ad eum centurio a
micos dicens. Domine noli uexari. Non enim
dignus sum ut sub tectum meum intres: propter
quod et meipsum non sum dignum arbitratus
ut uenirem ad te: sed dic uerbo et sanabi
tur puer meus. Nam et ego homo sum
sub potestate constitutus: habens sub me mi
lites. Et dico huic uade et uadit: et alio ue
ni et uenit: et seruo meo fac hoc et facit. Quo
audito ihesus miratus est: et conuersus sequen
tibus se turbis dixit. Amen dico uobis: nec
in israel tantam fidem inueni. Et reuersi qui mis
si fuerant domum: inuenerunt seruum qui lan
guerat sanum. Et factum est deinceps. ibat in ci
uitatem que uocatur naym: et ibant cum
illo discipuli eius et turba copiosa. Cum au
tem appropinquaret porte ciuitatis: ecce
defunctus efferebatur filius unicus matris
sue. Et hec uidua erat: et turba ciuitatis
multa cum illa. Quam cum uidisset dominus: mi
sericordia motus super eam dixit illi. No
li flere. Et accessit: et tetigit loculum. Hii
autem qui portabant steterunt. Et ait. Ado
lescens tibi dico surge. Et resedit qui erat
mortuus: et cepit loqui. Et dedit illum ma
tri sue. Accepit autem omnes timor: et mag
nificabant deum dicentes. Quia prophetia
magnus surrexit in nobis: et quia deus

Iu. lxvi. Mt. lxvi

Iu. lxvii.

visitauit plebem suam. Et exiit hic sermo in
uniuersam iudeam de eo: et omnem circa re
gionem. Et nunciauerunt iohanni discipu
li eius de omnibus hiis. Et conuocauit duos
de discipulis suis iohannes: et misit ad
ihesum dicens. Tu es qui ueniturus es. an a
lium expectamus: Cum autem uenissent ad
eum uiri: dixerunt. Iohannes baptista mi
sit nos ad te. dicens. Tu es qui ueniturus es.
an alium expectamus: In ipsa autem hora cu
rauit multos a languoribus et plagis et spi
ritibus malis: et cecis multis donauit uisum.
Et respondens dixit illis. Euntes renunciate io
hanni que uidistis et audistis: quia ceci uident.
claudi ambulant. leprosi mundantur. Sur
di audiunt: mortui resurgunt: pauperes eu
angelizantur. Et beatus est: quicumque non fue
rit scandalizatus in me. Et cum discessissent
nuncii iohannis: cepit dicere de iohanne ad
turbas. Quid existis in desertum uidere: Ha
rundinem uento moueri: Sed quid existis
uidere: Hominem mollibus uestimentis indutum:
Ecce qui in ueste preciosa sunt et deliciis: in
domibus regum sunt. Sed quid existis uidere:
prophetam: Utique dico uobis: et plusquam pro
phetam. Hic est de quo scriptum est. Ecce mit
to angelum meum ante faciem tuam: qui prepa
bit uiam tuam ante te. Dico enim uobis:
maior inter natos mulierum prophetia iohanne
baptista nemo est. Qui autem minor est
in regno dei: maior est illo. Et omnis populus
audiens et publicani iustificauerunt deum:
baptizati baptismo iohannis. Pharisei autem
et legisperiti consilium dei spreuerunt in semet
ipsos: non baptizati ab eo. Cui ergo similes
dicam homines generacionis huius: et cui similes
sunt: Similes sunt pueris sedentibus in foris
et loquentibus aduicem et dicentibus. Canta
uimus uobis tybiis. et non saltastis: la
mentauimus et non plorastis. Uenit enim
iohannes baptista neque manducans panem
neque bibens uinum: et dicitis demonium ha
bet. Uenit filius hominis manducans et
bibens: et dicitis. Ecce homo deuorator et
bibens uinum: amicus publicanorum et pec
catorum. Et iustificata est sapientia ab omnibus

filijs suis. Rogabat autē illū quidā de pha
riseis: ut manducaret cū illo. Et ingressus
domū pharisei: discubuit. Et ecce mulier
que erat in ciuitate peccatrix. ut cogno
uit qd̄ accubuisset in domo pharisei: attu
lit alabastrū vnguenti. et stans retro sec⁹
pedes eius lacrimis cepit rigare pedes eius:
et capillis capitis sui tergebat. Et oscula
batur pedes eius: et vnguēto vngebat. Vi
dens autē phariseus qui uocauerat eum:
ait intra se dicens. Hic si esset ꝓphā. sciret
vtiq; que et qualis mulier esset que tangit
eū: quia peccatrix est. Et rn̄dens ihūs: dix
it ad illū. Symon habeo tibi aliquid dicē.
At ille ait. Magister dic. Duo debitores e
rant cuidam feneratori. Vnus debebat de
narios quīgentos: et alius q̄nquaginta.
Non habentib; illis vnde redderent: dona
uit vtrisq;. Quis ergo eū plus diligit: Rn̄
dens symon dixit. Estimo: quia is cui pl⁹
donauit. At ille dixit ei. Recte iudicasti.
Et conuersus ad mulierē: dixit symoni.
Vides hanc mulierē: Intraui in domū tu
am: aquā pedibus meis non dedisti. Hc
autē lacrimis rigauit pedes meos: et ca
pillis suis tersit. Osculū michi non dedis
ti. Hec autē ex quo intrauit: non cessauit
osculari pedes meos. Oleo caput meū nō
vnxisti. Hec autē vnguento vnxit pedes
meos. Propter qd̄ dico tibi. Remittūtur ei
pcca multa: qm̄ dilexit multū. Cui aūt
minus dimittitur: minus diligit. Dix
it autē ad illam. Remittūtur tibi pcca.
Et ceperunt qui simul accūbebant dicē
intra se. Quis est hic qui etiā pcca dimit
tit: Dixit autē ad mulierem. Fides tua te
saluam fecit: uade in pace. VIII

Et fctm̄ est deinceps. et ipē iter fa
ciebat ꝑ ciuitates et castella pre
dicans et euangelizans regnū
dei: et duodecim cū illo. et mulieres alique
que erant curate a spiritib; malignis ⁊
infirmitatib;. Maria que uocatur mag
dalene de qua demoīa septē exierant: ⁊ io
hanna uxor cuze procuratoris herodis:
et susanna et alie multe que mīstrabāt

ei de facultatib; suis. Cum autē turba plu
ma conueniret et de ciuitatib; ꝓperarent
ad eum: dixit ꝑ similitudinē. Exijt qui
seminat semīare semen suū. Et dū semi
nat. aliud cecidit secus viam et conculca
tū est: et uolucres celi comederūt illud. Et
aliud cecidit sup̄ petrā: et natū aruit. qr
non habebat humorem. Et aliud cecidit
int̄ spinas: et simul exorte spine suffoca
uerunt illud. Et aliud cecidit in t̄ram bo
nam: et ortū fecit fructū centuplū. Hec
dicens clamabat. Qui habet aures audi
endi audiat. Interrogabant autē eū disci
puli eius: que eēt hec ꝑabola. Quibus
ipē dixit. Vobis datū est nosse misterium
regni dei: ceteris autē in ꝑabolis: ut vidē
tes non videant. et audientes nō intelligāt.
Est autē hec ꝑabola. Semen est uerbū dei.
Qui autē secus viam: hij sunt qui audi
unt. Deinde uenit dyabolus et tollit ūbū
de corde illoꝝ: ne credentes salui fiant. Nā
qui supra petram: qui cū audierint cum
gaudio suscipiūt uerbū. Et hij radices nō
habent: quia ad tempus credūt. et in tē
pore temptacionis recedūt. Qd̄ autē in
spinis cecidit: hij sunt qui audierūt et
a sollicitudinib; et diuicijs et uoluptati
bus uite eūtes suffocantur. et non referūt
fructū. Qd̄ autē in bonā terram: hij sūt
qui in corde bono et optimo audientes ū
bū retinent. et fructū afferūt in pacienci
a. Nemo autē lucernā accendens operit
eam uase. aut subtus lectū ponit: sed su
ꝑ candelabrū ponit. ut intrantes videāt
lumē. Non est enī occultū qd̄ non mani
festetur: nec absconditū qd̄ non cognos
catur et in palam ueniat. Videte ergo q̄
modo auditis. Qui eū habet dabit̄ illi:
et quicūq; non habet. etiam qd̄ putat se
habē auferet̄ ab illo. Venerūt autē ad il
lum mater et frēs eius: et non poterant
adire eum pre turba. Et nūciatū ē illi.
Mater tua et frēs tui stant foris: uolen
tes te uidere. Qui rn̄dens dixit ad eos. Ma
ter mea et fratres mei: hij sunt qui ūbū
dei audiūt et faciūt. Factū est autē in v

na dierū: et ipē ascendit in nauiculam
et discipuli eius. Et ait ad illos. Trans
fretemus trans stagnū. Et ascenderūt.
Nauigantibus autē illis: obdormiuit.
Et descendit ꝓcella venti in stagnū: et cō
plebantur et ꝑiclitabantur. Accedentes aūt:
suscitauerūt eum dicentes. Preceptor pe
rimus. At ille surgens increpauit ventū
et tempestatem aque. et cessauit: et fcā ē
tranquillitas. Dixit autē illis. Vbi ē fides
uīa: Qui timentes mirati sūt: dicentes
adinuicem. Quis putas hic est: Quia et
ventis imꝑat et mari: et obediūt ei. Ena
uigauerunt autē ad regionē gerasenoꝝ:
que est contra galileam. Et cū egressus eēt
ad terrā: occurrit illi vir quidam q̄ habe
bat demoniū iam temꝑibꝫ multis: et ues
timento non induebatur: neq; in domo
manebat. sed in monumētis. Is ut vidit
ihm ꝓcidit ante illū: et exclamans uoce
magna dixit. Quid mi et tibi est ihu fili
dei altissimi: Obsecro te: ne me torqueas.
Precipiebat eū spiritui īmūdo: ut exiret
ab homīe. Multis eū temꝑibꝫ arripie
bat illū: et vinciebatur catheuis et com
pedibꝫ custoditus: et ruptis vinculis ageba
tur a demonio in deserta. Interrogauit aūt
illū ihus dicens. Qd tibi nomen est: At
ille dixit. Legio. Quia intrauerant demo
nia multa in eū. Et rogabant illū: ne ī
paret illis ut in abyssum irent. Erat aūt
ibi grex porcoꝝ multoꝝ. pascenciū in mō
te. Et rogabant eū: ut ꝑmitteret eis in illos
ingredi. Et ꝑmisit illis. Exierūt ergo de
monia ab homīe. et intrauerūt in porcos:
et impetu abijt grex ꝑ ꝓceps in stagnū. ⁊
suffocatus est. Qd ut viderūt factum q̄
pascebant: fugerūt et nūciauerūt in ciui
tatem et in villas. Exierūt autē uidere qd
fcm est: et uenerunt ad ihm. Et īuenerūt
hoīem sedentē a quo demonia exierant ues
titū ac sana mente ad pedes eius: et timu
erūt. Nūciauerūt autē illis et qui uiderāt:
quomō sanus fcūs esset a legione. Et ro
gauerūt illū omīs multitudo regionis ge
rasenoꝝ ut discederet ab ipīs: quia timore

magno tenebantur. Ipē autē ascendens na
uem: reuersus est. Et rogabat illū vir a q̄
demonia exierant: ut cū eo esset. Dimisit
autē eum ihus dicens. Redi domū tuam:
et narra quāta tibi fecerit deus. Et abijt ꝑ
vniuersam ciuitatē: ꝑdicans q̄nta illi fecis
set ihus. Factū est autē cū redisset ihesus:
excepit illū turba. Erant eū omēs expec
tantes eum. Et ecce uenit vir cui nomen
iayrus. et ipē princeps synagoge erat: et
cecidit ad pedes ihu. rogans eum ut intra
ret in domū eius: quia filia vnica erat illi
fere annorū duodecim. et hec moriebatur.
Et contigit dū iret: a turbis cōprimebatur.
Et mulier quedā erat in fluxu sanguinis
ab annis duodecī: que in medicos eroga
uerat omnē substanciā suam: nec ab ul
lo potuit curari. Accessit retro. et tetigit fi
briam uestimenti eius: et confestim stetit
fluxus sanguīs eius. Et ait ihus. Quis
est qui me tetigit: Negantibꝫ autē omī
bus: dixit petrus et qui cū illo erāt. Pre
ceptor turbe te conꝑmūt et affligūt: ⁊ di
cis quis me tetigit: Et dixit ihus. Tetigit
me aliquis. Nam et ego noui virtutē de
me exisse. Videns autē mulier quia non
latuit: tremens uenit et ꝓcidit ante pe
des illius: et ob quam causam tetigerit e
um indicauit coram omī ꝑplo. et quēad
modū confestim sanata sit. At ipē dixit il
li. Filia fides tua te saluam fecit: uade in
pace. Adhuc illo loquēte: uenit quidā ad
principem synagoge dicens ei. Quia mor
tua est filia tua: noli uexare illū. Ihus
autē audito hoc uerbo: rndit patri puelle.
Noli timere: crede tantū. et salua erit. Et
cum uenisset ad domū: non ꝑmisit intrare
secū quēquā nisi petrū et iacobū et iohēm.
et patrē et matrē puelle. Flebant autē oēs:
et plangebant illam. At ille dixit. Nolite
flere. Non est mortua puella: sed dormit.
Et deridebant eū: scientes quia mortua
esset. Ipē autē tenens manū eius: clama
uit dicens. Puella surge. Et reuersus est
spūs eius: et surrexit continuo: et iussit il
li dari manducare. Et stupuerūt ꝑntes e

uis. Quibz pcepit: ne aliqui dicerent qd̄
factum erat. IX
Conuocans autē duodecim aplos:
dedit illis virtutē et pōtatem sup
omnia dēmonia. et ut languores curarent.
Et misit illos pdicare regnū dei: et sanare
infirmos. Et ait ad illos. Nichil tuleritis
in via: neq; virgam neq; peram neq; pa
nem neq; pecuniā: neq; duas tunicas ha
beatis. Et in quācūq; domū intraueritis: ibi
manete. et inde ne exeatis. Et quicūq; nō
receperint uos: exeuntes de ciuitate illa e
tiam pulueren pedū uōr excutite in tes
timoniū supra illos. Egressi autē circu
ibant p castella: euangelizantes et cura
tes ubiq;. Audiuit autem herodes tetrar
cha omnia que fiebant ab eo: et hesitabat
eo qd̄ dicerent a quibusdam quia iohēs
surrexit a mortuis. a quibusdam uero qa
helyas apparuit: ab alijs autē qa pphēta
unus de antiquis surrexit. Et ait herodes.
Johannē ego decollaui. Quis autē ē iste
de quo audio talia: Et quebat uidere eū.
Et reuersi apli: narrauerūt illi quecūq;
fecerūt. Et assumptas illis: secessit seor
sum in locū desertū. qui est bethsaide. Qd̄
cum cognouissent turbe: secute sūt illū.
Et excepit illos: et loquebatur illis de reg
no dei: et eos qui cura indigebant sana
bat. Dies autē cpperat declinare. Et ac
centes duodecim: dixerūt illi. Dimitte tur
bas. ut euntes in castella villasq; que cir
ca sunt diuertant. et inueniant escas: qa
hic in loco deserto sumus. Ait autē ad illos.
Vos date illis manducare. At illi dixerūt.
Non sunt nobis plus ꝯ quīq; panes et
duo pisces: nisi forte nos eamus et eme
mus in omnē hanc turbam escas. Erāt
autē fere uir quīq; milia. Ait autē ad
discipulos suos. Facite illos discūbere p
cōuiuia quīquagenos. Et discūbuerūt
ita omnes. Acceptis autē quīq; panib;
et duobz piscib; respexit in celum et bene
dixit illis et fregit: et distribuit discipu
lis suis ut ponerent ante turbas. Et man
ducauerūt omnes: et saturati sūt. Et sub
lati est qd̄ superauit illis fragmentoꝝ cophi
ni duodecim. Et factū est cū solus eēt ora
rent cū illo et discipuli. Et interrogauit il
los dicens. Quē me dicūt esse turbe: At
illi respondētes dixerūt. Johānem baptistam:
alij autē helyam: alij quia pphēta unus
de priorib; surrexit. Dixit autē illis. Vos
autē quē me esse dicitis: Respondens simon
petrus dixit. Xpm dei. At ille increpans
illos. pcepit ne cui dicerent hoc: dicens
quia oportet filiū hominis multa pati
reprobari a senioribz et principib; sacerdo
tum et scribis. et occidi. et tertia die resur
gere. Dicebat autē ad omnes. Si quis uult
post me uenire. abneget semetipm: et tollat
crucē suā cotidie. et sequatur me. Qui
enim uoluerit aiam suam saluā facere: p
det illam. Nam qui pdiderit aiam suam
propter me: saluā faciet illam. Quid enim
prodest homo si lucretur uniuersum mundū:
se autē ipm pdat et detrimentū sui faciat.
Nam qui me erubuerit et meos sermo
nes: hūc filius hominis erubescet cū uene
rit in maiestate sua et patris et sanctoꝝ
angelorum. Dico autē uobis: uere sūt ali
qui hic stantes qui non gustabūt mortē.
donec uideant regnū dei. Factū est autem
post hec uerba fere dies octo: et assumpsit
petrū et iacobū et johānem: et ascendit in
montē ut oraret. Et facta est dum ora
ret species uultus eius altera: et uestimē
tum eius albus refulgens. Et ecce duo uiri lo
quebant cū illo. Erant autē moyses et
helyas uisi in maiestate: et dicebant ex
cessum eius quē completurus erat ihe
rusalem. Petrus uero et qui cū illo erāt:
grauati erant somno. Et euigilantes
uiderunt maiestatem eius: et duos ui
ros qui stabant cū illo. Et factū est dū
discederent ab illo: ait petrus ad ihm.
Preceptor bonū est nos hic eē: et faca
mus tria tabernacula unū tibi. et unum
moysi et unū helye: nesciens quid diceret.
Hec autē illo loquente. facta est nubes et
obumbrauit eos: et timuerūt intrantibz
illis in nubem. Et uox facta est de nube

lu. xcvij ay^e c lxvi ay^r lxxxvij jo. lxxxvij

lu. xcvij ay^e clxxvij

lu. xcvij ay^e clxxvij ay^r lxxxvij

lu. xcvij ay^e clxxvij ay^r lxxxvij

lu. xcvij ay^e clxxvij ay^r lxxxvij

dicens: Hic est filius meus dilectus: ipsum audite. Et dum fieret uox: inuentus est ihs solus. Et ipi tacuerunt: et nemini dixerunt. in illis diebus quicq̃ ex his que uiderant. Factum est autē in sequenti die descendentibz illis de monte: occurrit illi turba multa. Et ecce uir de turba exclamauit dicens, Magr obsecro te respice in filium meum: quia unicus est mihi. Et ecce spūs apprehendit illum. et subito clamat et elidit et dilipat eum cū spuma: et uix discedit dilanians eum. Et rogaui discipulos tuos ut eicerent illum: et non potuerunt. Respondens autē ihs dixit. O generatio infidelis et peuersa: usq̃ quo ero apud uos et patiar uos: Adduc huc filium tuum. Et cū accederet: elisit illum demonium et dilipauit. Et increpauit ihs spiritui immundo. et sanauit puerum: et reddidit illum patri eius. Stupebant autē omnes in magnitudine dei. Omnibz et mnibus in omnibus que faciebat: dixit ad discipulos suos. Ponite uos in cordibz uris sermones istos. filius enim hominis futurum est ut tradatur in manus hom̃. At illi ignorabant uerbum istud: et erat uelatum ante eos ut non sentirent illud. Et timebant interrogare eum de hoc uerbo. Intrauit autē cogitatio in eos: quis eorum maior esset. At ihs uidens cogitationes cordis illorum: apprehendens puerum statuit eum secus se. et ait illis. Quicūq̃ susceperit puerum istum in nomine meo: me recipit. Et quicūq̃ me recepit: recipit eum qui me misit. Nam qui minor est. inter omnes uos: hic maior est. Respondens autē iohannes dixit. Preceptor uidimus quendam in nomine tuo eiicientē demonia: et prohibuimus eum: quia non sequitur nobiscum. Et ait ad illos ihs. Nolite prohibere. Qui enim non est aduersum uos: pro uobis est. Factum est autē cū complerentur dies assumptionis eius: et ipe faciem suam firmauit ut iret ihlm. Et misit nuncios ante conspectum suum. Et euntes intrauerūt in ciuitatem samaritanorum: ut parent illi. Et non receperunt eum: quia facies eius erat euntis ihlm. Cum uidissent autē discipuli eius iacobus et iohannes: dixerunt. Domine uis dicimus ut ignis descendat de celo: et consumat illos: Et conuersus increpauit illos: et dixit. Nescitis cui spūs estis. Filius hominis non uenit animas perdere: sed saluare. Et abierunt in aliud castellum. Factum est autē ambulantibz illis in uia: dixit quidam ad illum. Sequar te quocūq̃ ieris. Et ait illi ihs. Vulpes foueas habent et uolucres celi nidos: filius autem hominis non habet ubi caput reclinet. Alii autē ad alterum. Sequere me. Ille autē dixit. Domine permitte mihi primum ire: et sepelire patrem meum. Dixitq̃ ei ihs. Sine ut mortui sepeliant mortuos suos: tu autem vade annūcia regnum dei. Et alius dixit. Sequar te domine: sed primum permitte mihi renūciare his qui domi sunt. Ait ad illum ihs. Nemo mittens manum suam in aratrum et aspiciens retro: aptus est regno dei.

Post hec autē designauit dns et alios septuaginta duos: et misit illos binos ante faciem suam. in omnem ciuitatem et locum quem erat ipse uenturus. Et dicebat illis. Messis quidem multa: operarii autē pauci. Rogate ergo dnm messis: ut mittat operarios in messem suam. Ite. Ecce ego mitto uos: sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculum neq̃ peram neq̃ calciamenta: et neminem per uiam salutaueritis. In quamcūq̃ domum intraueritis: primum dicite. Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis: requiescet super illam pax uestra. Sin autem: ad uos reuertetur. In eadem autē domo manete: edentes et bibentes que apud illos sunt. Dignus est enim operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domum. Et in quamcūq̃ ciuitatem intraueritis et susceperint uos: manducate que apponuntur uobis: et curate infirmos qui in illa sunt. et dicite illis. Appropinquauit in uos regnum dei. In quamcūq̃ ciuitatem intraueritis et non receperint uos: egressi in plateas

eius dicate. Eras̄ pulueꝛē qui adhesit nobis de ciuitate uīa: exīgimus in uos. Cameꝝ hoc facite: quia appropinquauit regnū dei. Dico uob: quia sodomis in die illa ꝛe nullius erit ꝙ illi ciuitati. Ve tibi corozaī. ve tibi bethsaida: quia si in tyro et sydone facte fuissent uirtutes que in uobis facte sunt: olim in cilicio et cinere sedentes penitentiā egissent. Verūptamen. tyro et sydoni remissius erit in iudicio ꝙ uobis. Et tu capharnaum nūq̄ ad celū exaltaꝝ: usq; ad infernū descendes. Qui uos audit: me audit. Et qui uos spnit: me spnit. Qui autem me spnit: spernit eum qui me misit. Reuersi sunt autē septuaginta duo cū gaudio dicentes. Dñe: etiam demonia subiciunt nobis in nomīe tuo. Et ait illis. Videbam sathanā sicut fulgur de celo cadentē. Ecce dedi uob potestatem calcandi supra serpentes et scorpiones. et sup̄ omnē uirtutē inimici: et nichil uob nocebit. Verūptamen in hoc nolite gaudere: quia spūs uobis subiciuntur. Gaudete autem: qd̄ nomīa uīa scripta sunt in celis. In ipa hora exultauit spū sco: et dixit. Confiteor tibi pater. dñe celi et tre: qd̄ abscondisti hec a sapientib; et prudentib;: et reuelasti ea paruulis. Etiam pater: quia sic placuit ante te. Omnia mi tradita sunt a patre meo. Et nemo scit qui sit filius nisi pat̄: et qui sit pater nisi filius. et cui uoluerit filius reuelare. Et conūsus ad discipulos suos. dixit. Beati oculi: qui uident que uos uidetis. Dico enim uobis: qd̄ multi pphete et reges uoluerūt uidē que uos uidetis et non uiderūt: et audire que auditis et non audierūt. Et ecce quidā legisperitus surrexit: temptans illum et dicens. Magister: quid faciendo uitam eternam possidebo? At ille dixit ad eū. In lege quid scriptū est? Quomō legis? Ille respondens dixit. Diliges dñm deū tuū ex toto corde tuo. et ex tota aīma tua. et ex omnibus uiribus tuis. et ex omni mente tua: et proximū tuū sicut teipm. Dixitq; illi. Recte respondisti. Hoc fac et uiues. Ille autē uolens iustificare seipm: dixit ad ihm. Et quis est meus proximus? Suscipiens autē ihs dixit. Homo quidā descendebat ab ihlm in ihericho: et incidit in latrones. Qui etiam despoliauerūt eum: et plagis impositis abierūt semiuiuo relicto. Accidit autē ut sacerdos quidam descenderet eadē via: et uiso illo pterijt. Similiter et leuita cū esset secus locū et uidisset eum: pterijt. Samaritanus aūt quidā iter faciens uenit secus eū: et uidens eum misericordia motus est. Et appropians alligauit uulnera eius: infundens oleū et uinū. Et imponens illū in iumentū suum duxit in stabulū: et curam eius egit. Et altera die, protulit duos denarios: et dedit stabulario et ait. Curam illius habe. Et qd̄cūq; superogaueris: ego cum rediero reddam tibi. Quis horū trium uidetur tibi, proximus fuisse illi qui incidit in latrones? At ille dixit. Qui fecit misericordiam in illū. Et ait illi ihs. Vade: et tu fac similiter. Factū est autem dū irent. et ipe intrauit in quoddam castellū: et mulier quedam martha nomine excepit illū in domū suam. Et huic erat soror nomīe maria: que etiam sedens secus pedes dñi audiebat uerbū illius. Martha autē satagebat circa frequens ministeriū. Que stetit et ait. Dñe non est tibi cure: qd̄ soror mea reliquit me solam ministrare? Dic ergo illi: ut me adiuuet. Et respondens dixit illi dñs. Martha martha sollicita es: et turbaris erga plurima. Porro unū est necessariū. Maria optimā partem elegit: que non auferetur ab ea.

Et factū est cum esset in loco quodam orans: ut cessauit. dixit unus ex discipulis eius ad eum. Dñe doce nos orare: sicut et iohes docuit discipulos suos. Et ait illis. Cum oratis dicite. Pater. sanctificetur nomē tuū: adueniat regnū tuū. Panē nr̄m cotidianū da nobis cotidie: et dimitte nobis pcā nra. siquidē et ipi dimittimus omni debenti nobis: et ne nos inducas in temptacionē. Et ait ad illos. Quis uestrum habebit amicū. et ibit ad illum media nocte. et dicet illi amice cōmoda mihi tres panes quia amicus meus uenit de uia ad me. et non habeo qd̄ ponam ante illum:

et ille deintus rñdens dicat. noli mihi mo
lestus ee. iam ostiñ clausñ est. et pueri me
i mecñ sunt in cubilo. non possñ surgere
et dare tibi. Et ille si pseuerauerit pulsans
dico uobis et si non dabit illi surgens eo q̄
amicus eius sit: ꝓ̄ impbitatem tamē e⁹
surget et dabit illi quotq̄ habet necessa
os. Et ego uobis dico. Petite: et dabitur uo
bis. Querite: et ñuenietis. Pulsate: et ap
ietur uobis. Omis enī qui petit accipit: et
qui querit ñuenit: et pulsanti apietur. Qs
autē ex uobis patrē petit panē: nūquid
lapidem dabit illi? Aut piscem: nūquid p
pisce serpentē dabit illi? Aut si petierit ouñ:
nūquid porriget illi scorpionē? Si ergo
vos cū sitis mali nostis bona data dare fi
lijs uris: q̄to magis pater uester de celo da
bit spīm bonñ petentibz se? Et erat eiciens
demonium: et illud erat mutum. Et cū eiecisset
demonium. locutus est mutus: et admirate
sunt turbe. Quidam autē ex eis dixerunt.
In beelzebub principe demoniorz: eiat de
monia. Et alij temptantes: signū de celo
querebant ab eo. Ipe autē ut uidit cogi
tationes eorz: dixit eis. Omne regnū in se
ipm diuisñ desolabitur: et domus supra
domū cadet. Si autē et sathanas in sep
sum diuisus est. quomō stabit regnū ipi:
quia dicitis in beelzebub eicio me demonia.
Si autē ego in beelzebub eicio demonia: fi
lij uri in quo eiciūt? Ideo ipi iudices uestri
erūt. Porro si in digito dei eicio demonia: p
fecto puenit in uos regnū dei. Cū fortis ar
matus custodit atrium suum: in pace sunt
ea que possidet. Si autē fortior illo supue
niens uicerit eum: uniūersa arma eius au
fert in quibz confidebat: et spolia eius dis
tribuet. Qui nō est mecñ: aduersñ me e.
Et q̄ nō colligit mecñ: dispgit. Cū īmūd⁹
spūs exierit de homīe. pambulat p loca in
aquosa. q̄rens requiem: et non ñuenies
dicit. Reuertar in domū meā: unde exiui.
Et cū uenerit: ñuenit scopis mūdatā. Et
tunc uadit et assumit septem alios spūs
nequiores se: et ingressi habitant ibi. Et
sunt nouissima homīs illius: peiora pri

ornibus. Iesu autē cum hec diceret: extollēs
uocem quedam mulier de turba dixit illi.
Beatus uenter qui te portauit: et ubera que
suxisti. At ille dixit. Quinymo. Beati qui au
diunt uerbum dei: et custodiunt illud. Turbis
autē concurrentib⁹: cepit dicere. Generatio ꝑ
uersa est. Signū querit: et signū
non dabitur illi. nisi signū ione. Nam si
cut fuit ionas signū ninuitis: ita erit et
filius hois generationi isti. Regina austri
surget in iudicio cū uiris generationis hui⁹:
et condēpnabit illos: quia uenit a finib⁹
terre audire sapiam salomonis. Et ecce plꝰ
q̄m salomon hic. Uiri ninuite surgent
in iudicio cū generatione hac. et condemp
nabūt illā: quia penitentiam egerūt ad p
dicationē ione. Et ecce plusq̄ ionas hic. Ne
mo lucernam accendit et in abscondito
ponit. neq; sub modio. sed sup̄ candelabꝝ:
ut qui ingrediūtur lumē uideant. Lucerna
corpis tui: est oculus tuus. Si oculus tuꝰ
fuerit simplex: totū corpus tuū lucidū e
rit. Si autē nequā fuerit: etiam corpus tu
um tenebrosū erit. Vide ergo: ne lumē q̄d
in te ē tenebre sint. Si ergo corpus tuū to
tum lucidū fuerit. non habens aliquā p
tem tenebrar: erit lucidū totū. Et sicut fu
tura fulgoris illuminabit te. Et cū loqueretur
rogauit illū quidā phariseus ut prandiret
apud se. Et ingressus recubuit. Phariseꝰ
us autē cepit intra se reputans dicē: quare
non baptizatus est ante prandiū. Et ait
dñs ad illū. Nunc uos pharisei q̄ de foris
est calicis et catini mūdatis: q̄ autē intꝰ
ē uestrū. plenū est rapina et iniquitate. Stul
ti: nōne qui fecit q̄ defors est. etiā id q̄
intus est fecit? Verūptamē q̄ superest date
elemosinam: et ecce omnia mūda sunt uo
bis. Sed ue uobis pharisei: quia decimas
mentā et rutam et omne olus: et pter
itis iudiciū et caritatē dei. Hec autē oport
uit facere: et illa non omittere. Ue uobi
pharisei: quia diligitis ꝓmas cathedras
in synagogis. et salutationes in foro. Ue
uobis qui estis ut monumenta que nō
parent: et homines ambulantes sup̄ nesci

Lu. c xxv. aſ. lxij.

Lu. c xxvi aſ. c xlv

Lu. c xxvij aſ. c xxi aſ. xxxij

Lu. c xxviij aſ. c xxvij Lu. c xxix aſ. c xxvij aſ. xxxiij

Lu. c xxx aſ. c xxix

Lu. c xxxi aſ. c xxx aſ. xxxiij

lu. c xxxix
ad. xxxvij

unt. Rndrus autē quidā ex legisptis: aut
illi. Magister. hec dicens etiam nobis cō
tumeliam facis. Ac ille ait. Et uobis legis
peritis ve: qā oneratis hoīes oneribz que
portari uoū possūt. et ipi uno digito uō
uon tangitis sarcinas. Ve uobis qui edi
ficatis uonumeta pphar: patres autem
uī occiderūt illos. Ptesto testificamī. qđ
consentitis opibz patrū uōrz: quoniam
ipi eos occiderūt: uos autē edificatis eor
sepulchra. Ppter et sapientia dei dixit. Mit
tam ad illos pphas et aplos. et ex illis occi
dent et plequentur: ut inquiratur sangu
uis oīm pphetar. qui effusus est a constī
tutione uūdi a generatione ista: a sangui
ne abel usq; ad sanguinē zacharie qui
perijt inter altare et edem. Ita dico uobis:
requiretur ab hac generatione. Ve uobis
legisptis: quia tulistis clauē scientie. et
ipi non introistis: et eos qui introibant
pohibuistis. Cum hec ad illos diceret: cepe
runt pharisei et legisptis grauiter insistere.
et os eius opprimere. de multis insidiantes
ei. et querentes capere aliquid ex ore eius. ut
accusarent eum.

XII

Turbis autē turbis circūstantibz.
ita ut se inuicem conculcarent: ce
pit dicere ad discipulos suos. Ac
tendite a fermento pharisevz: qđ est ypo
crisis. Nichil autē opti est qđ non reuele
tur: neq; absconditū qđ non sciatur. Quā
que in tenebris dixistis: in lumīe dicent.
Et qđ in aure locuti estis in cubiculis: pre
dicabitur in tectis. Dico autē uob amicis
meis: ne timeatis ab hijs qui occidūt corp⁹
et post hec non habent amplius quid face
ant. Ostendam autē uobis: quē timeatis.
Timete eum: qui postq̄ occiderit. habz pō
tem mittere in gehennā. Ita dico uob: hūc
timete. Nōne quīq; passeres veneūt dypō
dio⁹: et unus ex illis non est in obliuione
coram deo: Sed et capilli capitis uī. oēs
numerati sunt. Nolite ergo timere: multis pas
seribz pluris estis. Dico autē uob. Omnis
quicūq; confessus fuit me coram hoīibus:
et filius hoīis confitebit illū coram ange

lis dei. Qui autē negauerit me coram hoī
bus: denegabitur coram angelis dei. Et
omnis qui dixerit uerbū in filiū hoīis: remit
tetur illi. Ei autē qui in spīm scīm blas
phemauit: non remittetur. Cum autem
inducent uos in synagogas et ad magis
tratus et potestates: nolite sollicti esse qua
liter aut quid respondeatis. aut quid dicatis.
Spūs enī scīs docebit uos in ipa hora que
oporteat dicere. Ait autē ei quidam de turba.
Magister: dic frī meo ut diuidat mecū he
reditatem. At ille dixit ei. Homo⁹: quis me
constituit iudicem aut diuisorem sup uos?
Dixitq; ad illos. Videte et cauete ab oīi
auaricia: qr non in habundantia cuiusq;
uita eius est ex hijs que possidet. Dixit
autē similitudinē ad illos dicens. Ho
minis cuiusdam diuitis uberes fructus
agerr attulit: et cogitabat intra se dicens.
Quid faciam. qđ non habeo quo congre
gem fructus meos? Et dixit. Hoc faciā.
Destruam horrea mea et maiora faciā:
et illuc congregabo oīa que nata sūt
michi et bona mea: et dicam āīme mee.
Anima habes multa bona posita in an
nos plimos: requiesce. comede. bibe. epu
lare. Dixit autem illi deus. Stulte: hac
nocte āīam tuam reperūt a te. Que autē
parasti cuius erūt? Sic est qui sibi thesauri
zat: et non est in deū diues. Dixitq; ad dis
cipulos suos. Ideo dico uobis: nolite sol
licti esse āīe ure quid manducetis: neq;
corpi uō quid uestiamī. Anima plus
est qī esca: et corpus plusq̄ uestimentū. Cō
siderate coruos qā non seminat neq; me
tunt: quibz non est cellarium neq; horreum:
et deus pascit illos. Quāto magis uos
pluris estis illis? Quis autē uīm cogitan
do potest adicere ad staturam suam cubi
tum unū? Si ergo neq; qđ minimum est pote
stis: quid de ceteris sollicti estis? Conside
rate lilia quomō crescūt: nō laborant non
nent. Dico autē uobis: nec salomon in
oīi gloria sua uestiebatur sicut unū ex
istis. Si autē fenum qđ hodie in agro est et
cras in clibanum mittitur. deus sic uestit?

lu. c xlvi
ad. xxxvij
ad. lxxxvi
lu. c xlvii
ad. c xxxij
ad. xxxvij

lu. c xlviij
ad. lxxxviij
ad. c xlj.

lu. c xlix

lu. c l.
ad. xxxix

quãto magis uos pusille fidei: Et uos no
lite querere quid manducetis aut quid bi
batis: et nolite in sublime tolli. Hec enim
omnia gentes mundi querunt. Pater autem
uester scit: quoniam hiis indigetis. Verumptamen
querite regnum dei: et hec omnia adicientur
uobis. Nolite timere pusillus grex: quia
complacuit patri uestro dare uobis reg
num. Vendite que possidetis: et date elemo
sinam. Facite uobis sacculos qui non ve
terescunt: thesaurum non deficientem in celis:
quo fur non appropiat. neque tinea corrum
pit. Ubi enim thesaurus uester est: ibi et cor
uestrum erit. Sint lumbi uestri precincti: et lucer
ne ardentes. Et uos similes hominibus expec
tantibus dominum suum quando reuertatur a nupci
is: ut cum uenerit et pulsauerit confestim
aperiant ei. Beati serui illi: quos cum uenerit
dominus inuenerit uigilantes. Amen dico uobis:
quod precinget se et faciet illos discumbere. et trans
ieus ministrabit illis. Et si uenerit in secunda
uigilia. et si in tercia uigilia uenerit. et ita in
uenerit: beati sunt serui illi. Hoc autem scitote:
quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur
ueniret: uigilaret utique et non sineret per
fodi domum suam. Et uos estote parati: quia
qua hora non putatis filius hominis ueni
et. Ait autem ei petrus. Domine ad nos dicis
hanc parabolam: an ad omnes: Dixit autem
dominus. Quis putas est fidelis dispensator
et prudens: quem constituit dominus super fami
liam suam. ut det illis in tempore tritici men
suram: Beatus ille seruus: quem cum uenerit
dominus. inuenerit ita facientem. Vere dico uobis:
quia super omnia que possidet constituet il
lum. Quod si dixerit seruus ille in corde suo.
moram facit dominus meus uenire. et ceperit
percutere pueros et ancillas et edere et bibere
et inebriari: ueniet dominus serui illius in die
qua non sperat et hora qua nescit: et diui
det eum. pertemque eius cum infidelibus ponet.
Ille autem seruus. qui cognouit uolunta
tem domini sui et non preparauit. et non fecit se
cundum uoluntatem eius: uapulabit mul
tis. Qui autem non cognouit et fecit dig
na: plagis uapulabit paucis. Omni autem

cui multum datum est: multum queretur ab eo.
Et cui commendauerunt multum: plus petent
ab eo. Ignem ueni mittere in terram: et quid uo
lo nisi accendatur: Baptisma autem habe
o baptizari: et quomodo coartor usque dum
perficiatur: Putatis quia pacem ueni da
re in terram: Non dico uobis: sed separacio
nem. Erunt enim ex hoc quinque in domo una
diuisi: tres in duo et duo in tres diuidentur.
Pater in filium: et filius in patrem suum.
Mater in filiam: et filia in matrem. Socrus
in nurum suam: et nurus in socrum suam. Dice
bat autem et ad turbas. Cum uideritis nu
bem orientem ab occasu. statim dicitis nym
bus uenit: et ita fit. Et cum austrum flantem:
dicitis quia estus erit. et fit. Ypocrite faci
em celi et terre nostis probare: hoc autem
tempus quomodo non probatis: Quid autem
et a uobis ipsis non iudicatis quod iustum est: Cum
autem uadis cum aduersario tuo ad principem
in uia. da operam liberari ab illo: ne forte tra
hat te ad iudicem et iudex tradat te exacto
ri. et exactor mittat te in carcerem. Dico ti
bi: non exies inde. donec etiam nouissimum
minutum reddas.

XIII

Aderant autem quidam ipso in tempore
nunciantes illi de galileis: quorum
sanguinem pylatus miscuit cum
sacrificiis eorum. Et respondens dixit illis. Puta
tis quod hii galylei pre omnibus galileis pecca
tores fuerunt: quia talia passi sunt: Non dico
uobis. Sed nisi penitenciam habueritis: om
nes similiter peribitis. Et sicut illi decem et
octo supra quos cecidit turris in syloam:
et occidit eos. Putatis quia et ipsi debito
res fuerunt preter omnes habitantes in iheru
salem: Non dico uobis. Sed si non peniten
ciam egeritis: omnes similiter peribitis. Dice
bat autem hanc similitudinem. Arborem
fici habebat quidam plantatam in uinea sua:
et uenit querens fructum in illa. et non in
uenit. Dixit autem ad cultorem uinee. Ecce
anni tres sunt ex quo uenio querens fructum
in ficulnea hac: et non inuenio. Succide ergo
illam. Ut quid etiam terram occupat: At
ille respondens: dixit illi. Domine dimitte illam

et hoc anno: usq; dum fodiam circa illā.
et mittā stercora. Et si quidē fecerit fruc
tum: sin autē in futurū succides eam. Erat
autē docens in synagoga eor sabbis. Et
ecce mulier que habebat spīm infirmita
tis annis decem et octo: et erat inclinata.
nec omno poterat sursū respicere. Quam
aū vidisset ihūs: vocauit ad se. et ait illi.
Mulier: dimissa es ab infirmitate tua. Et
posuit illi manus: et confestim erecta ē:
et glorificabat deū. Respondens autē archisy
nagogus indignans quia sabbo curasset
ihūs: dicebat turbe. Sex dies sunt: in qui
bus oportet operari. In hijs ergo venite et
curamini: et non in die sabbi. Respondit autē
ad illū dūs: et dixit. Ypocrite: vnusquis
q; in sabbo non soluit bouem suū aut
asinū a presepio. et ducit adaquare: Hanc aū
filiam abrahe quā alligauit satanas
ecce decem et octo annis. non oportuit solui
a vinculo isto die sabbi: Et cum hec diceret:
erubescebant omnes aduersarij eius. Et o
mnis plus gaudebat in vniuersis: que glori
ose fiebant ab eo. Dicebat ergo. Cui simi
le est regnū dei: et cui simile ē existimabo
illud: Simile est grano synapis: qd acceptū
tum homo misit in ortū suū et creuit. Et
factū est in arborem magnā: et volucres
celi requieuerūt in ramis eius. Et iterū
dixit. Cui simile estimabo regnū dei: Si
mile est fermento: qd acceptū mulier ab
scondit in farine sata tria. donec fermen
tatum est totū. Et ibat per ciuitates et castel
la docens: et iter faciens in ihlm. Ait au
tem illi quidam. Dne: si pauci sunt q; sal
uantur: Ipe autē dixit ad illos. Conten
dite intrare per angustam portam: qa mul
ti dico vobis querunt intrare et nō poterūt.
Cum autē intrauerit paterfamilias et
clauserit ostiū: et incipietis foris stare et
pulsare ostiū dicentes. Dne aperi nobis.
Et respondens dicet vobis. Nescio vos vnde si
tis. Tunc incipietis dicere. Manducauī
mus coram te et bibimus: et in plateis nris
docuisti. Et dicet vob. Nescio vos vnde si
tis. Discedite a me omnes operarij iniqui
tatis: ibi erit fletus et stridor dentiū. Cum
videritis abraham et ysaac et iacob et om
nes pphetas in regno dei: vos autē expelli
foras. Et venient ab oriente et occidente
et aquilone et austro: et accūbent in reg
no dei. Et ecce sūt novissimi qui erūt pri
mi: et sunt primi qui erant novissimi. In
ipsa die: accesserūt quidam phariseor dicē
tes illi. Exi et vade hinc: quia herodes vult
te occidere. Et ait illis. Ite et dicite vulpi il
li. Ecce ejicio demonia et sanitates perfi
cio hodie et cras: et tertia die consummor. Verūm
tamen oportet me hodie et cras et sequēti
ambulare: quia non capit pphetā perire
extra ihlm. Ihlm ihlm que occidis pro
phetas et lapidas eos qui missi sunt ad te:
quoties volui congregare filios tuos q̄
admodū avis nidū suū sub pennis: et no
luisti. Ecce relinquetur vobis desertus do
mus vestra. Dico autē vobis: qa non vide
bitis me donec veniat ut dicatis. Benedictus
qui venit in nōe dni.

XIIII

Et factū est cum intraret in domū
cuiusdam principis pharisei sab
bo manducare panem: et ipi
observabant eū. Et ecce homo quidā hydro
picus erat ante illū. Et respondens ihūs: dixit
ad legispertos et pharisēos dicens. Si
licet sabbato curare: At illi tacuerūt. Ipe
vero apprehensū sanauit eū: ac dimisit.
Et respondens ad illos dixit. Cuius vestrum
aut bos in puteū cadet: et non continuo
extrahet illum die sabbi: Et non poterant
ad hec respondere illi. Dicebat autē et ad invita
tos parabolam. intendens quomō primos
accubitus eligerent: dicens ad illos. Cū
invitatus fueris ad nuptias non discum
bas in primo loco: ne forte honoratior te
sit invitatus ab eo: et veniens is qui te et
illum vocauit dicat tibi. Da huic locū.
Et tunc incipias cum rubore novissimum
locū tenere. Sed cum vocatus fueris. vade
recumbe in novissimo loco: ut cum venerit
qui te invitauit dicat tibi. Amice ascen
de superius. Tunc erit tibi gloria: coram si
mul discumbentibus. Quia omnis qui se exal

tat humiliabitur: et qui se humiliat exal
Iu. c lxxx tabitur. Dicebat autē et ei qui se īuitaue
rat. Cum facis prandiū aut cenam. no
li vocare amicos tuos neq; frēs tuos. ne
q; cognatos neq; vicinos diuites: ne for
te et ipi te reīuitent. et fiat tibi retribucō.
Sed cū facis cōuiuiū uoca paupes debiles
claudos cecos: et btūs eris quia non ha
bent retribuere tibi. Retribuetur eīm tibi: ī
resurrectione iustor. Hec cū audisset qui
dam de simul discūbentib; dixit illi. Be
atus qui manducabit panē in regno dei.
Iu. c lxxxi Mt. cc xxi At ipe dixit illi. Homo quidam fecit ce
nam magnā: et uocauit multos. Et mi
sit seruū suū hora cene dicere īuitatis ut
venirent: quia iam pata sunt omīa. Et
ceperūt simul omnes excusare. Primus
dixit ei. Villam emi: et necesse habeo exi
re et videre illam. Rogo te: habe me excu
satum. Et alter dixit. Iuga boum emi qn
q; et eo pbare illa. Rogo te: habe me excu
satum. Et alius dixit. Vxorem duxi: et i
deo non possum venire. Et reuersus seruꝰ:
nūciauit hec dño suo. Tunc iratus pater
familias: dixit seruo suo. Exi cito in pla
teas et uicos ciuitatis: et paupes ac debi
les et cecos et claudos introduc huc. Et a
it seruus. Dñe fctm est ut impasti: et ad
huc locus ē. Et ait dñs seruo. Exi in vias.
et sepes et compelle intrare: ut impleatur
domus mea. Dico autē uobis: qd nemo vi
rorum illor qui uocati sunt gustabit ce
Iu. c lxxxii Mt. xcvi. nam meam. Ibant autē turbe multe cū
eo: et conuersus dixit ad illos. Si quis veīt
ad me et non odit prēm suū et matrē et ux
orem et filios et frēs et sorores adhuc aūt
et aīam suam: non potest meus ēē disci
pulus. Et qui non baiulat crucē suam et
venit post me: non potest meus ēē disci
Iu. c lxxxiii. pulus. Quis eīm ex uobis uolens turrē
edificare: nonne pius sedens computat sūp
tus qui necessarii sunt. si habeat ad pficiē
dum: Ne postea qm posuit fundamentū
et non potuerit pficere. omēs qui vident in
cipient illudere ei dicentes: quia hic homo
cepit edificare et non potuit consūmare.

Aut quis rex iturus cōmittere bellū aduer
sus aliū regem: nōne sedens prius cogi
tat si possit cum decem milib; occurrere ei.
qui cū viginti milib; venit ad se: Alioqn
adhuc illo longe agente: legacionē mit
tens rogat ea que pacis sunt. Sic ergo
omīs ex uobis qui non renūciat omib;
que possidet: non pt meus esse discipulus.
Bonū est sal. Si autē sal quoq; euanue
rit: in quo condietur: Neq; in terram nec
in sterquilinium utile est: sed foras mittet.
Qui habz aures audiendi audiat. XV
Erant autē appropinquātes ei
publicani et pctores: ut audirent
illū. Et murmurabant pharisei
et scribe dicentes. Quia hic pctores recipit:
et manducat cū illis. Et ait ad illos parabo
lam istam dicens. Quis ex uobis homo
qui habet centū oues: et si pdiderit vnam
ex illis. nōne dimittit nonaginta nouem
in deserto et uadit ad illam que perierat. do
nec īueniat illam: Et cū īuenerit eam: ipo
nit in humeros suos gaudens. Et ueniens
domū: cōuocat amicos et vicinos dicēs illis.
Congratulamini michi: qr īueni ouē meā
que perierat. Dico uobis: qd ita gaudiū erit
in celo sup vno pctore penitenciam agente:
qm supra nonaginta nouē iustis qui non
indigent penitencia. Aut que mulier ha
bens dragmas decem: si pdiderit dragmā
vnā. nōne accendit lucernā et euertit domū
et querit diligenter donec īueniat: Et cū in
uenerit: cōuocat amicas et vicinas dicēs.
Congratulamini michi: quia īueni drag
mam. quā pdideram. Ita dico uobis: gau
diū erit coram angelis dei. sup vno pctore
penitenciā agente. Ait autē. Homo quidā
habuit duos filios: et dixit adolescencior
ex illis patri. Pater. da michi porcionē sub
stancie: que me contingit. Et diuisit illis
substanciam. Et non post multos dies con
gregatis omib;. adolescencior filius peregre
profectus est in regionē longinquā: et ibi
dissipauit substanciā suam viuendo luxuri
ose. Et postqm omīa consūmasset: fcta ē fa
mes ualida in regione illa. et ipe cepit egere.

Et abiit et adhesit uni ciuiū regionis illi⁹:
et misit illū in villam suam ut pasceret
porcos. Et cupiebat implere ventrē suum
de siliquis quas porci manducabant: ⁊ ne
mo illi dabat. In se autē reuersus dixit. Quā
ti mercenarij in domo pr̄is mei habūdant
panibꝫ: ego autē hic fame pereo. Surgā
et ibo ad patrem meū: et dicam illi. Pater
peccaui in celū et coram te. et iam non sū
dignus uocari filius tuus: fac me sicut
unū de mercenarijs tuis. Et surgens uenit
ad patrē suū. Cum autē adhuc longe essꝫ:
vidit illum pater ip̄ius. et miscd̄ia motus
est. Et accurrens cecidit sup̄ collū eius: et
osculatus est eū. Dixitqꝫ ei filius. Pater
peccaui in celū et coram te: iam non sū dig
nus uocari filius tuus. Dixit autē pater
ad seruos suos. Cito p̄ferte stolam primā
et induite illū: et date anulū in manu e
ius. et calciamenta in pedes. Et adducite
vitulū saginatū et occidite. et manduc e
mus et epulemur: quia hic filius meus mor
tuus erat et reuixit: p̄ierat et inuentus est.
Et ceperūt epulari. Erat autē filius eius
senior in agro. Et cū ueniret et appropinq̄ret
domui: audiuit symphoniā et chorū. Et uo
cauit unū de seruis: et interrogauit que hec
essent. Isqꝫ dixit illi. Frater tuus uenit: et
occidit pater tuus vitulū saginatū: q̄a sal
uum illū recepit. Indignatus est autē: et
nolebat introire. Pater ergo illius egressꝰ:
cepit rogare illū. At ille rn̄dens: dixit patri
suo. Ecce tot ānis seruio tibi. et nūq̄ man
datū tuū preteriui: et nūq̄m dedisti michi
hedū ut cū amicis meis epularer. Sꝫ post
q̄m filius tuus hic qui deuorauit substan
ciam suā cū meretricibꝫ uenit: occidisti il
li vitulū saginatū. At ip̄e dixit illi. Fili tu
semp̄ mecū es: et omnia mea tua sūt. Epu
lari autē et gaudē oportebat: quia frater
tuus hic mortuus erat et reuixit: p̄ierat
et inuentus est.

XVI

Dicebat autē et ad discipulos suos:
Homo quidam erat diues q̄ habe
bat villicū: et hic diffamatus ē
apud illū quasi dissipasset bona ip̄ius. Et
uocauit illū: et ait illi. Quid hoc audio
de te: Redde racionē villicacionis tue. Iā
enī non poteris villicare. Ait autē villicꝰ
intra se. Quid faciam: quia dn̄s meus au
fert a me villicacionē: Fodere non ualeo:
mendicare erubesco. Scio quid faciā: ut
cū amotus fuero a villicacione. recipiant
me in domos suas. Conuocatis itaqꝫ sin
gulis debitoribꝫ dn̄i sui: dicebat p̄mo. Quā
tum debes dn̄o meo: At ille dixit. Centū
cados olei. Dixitqꝫ illi. Accipe caucionem
tuā: et sede cito scribe q̄nquaginta. Dein
de alio dixit. Tu uero quantū debes: Qui
ait. Centū choros tritici. Ait illi. Accipe lit
teras tuas: et scribe octoginta. Et laudauit
dn̄s villicū iniquitatis quia prudenter fe
cisset: quia filij hui⁹ seculi prudenciores fili
is lucis in generacione sua sūt. Et ego uo
bis dico. Facite uobis amicos de mā̄mona
īiquitatis: ut cū defeceritis recipiant vos
in eterna tabernacula. Qui fidelis ē in mini
mo: et in maiore fidelis ē. Et qui in modi
co īiquus est: et in maiore īiquus est. Si
ergo in īiquo mā̄mona fideles non fuistis:
qd̄ uerū est quis credet uobis: Et si in alie
no fideles non fuistis: qd̄ uestrū ē quis da
bit uobis: Nemo seruus p̄t duobꝫ dn̄is s̄
uire. Aut enī unū odiet et alterū diliget: aut
uni adherebit et alterū contēpnet. Nō po
testis deo seruire et mā̄mone. Audiebant
autē omnia hec pharisei qui erant auari:
et deridebant illū. Et ait illis. Vos estis q̄
iustificatis uos coram hominibꝫ: deus aūt
nouit corda ur̄a: quia qd̄ hominibꝫ altū est.
abhominacio ē ante deum. Lex et p̄phete us
qꝫ ad iohannē. Ex eo regnū dei euangeliza
tur: et omnis in illud vim facit. Facilius ē
autē celū et terram p̄terire: quā de lege u
nū apicem cadere. Omnis qui dimittit ux
orem suā et ducit alterā mechatur: et qui di
missam a viro ducit mechatur. Homo
quidam erat diues. et induebatur purpu
ra et bysso: et epulabatur cotidie splendi
de. Et erat quidam mendicus noīe lazar⁹:
qui iacebat ad ianuā eius ulceribꝫ plen⁹:
cupiens saturari de micis que cadebant

Lu. c xci
Mt. xlviij
Lu. c xcij
Lu. c xciij
Mt. c v.
Lu. c xciiij
Mt. xxxiiij
Lu. c xcv
Mt. c xc
Mr. c v.
Lu. c xcvi

de mensa diuitis: et nemo illi dabat. Sed
et canes veniebant: et lingebant ulcera
eius. Factum est autem ut moreretur mendicus:
et portaretur ab angelis in sinum abrahe.
Mortuus est autem et diues: et sepultus
est in inferno. Eleuans autem oculos suos
cum esset in tormentis: uidit abraham alon-
ge. et lazarum in sinu eius. Et ipse clamans
dixit. Pater abraham miserere mei: et mit-
te lazarum ut intinguat extremum digiti sui
in aqua. ut refrigeret linguam meam: quia
crucior in hac flamma. Et dixit illi abraham.
Fili recordare quia recepisti bona in vita tu-
a: et lazarus similiter mala. Nunc autem hic
consolatur: tu uero cruciaris. Et in hiis
omnibus inter nos et uos chaos magnum
firmatum est: ut hii qui uolunt hinc trans-
ire ad uos non possint. neque inde huc trans-
meare. Et ait. Rogo ergo te pater ut mit-
tas eum in domum patris mei. Habeo enim
quinque fratres: ut testetur illis ne et ipsi veniant
in locum hunc tormentorum. Et ait illi abraham.
Habent moysen et prophetas: audiant illos.
At ille dixit. Non pater abraham: sed si
quis ex mortuis ierit ad eos. penitenciam a-
gent. Ait autem illi. Si moysen et prophetas
non audiunt: neque si quis ex mortuis re-
surrexerit credent.

XVII

Lu. c xcvii
Mt. c lxxix
Mr. xcix.

Et ad discipulos suos. ait. Impos-
sibile est ut non veniant scanda-
la. Ve autem illi: per quem veniunt.
Utilius est illi si lapis molaris imponatur
circa collum eius et proiciatur in mare: quam
ut scandalizet unum de pusillis istis. Atten-
dite uobis. Si peccauerit frater tuus: in-
crepa illum. Et si penitenciam egerit: dimit-
te illi. Et si septies in die peccauerit in te et
septies in die conuersus fuerit ad te dicens
penitet me: dimitte illi. Et dixerunt apli
domino. Adauge nobis fidem. Dixit autem do-
minus. Si haberetis fidem sicut granum si-
napis. diceretis huic arbori moro eradica-
re et transplantare in mare: et obediret
uobis. Quis autem uestrum habens seruum
arantem aut pascentem. qui regresso de agro
dicat illi statim. transi recumbe: et non

Lu. c xcviii
Mt. c lxxxiii

Lu. c xcix
Mt. c lxxxvii

Lu. cc
Mt. c lxxv

Lu. cc i

dicat ei para quod cenem et precinge te et mini-
stra michi donec manducem et bibam. et post
hec tu manducabis et bibes: Numquid gra-
ciam habet seruo illi: quia fecit que ei im-
perauerat: Non puto. Sic et uos cum feceritis
omnia que precepta sunt uobis: dicite. Serui
inutiles sumus: quod debuimus facere fecimus.
Et factum est dum iret in ihrlm: transibat
per mediam samariam et galyleam. Et cum ingre-
deretur quoddam castellum: occurrerunt ei decem
viri leprosi. Qui steterunt alonge: et leua-
uerunt uocem dicentes. Ihesu preceptor miserere
nostri. Quos ut uidit dixit. Ite ostendite uos
sacerdotibus. Et factum est dum irent: mundati sunt.
Unus autem ex illis ut vidit quia mundatus
est: regressus est cum magna uoce magni-
ficans deum. Et cecidit in faciem ante pedes
eius: gracias agens. Et hic erat samarita-
nus. Respondens autem ihesus dixit. Nonne decem
mundati sunt. et nouem ubi sunt: Non est inuen-
tus qui rediret et daret gloriam deo: nisi hic
alienigena. Et ait illi. Surge uade: quia
fides tua te saluum fecit. Interrogatus au-
tem a phariseis quando uenit regnum dei: ren-
dit eis et dixit. Non uenit regnum dei cum
obseruacione: neque dicent ecce hic aut ecce
illic. Ecce enim regnum dei intra uos est. Et a-
it ad discipulos suos. Venient dies quan-
do desideretis videre unum diem filii hominis:
et non videbitis. Et dicent uobis. Ecce hic:
ecce illic. Nolite ire: neque sectemini. Nam si-
cut fulgur choruscans de sub celo in ea que
sub celo sunt fulget: ita erit filius hominis
in die sua. Primum oportet illum multa pa-
ti: et reprobari a generacione hac. Et sicut
factum est in diebus noe: ita erit in diebus filii ho-
minis. Edebant et bibebant. uxores duc-
bant et dabantur ad nupcias. usque in die
qua intrauit noe in archam: et uenit dilu-
uium et perdidit omnes. Similiter sicut factum est
in diebus loth: edebant et bibebant. emebant
et vendebant. plantabant et edificabant.
Qua die autem exiit loth a sodomis: pluit
ignem et sulphur de celo. et omnes perdidit. Se-
cundum hec erit qua die filius hominis reue-
labitur. In illa hora qui fuit in tecto. et

vasa eius in domo: ne descendat tollere illa.
Et qui in agro: similiter non redeat retro.
Memores estote uxoris loth. Quicumque
quesierit animam suam saluam facere: per
det illam. Et quicumque perdiderit illam: viui
ficabit eam. Dico uobis. In illa nocte e
runt duo in lecto uno: unus assumetur
et alter relinquetur. Due erunt molentes
in unum: una assumetur et altera relinque
tur. Duo in agro: unus assumetur et al
ter relinquetur. Respondentes dicunt illi. Ubi
domine? Qui dixit eis. Ubicumque fuerit corpus:
illuc congregabuntur aquile. XVIII

Dicebat autem et parabolam ad
illos: quoniam oportet semper orare et
non deficere. dicens. Iudex quidam
erat in quadam ciuitate: qui deum non time
bat et homines non reuerebatur. Vidua
autem quedam erat in ciuitate illa: et
ueniebat ad eum dicens. Vindica me
de aduersario meo. Et nolebat per mul
tum tempus. Post hec autem dixit intra
se. Et si deum non timeo nec hominem re
uereor: tamen quia molesta est mihi hec
vidua. vindicabo illam: ne in nouissimo
ueniens suggillet me. Ait autem dominus. Au
dite quid iudex iniquitatis dicit. Deus
autem non faciet vindictam electorum suorum cla
mantium ad se die ac nocte: et pacienciam
habebit in illis? Dico uobis: quia cito
faciet vindictam illorum. Verumptamen fili
us hominis ueniens. putas inueniet fidem
in terra? Dixit autem et ad quosdam qui in
se confidebant tamquam iusti. et aspernaban
tur ceteros: parabolam istam. Duo homines
ascenderunt in templum ut orarent: unus
phariseus. et alter publicanus. Phari
seus stans hec apud se orabat. Deus gra
cias ago tibi: quia non sum sicut ceteri ho
minum. raptores iniusti. adulteri. uelut eci
am hic publicanus. Ieiuno bis in sabbato:
decimas do omnium que possideo. Et publica
nus alonge stans. nolebat nec oculos ad
celum leuare: sed percuciebat pectus suum dicens.
Deus propicius esto michi peccatori. Amen di
co uobis: descendit hic iustificatus in do

mum suam ab illo. Quia omnis qui se ex
altat humiliabitur: et qui se humiliat exal
tabitur. Afferebant autem ad illum et infan
tes: ut eos tangeret. Quod cum uiderent disci
puli: increpabant illos. Ihesus autem conuo
cans illos dixit. Sinite pueros venire ad
me. et nolite eos uetare: talium est enim reg
num dei. Amen dico uobis: quicumque non acce
perit regnum dei sicut puer: non intrabit in
illud. Et interrogauit eum quidam prin
ceps dicens. Magister bone. quid faciens vi
tam eternam possidebo? Dixit autem ei ihesus.
Quid me dicis bonum? Nemo bonus. ni
si solus deus. Mandata nosti? Non occi
des. non mechaberis. non furtum facies. non
falsum testimonium dices. Honora patrem tuum et
matrem. Qui ait. Hec omnia custodiui a
iuuentute mea. Quo audito ihesus: ait ei.
Adhuc unum tibi deest. Omnia quecumque ha
bes vende et da pauperibus. et habebis the
saurum in celo: et ueni sequere me. His il
le auditis contristatus est: quia diues e
rat valde. Videns autem illum ihesus tristem
factum: dixit. Quam difficile qui pecunias ha
bent in regnum dei intrabunt. Facilius est
enim camelum per foramen acus transire: quam
diuitem intrare in regnum dei. Et dixerunt qui
audiebant. Et quis potest saluus fieri? Ait
illis. Que impossibilia sunt apud homines:
possibilia sunt apud deum. Ait autem petrus.
Ecce nos dimisimus omnia: et secuti sumus te.
Qui dixit eis. Amen dico uobis: nemo est
qui relinquit domum aut parentes aut fratres
aut uxorem aut filios propter regnum dei. et non
recipiat multo plura in hoc tempore. et in
seculo venturo vitam eternam. Assumpsit
autem ihesus duodecim: et ait illis. Ecce as
cendimus iherosolimam: et consummabuntur
omnia que scripta sunt per prophetas de filio
hominis. Tradetur enim gentibus et illudetur:
et flagellabitur et conspuetur. Et postquam
flagellauerint occident eum: et tercia die
resurget. Et ipsi nichil horum intellexerunt.
Et erat uerbum istud absconditum ab eis:
et non intelligebant que dicebantur. Factum
est autem cum appropinquaret iherichо: cecus

Lu. cc xv. Mt. cc xxxi
Lu. cc xvi Mt. c xcii Mr. c vi
Lu. cc xvii Mt. c lxxviii Mr. xcv.
Lu. cc xviii Mt. c xciii Mr. c vii.
Lu. cc xix Mt. c xciiii Mr. c viii
Lu. cc xx Mt. c xcv Mr. c ix.
Lu. cc xxi Mt. c xcviii Mr. c x.
Lu. cc xxii Mt. cc i. Mr. c xii
Lu. cc xxiii
Lu. cc xxiiii Mt. cc v. Mr. c xvi.

quidam sedebat secus viam mendicans.
Et cum audiret turbam p̄teriuntē: inter
rogabat quid hoc esset. Dixerūt autē ei:
qd̄ ihs̄ nazarenus transiret. Et clama
uit dicens. Ihu fili dauid: miserē mei. Et
qui p̄ibant: increpabant eū ut taceret.
Ipē uero multomagis clamabat: fili da
uid miserē mei. Stans autē ihs̄: iussit
illum adduci ad se. Et cum appropinquas
set: interrogauit illum dicens. Quid tibi
vis faciam? At ille dixit. Dn̄e ut uideam.
Et ihs̄ dixit illi. Respice: fides tua te sal
uū fecit. Et confestim vidit: et sequebat
illū magnificans deū. Et omīs plebs ut
vidit: dedit laudē deo.

XIX

Lu. ct xxv.

Et ingressus p̄ambulabat iheri
cho. Et ecce vir noīe zacheus: et
hic erat princeps publicanorū.
et ipē diues. Et quēbat uidere ihm̄ quis
eēt: et nō poterat pre turba. quia statu
ra pusillus erat. Et p̄currens ascendit
in arborem sycomor ut uidēt illū: quia
inde erat transiturus. Et cū uenisset ad
locū. suspiciens ihs̄ uidit illū: et dixit
ad eum. Zachee festinans descende: quia
hodie in domo tua oportet me manere.
Et festinans descendit: et excepit illum
gaudens. Et cū uiderent oīs: murmu
rabant dicentes qd̄ ad hoīem pc̄torem di
uertisset. Stans autē zacheus: dixit ad
dn̄m. Ecce dimidiū bonor meor dn̄e do
pauperibus: et si quid aliquē defraudaui
reddo quadruplū. Ait ihs̄ ad eū. Qui
a hodie salus domui huic fc̄a est: eo qd̄
et ipē filius sit abrahe. Venit eū filius
hoīs querē et saluū facere: qd̄ p̄ierat.
Hec illis audientibz. adiciens dixit pa
bolam: eo qd̄ esset p̄pe ihrlm̄. et quia ex
istimarent qd̄ confestim regnū dei ma
nifestaretur. Dixit ergo. Homo quidam
nobilis abiit in regionē longinquā: ac
cipe sibi regnū et reuerti. Vocatis autē
decem seruis suis: dedit illis decē mnas.
Et ait ad illos. Negocianū dū venio.
Ciues autē eius oderant illū: et miserūt
legacionē post illū dicentes. Nolumus

Lu. ct xxvi
Mt. c lviii

Lu. ct xxvii

Lu. ct xxviii
Mt. ct lxix
Mt. c liii

Lu. ct xxix
Mt. ct lxx

hūc regnare sup nos. Et fc̄m est ut redi
ret accepto regno: et iussit uocari seruos
quibz dedit pecuniam. ut sciret q̄ntū q̄sq̄
negociatus eēt. Venit autē p̄mus dicens.
Dn̄e: mna tua decē mnas acquisiuit. Et
ait illi. Euge bone serue: quia in modico
fidelis fuisti. eris p̄tātem habens sup̄ decē
ciuitates. Et alt̄ uenit dicens. Dn̄e: mna
tua fecit quīq̄ mnas. Et huic ait. Et tu
esto sup̄ quīq̄ ciuitates. Et alter uenit
dicens. Dn̄e ecce mna tua: quā habui re
positam in sudario. Timui eū te: q̄a hō
austerus es. Tollis qd̄ non posuisti: et me
tis qd̄ non seminasti. Dicit ei. De ore tuo
te iudico serue neq̄m. Sciebas qd̄ ego au
sterus homo sum: tollens qd̄ non posui et
metens qd̄ non seminaui. Et quare non
dedisti pecuniā meā ad mensā: et ego ue
niens cū usuris utiq̄ exegissem illam. Et
astantibz dixit. Auferte ab illo mnā: et da
te illi qui decem mnas habet. Et dixerūt
ei. Dn̄e: habet decē mnas. Dico autē uo
bis: quia onū hūti dabitur. Ab eo autem
qui non habet: et qd̄ habet auferetur ab
eo. Verūptamen inimicos meos illos qui
noluerūt me regnare sup se. adducite huc:
et interficite ante me. Et hiis dictis: p̄cede
bat ascendens iherosolimā. Et fc̄m est cū
appropinquasset ad bethphage et betha
niam ad montē qui uocatur oliueti: mi
sit duos discipulos suos dicens. Ite in cas
tellū qd̄ contra uos est: in qd̄ introeūtes
inuenietis pullū asine alligatū. cui nēo
vnq̄ hoīm sedit. Soluite illū: et addu
cite. Et si quis uos interrogauerit quare
soluitis: sic dicetis ei. Quia dn̄s opam
eius desiderat. Abierūt autē qui missi fu
erant: et inuenerūt sicut dixit illis stantē
pullū. Soluentibz autē illis pullū: dixe
runt dn̄i eius ad illos. Quid soluitis
pullū? At illi dixerūt. Quia dn̄s eum ne
cessariū habet. Et duxerūt illū ad ihm̄.
Et iactantes uestimenta sua supra pul
lum: iposuerūt ihm̄. Eunte autē illo:
substernebant uestimenta sua in via.
Et cū appropinquaret iam ad descensū

nouus oliuet: cepert oēs turbe discē
dentiū gaudentes laudare deū uoce mag
na sup oībz quas uiderant uirtutibus
dicentes. Bēdictus qui uenit rex in nomīe
dñi: pax in celo et gloria in excelsis. Et qui
dam phariseoz de turbis: dixerūt ad illū.
Magister: increpa discipulos tuos. Cui⁹
ipe ait. Dico uobis: quia si hi tacuerint
lapides clamabūt. Et ut appropinquauit.
uidens ciuitatē: fleuit sup illam dicēs. Q⁹
a si cognouisses et tu. Et quidē in hac die
tua que ad pacem tibi: nūc aut̄ abscon
dita sunt ab oculis tuis. Quia uenient di
es in te et circūdabūt te inimici tui uallo: t
circūdabūt te et coangustabūt te undiq: t
ad terram prosternent te et filios tuos qui in
te sunt. Et non relinquent in te lapidē su
p lapidem: eo qđ non cognouens tempus
uisitacōnis tue. Et ingressus in templum:
cepit eicere uendentes in illo et ementes di
cens illis. Scriptū est: quia domus mea
domus oracōnis est. Vos aut̄ fecistis il
lam spelūcam latronū. Et erat docens co
tidie in templo. Principes aut̄ sacerdo
tū et scribe et principes plebis querebant
illū pdere: et non inueniebant quid facerent
illi. Omnis enī pplus suspensus erat: au
diens illū.

In illo tpe. Cū esset in una dieꝝ docente il
lo pplm in templo et euangelizā
te: cōuenerūt principes sacerdotū et scribe
cū seniorib⁹. et aiūt dicentes ad illū. Dic
nobis in qua pōtate hec facis: aut quis ē
qui dedit tibi hanc pōtatem? Rūdens aut̄
dixit ad illos. Interrogabo uos et ego unū
uerbū: rūdete mihi. Baptisma iohānis
de celo erat: an ex hoīibus? At illi cogita
bant inter se dicentes. Quia si dixerimꝰ
de celo. dicet. Quare ergo non credidistis
illi? Si aut̄ dixerimus ex hoīibus: plebs
uniuersa lapidabit nos. Certa sunt enī. io
hannē pphetā esse. Et rūderūt se nescire
unde esset. Et ihūs ait illis. Neq; ego dico
uobis: in qua pōtate hec facio. Cepit aut̄
dicere ad plebē. parabolam hanc. Homo qui
dam plantauit uineā. et locauit eam co
lonis: et ipe pegre fuit multis temporibus.
Et in tempe misit ad coloꝛes seruū: ut
de fructu uinee darent illi. Qui cesū. dimi
serūt eum inanē. Et addidit alium seruum
mittere. Illi aut̄ hūc quoq; cedentes et affi
cientes contumelia: dimiserūt inanē. Et
addidit tertiū mittere. Qui et illū uulne
rantes: eiecerūt. Dixit aut̄ dñs uinee. Q⁹
faciam? Mittam filiū meū dilectū: forsi
tan cū hunc uiderint uerebūtur. Quē cū
uidissent coloni: cogitauerūt intra se di
centes. Hic est heres: occidamus illū. et nr̄a
fiat hereditas. Et eiectū illū extra uineam:
occiderūt. Quid ergo faciet illis dñs uine
e? Veniet et pdet colonos istos: et dabit u
neam aliis. Quo audito: dixerūt illi. Ab
sit. Ille aut̄ aspiciens eos. ait. Quid ē er
go hoc qđ scriptū est. lapidem quē reproba
uerūt edificantes hic factus est in caput an
guli? Omnis qui ceciderit supra illū lapidē:
conquassabit. Supra quē aut̄ ceciderit: cō
minuet illū. Et querebant principes sac
dotū et scribe mittere in illū manus illa ho
ra: et timuerūt pplm. Cognouerūt enī:
qđ ad ipos dixerit similitudinē istam. Et
obseruantes miserūt insidiatores qui se
iustos simularent: ut caperent eū in sino
ne. et traderent illum principatui et potes
tati pōtis. Et interrogauerūt illū dicentes.
Magister scimus quia recte dicis et doces:
et non accipis psonā: sed in ueritate uiā
dei doces. Licet nobis tributū dare cesari. an
non? Considerans aut̄ dolū illoꝝ: dixit
ad eos. Quid me temptatis? Ostendite
mihi denariū. Cuius habet ymaginē et i
scriptionē? Rūdentes dixerūt ei. Cesaris.
Et ait illis. Reddite ergo que sunt cesaris
cesari: et que dei sunt deo. Et non potuerūt
uerbū eius reprehendere coram plebe: t mi
rati in responso eius tacuerūt. Accesserūt au
tem quidam saduceoꝝ qui negant esse resur
rectionē: et interrogauerūt eum dicentes.
Magist. moyses scripsit nobis. si frater
alicuius mortuus fuerit habens uxorē. et
hic sine filiis fuit: ut accipiat eam frat
eius uxorem. et suscitet semen frī suo. Sep

lu. et xxiij
ayc. et xxiij
ayc. et xxv
jo. lxxxvij
lu. et xlvij
ayc. et xxvij
ayc. c xxx.

tem ergo fratres erant: et primus accepit
uxorem. et mortuus est sine filijs. Et se
queus accepit illam: et ipse mortuus est si
ne filio. Et tercius accepit illam similiter
et omnes septem: et non reliquerunt semen.
et mortui sunt. Nouissime omnium. mortua est
et mulier. In resurrectione ergo cuius eorum e
rit uxor: Siquidem septem habuerunt eam
uxorem. Et ait illis ihesus. Filij seculi huius
nubunt: et traduntur ad nupcias. Illi uero
qui digni habebuntur seculo illo et resurrec
tione ex mortuis. neque nubunt neque ducunt
uxores: neque enim ultra mori poterunt. Equa
les enim angelis sunt et filij sunt dei: cum sint
filij resurrectionis. Quia uero resurgant
mortui: et moyses ostendit secus rubum
sicut dicit. dominum deum abraham et deum ysaac
et deum iacob. Deus autem non est mortuorum:
sed viuorum. Omnes enim viuunt ei. Respondentes
autem quidam scribarum: dixerunt. Magister bene
dixisti. Et amplius non audebant eum quic
quam interrogare. Dixit autem ad illos. Quo
modo dicunt xpm filium dauid esse: et ipse da
uid dicit in libro psalmorum. dixit dominus domino
meo sede a dextris meis. donec ponam inimi
cos tuos scabellum pedum tuorum: Dauid ergo
dominum illum uocat: et quomodo filius eius est:
Audiente autem omni populo: dixit discipulis
suis. Attendite a scribis: qui uolunt ambu
lare in stolis: et amant salutaciones in fo
ro et primas cathedras in synagogis. et pri
mos discubitus in conuiuijs. Qui deuorant
domos viduarum: simulantes longam orationem.
Hij accipient dampnacionem maiorem.

Respiciens autem: XXI
Uidit eos qui mittebant munera
sua in gozophilacium diuites. Vi
dit autem et quandam viduam pauperculam mit
tentem era minuta duo: et dixit. Vere dico uo
bis: quia hec uidua pauper plusquam omnes mi
sit. Nam omnes hij ex habundanti sibi mise
runt in munera dei. Hec autem ex eo quod deest
illi omnem victum suum quem habuit misit. Et
quibusdam dicentibus de templo quod lapidibus
bonis et donis ornatum esset: dixit. Hec que
videtis: uenient dies in quibus non relinq

tur lapis super lapidem qui non destruatur.
Interrogauerunt autem illum dicentes. Precep
tor quando hec erunt: et quod signum cum fieri inci
pient: Qui dixit. Videte ne seducamini. Mul
ti enim venient in nomine meo dicentes qui
a ego sum: et tempus appropinquabit.
Nolite ergo ire post multos. Cum autem
audieritis prelia et sediciones: nolite terreri.
Oportet primum hec fieri: sed non statim fi
nis. Tunc dicebat illis. Surget gens con
tra gentem et regnum aduersus regnum: et terre
motus magni erunt per loca. et pestilencie et
fames: terrores que de celo et signa magna e
runt. Sed ante hec omnia inicient uobis
manus suas et persequentur: tradentes in sy
nagogas et custodias. trahentes ad reges
et presides propter nomen meum. Continget autem
uobis in testimonium. Ponite ergo in cor
dibus uestris: non premeditari quemadmodum
respondeatis. Ego enim dabo uobis os et sapienciam:
cui non poterunt resistere et contradicere omnes
aduersarij uestri. Tradenum autem a parentibus et
fratribus et cognatis et amicis: et morte affi
cient ex uobis. Et eritis odio omnibus propter
nomen meum. Et capillus de capite uestro non
peribit. In paciencia uestra: possidebitis animas
uestras. Cum autem uideritis circumdari ab exer
citu ihrlm: tunc scitote quia appropinquabit
desolacio eius. Tunc qui in iudea sunt fugient
ad montes. et qui medio in eius discedant.
et qui in regionibus non intrent in eam: quia
dies ulcionis hij sunt. ut impleantur omnia
que scripta sunt. Ve autem pregnantibus et
nutrientibus in illis diebus. Erit enim pressura
magna super terram: et ira populo huic. Et cadent
in ore gladij: et captiui ducentur in omnes
gentes. Et ihrlm calcabitur a gentibus: donec
impleantur tempora nacionum. Et erunt sig
na in sole et luna et stellis. et in terris pres
sura gencium pre confusione sonitus maris
et fluctuum: arescentibus hominibus pre timore et
expectacione que superuenient uniuerso orbi.
Nam virtutes celorum mouebuntur. Et tunc
videbunt filium hominis uenientem in nube: cum
potestate magna et maiestate. Hijs autem fie
ri incipientibus: respicite et leuate capita ues

tra. quam appropinquat redemptio uestra. Et
dixit illis similitudinem. Videte ficulneam:
et omnes arbores. Cum producunt iam ex
se fructum: scitis quoniam prope est estas. Ita et uos
cum uideritis hec fieri: scitote quoniam prope est reg
num dei. Amen dico uobis: quia non preteri
bit generatio hec. donec omnia fiant. Celum et
terra transibunt: uerba autem mea non transi
bunt. Attendite autem uobis. ne forte grauen
tur corda uestra in crapula et ebrietate. et cu
ris huius uite: et superueniat in uos repentina
dies illa. Tamquam laqueus enim superueniet in
omnes. qui sedent super faciem omnis terre. Vi
gilate itaque omni tempore orantes: ut digni
habeamini fugere ista omnia que futura sunt.
et stare ante filium hominis. Erat autem diebus
doceus in templo: noctibus uero exiens
morabatur in monte qui uocatur oliue
ti. Et omnis populus manicabat ad eum in
templo audire eum.

XXII

Appropinquabat autem dies fes
tus azimorum: qui dicitur pascha.
Et querebant principes sacerdo
tum et scribe: quomodo eum interficerent. Ti
mebant uero plebem. Intrauit autem sa
thanas in iudam qui cognominatur sca
rioth: unum de duodecim. Et abiit et locutus
est cum principibus sacerdotum et magistra
tibus: quemadmodum illum traderet eis. Et ga
uisi sunt: et pacti sunt pecuniam illi da
re. Et spospondit. Et querebat oportunita
tem: ut traderet illum sine turbis. Venit autem
dies azimorum in qua necesse erat occidi pas
cha: et misit petrum et iohannem dicens. E
untes parate uobis pascha: ut manduce
mus. At illi dixerunt. Ubi uis paremus? Et
dixit ad eos. Ecce introeuntibus uobis in ci
uitatem: occurret uobis homo amphoram
aque portans. Sequimini eum in domum in
quam intrat: et dicetis patrifamilias do
mus. Dicit tibi magister. Ubi est diuersorium
ubi pascha cum discipulis meis manducem?
Et ipse uobis ostendet cenaculum magnum
stratum: et ibi parate. Euntes autem inuenerunt
sicut dixit illis: et parauerunt pascha. Et cum
facta esset hora discubuit: et duodecim apli

cum eo. Et ait illis. Desiderio desideraui
hoc pascha manducare uobiscum: antequam
paciar. Dico autem uobis: quia ex hoc non
manducabo illud. donec impleatur in reg
no dei. Et accepto calice: gratias egit. et dix
it. Accipite: et diuidite inter uos. Dico e
nim uobis: quod non bibam de generatione vi
tis. donec regnum dei veniat. Et accepto
pane. gratias egit et fregit: et dedit eis dicens.
Hoc est corpus meum quod pro uobis datur:
hoc facite in meam commemorationem. Simi
liter et calicem: postquam cenauit dicens. Hic
est calix nouum testamentum in meo sang
uine: qui pro uobis fundetur. Verumptamen.
ecce manus tradentis me mecum est in men
sa. Et quidem filius hominis secundum quod defini
tum est uadit. Verumptamen ve illi homini:
per quem tradetur. Et ipsi ceperunt querere inter
se: quis esset ex eis qui hoc facturus esset. Facta
est autem et contencio inter eos: quis eorum vi
deretur esse maior. Dixit autem eis. Reges
gentium dominantur eorum: et qui potestatem habent
super eos benefici uocantur. Vos autem non
sic. Sed qui maior est in uobis: fiat sicut
iunior. Et qui precessor est: sicut ministrator.
Nam quis maior est. qui recumbit an qui
ministrat? Nonne qui recumbit? Ego autem
in medio uestrum sum: sicut qui ministrat.
Vos autem estis: qui permansistis mecum in
temptacionibus meis. Et ego dispono uo
bis sicut disposuit mihi pater meus regnum:
ut edatis et bibatis super mensam meam
in regno meo: et sedeatis super thronos iu
dicantes duodecim tribus israel. Ait autem
dominus symoni. Symon: ecce sathanas ex
petiuit uos ut cribraret sicut triticum. Ego
autem rogaui pro te: ut non deficiat fides
tua. Et tu aliquando conuersus: confirma fra
tres tuos. Qui dixit ei. Domine: tecum paratus
sum et in carcerem et in mortem ire. Et
ille dixit. Dico tibi petre non cantabit ho
die gallus donec ter abneges nosse me.
Et dixit eis. Quando misi uos sine saccu
lo et pera et calciamentis: numquid aliquid
defuit uobis? At illi dixerunt. Nichil. Dix
it ergo eis. Sed nunc qui habet sacculum:

Lu. ec lxiiij
Lu. ec lxv
Mt. ec lxxxv
Mr. c lxvi.
Lu. ec lxvi
Mt. ec lxxxiiij
Mr. c lxv.
Jo. lxv & lv.
& lxvii & lxiij
Lu. ec lxvii
Mt. ec lxxxv
Mr. c lxvi
Lu. ec lxviij
Mt. ec lxxxi
Mr. c lxiij
Lu. ec lxix
Mt. ec lxxx
Mr. c lxii
Jo. c xxij
Lu. ec lxx
Mt. ec iij
Mr. c xiiij
Lu. ec lxxi
Lu. ec lxxij
Mt. c xcvij
Lu. ec lxxiij
Lu. ec lxxiiij
Jo. ec xxvii & ec
xxix & ec xxxi.
Lu. ec lxxv
Mt. ec lxxxix
Mr. c lxx
Jo. c xxvi
Lu. ec lxxvi

tollat similiter et peram. Et qui nō ha
bet: vendat tunicam suā et emat gla
diū. Dico eū uobis: qm̄ adhuc quod
scriptū est oportet impleri in me. Et cū
iniquis deputatus est. Etenī ea que sūt
de me: finem habent. At illi dixerūt. Do
mine: ecce gladij duo hic. At ille dixit e
is. Satis est. Et egressus ibat scd̄m con
suetudinē in montē oliuarū. Secuti sūt
autē illū et discipuli. Et cū peruenisset ad
locū: dixit illis. Orate: ne intretis ī tēp
tacionem. Et ipē auulsus est ab eis: quā
tum iactus est lapidis. Et positis geni
bus: orabat dicens. Pater si vis: trans
fer calicē istū a me. Verūptamē non me
a uoluntas: sed tua fiat. Apparuit autē
illi angelus de celo: confortans eū. Et fc̄s
in agonia: plixius orabat. Et fc̄us ē su
dor eius: sicut gutte sanguinis decurren
tis in terrā. Et cū surrexisset ab oracōne
et uenisset ad discipulos suos: īuenit eos
dormientes pre tristicia. Et ait illis. Qd̄
dormitis? Surgite: orate ne intretis in
temptacionē. Adhuc eo loquente: ecce tur
ba et qui uocabatur iudas vnus de duo
decim antecedebat eos. Et appropinqua
uit ihu: ut oscularetur eum. Ihus autē
dixit illi. Iuda osculo filiū hominis tradis?
Videntes autē hij qui circa ipm̄ erāt qd̄
futurū erat: dixerūt ei. Dn̄e: si pcutim⁹
in gladio? Et pcussit vnus ex illis seruū
principis sacerdotū: et amputauit auri
culam eius dextrā. Rndens autē ihus a
it. Sinite usq; huc. Et cū tetigisset auri
culam eius: sanauit eū. Dixit autē ihs
ad eos qui uenerant ad se principes sac
dotū. et ingratus templi et seniores. Qr
si ad latronem existis cū gladijs et fusti
bus: cum cotidie uobiscum fuerī in tem
plo et non extendistis manus in me? Sz
hec est hora uā: et ptās tenebrarū. Cō
prehendentes autē eū: duxerūt ad domū
prīcipis sacerdotū. Petrus uero seque
batur alonge. Accenso autē igne in me
dio atrio et circūsedentibz illis: erat petr⁹
in medio eoꝝ. Quē cū uidisset ancilla q̄

dam sedentē ad lumen et eū fuisset intui
ta: dixit. Et hic cum illo erat. At ille ne
gauit eū dicens. Mulier: non noui illū.
Et post pusillū: alius videns eū dixit. Et
tu de illis es? Petrus uero ait. O homo.
non sum. Et intuallo fc̄o qī hore vnius:
alius quidā affirmabat dicens. Vere. et
hic cū illo erat. Nam et galileus ē. Et a
it petrus. Homo. nescio quid dicis. Et
continuo adhuc illo loquente: cantauit
gallus. Et conuersus dn̄s: respexit petrū.
Et recordatus est petrus uerbi dn̄i sicut
dixerat: quia pusqm̄ gallus cantet. ter
me negabis. Et egressus foras petrus: fle
uit amare. Et viri qui tenebant eū: illu
debant ei cedentes. Et uelauerūt eū et p
cuciebant faciem eius: et interrogabant e
um dicentes. Phetiza: quis est qui te p
cussit? Et alia multa blasphemantes di
cebant in eum. Et ut fc̄us est dies: cōue
nerūt seniores plebis et principes sacer
dotū et scribe. et duxerūt illū in consiliū
suū dicentes. Si tu es xp̄us: dic nob. Et
ait illis. Si uobis dixero: non credetis m̄.
Si autē et interrogauero: nō rndebitis m̄
neq; dimittetis. Ex hoc autē erit filius
hominis sedens a dextris virtutis dei. Dixe
rūt autē omēs. Tu ergo es filius dei? Qr
ait. Vos dicitis quia ego sū. At illi dixerūt.
Quid adhuc desideramus testimonium?
Ipi eū audiuim⁹ de oē ei⁹.

XXIII

Et surgens omnis multitudo eoꝝ:
duxerūt illū ad pylatū. Ceperūt
autē accusare illū dicentes. Hūc
īuenim⁹ subuertentē gentē nr̄am. et pro
hibentē tributa dari cesari: et dicentē se
xp̄m regem ēē. Pylatus autē interrogauit
eum dicens. Tu es rex iudeoꝝ? At ille rn̄
dens ait. Tu dicis. Ait autē pylatus ad
principes sacerdotū et turbas. Nichil in
uenio cause in hoc hoīe. At illi īualesce
bant dicentes. Cōmouit pplm̄ docens p
vniuersam iudeam: et incipiens a galilea
usq; huc. Pylatus autē audiens galile
am: interrogauit si homo galileus esset.
Et ut cognouit qd̄ de herodis ptāte ēēt:

remisit eū ad herodē. qui et ipe iherosolimis erat illis diebz. Herodes autē uiso ihu: gauisus est ualde. Erat enī cupiēs ex multo tempe vidē eum: eo qd audiret multa de illo. et sperabat signū aliqd videre ab eo fieri. Interrogabat autē illū multis sermonibz. At ipe nichil illi rndebat. Stabant etiam principes sacerdotū et scribe: constanter accusantes eū. Spreuit aūt illū herodes cū exercitu suo: et illusit indutū ueste alba: et remisit ad pylatum. Et facti sunt amici herodes et pylatus in ipa die. Nam antea inimici erant ad inuicem. Pylatus autē cōuocatis principibus sacerdotū et magistratibz et plebe: dixit ad illos. Optulistis michi hūc hominē quasi auertentē pplm: et ecce ego coram uobis interrogans nullā causam inueni in homine isto. ex hijs in quibz eū accusatis: sed neqz herodes. Nam remisi uos ad illū: et ecce nichil dignū morte actum est ei. Emendatū ergo illū dimittā. Necesse autē habebat dimittē eis p diem festū vnū. Exclamauit autē simul vniuersa turba dicens. Tolle hūc: et dimitte nobis barraban. Qui erat ppter sedicionē quādam fctam in ciuitate et homicidiū missus in carcerē. Iterū autē pylatus locutus est ad illos: uolens dimittē ihm. At illi succlamabant dicentes. Crucifige crucifige illū. Ille autē tercio dixit ad illos. Quid enī mali fecit iste: Nullam causam mortis inuenio in eo. Corripiam ergo illū: et dimittam. At illi instabant uocibz magnis: postulantes ut crucifigeretur. Et inualescebant uoces eorū. Et pylatus adiudicauit fieri peticionem eorū. Dimisit autē illis eū qui ppter homicidiū et sedicionē missus fuerat in carcerē: quē petebant. Ihm uero tradidit uolūtati eorū. Et cum ducerent eum. apphenderūt symonē quēdam cyrenēsem uenientē de villa: et iposuerūt illi crucē portare post ihm. Sequebatur autē illū turba multa ppli et mulierū: que plāgebant et lamentabantur eum. Conuersus autē ad illas ihus. dixit. Filie ihrlm nolite flere sup me: sed sup uosipas flete et sup filios uros. Quia ecce uenient dies: in quibz dicent. Beate steriles et ventres que non genuerūt: et ubera que nō lactauerūt. Tunc incipient dicē montibz cadite sup nos: et collibz opite nos. Quasi in viridi ligno hec faciunt: in arido qd fiet. Ducebantur autē et alij duo neqm cū eo: ut interficerent. Et postqm venerunt in locū qui uocatur caluarie: ibi crucifixerūt eum. Et latrones: vnū a dextris et alcm a sinistris. Ihus autē dicebat. Pater dimitte illis: non enī sciūt quid faciūt. Diuidentes uero uestimenta eius miserūt sortes: et stabat pplus expectās. Et deridebant illū principes cum eis dicentes. Alios saluos fecit: seipm saluū faciat si hic est xpus dei electus. Illudebant autē ei et milites accedentes: et acetum offerentes illi dicentes. Si tu es rex iudeorū: saluū te fac. Erat autē et supscripcio scripta sup illū. lris grecis et latinis et hebraicis: hic est rex iudeorū. Vnus autē de hijs qui pendebant latronibz: blasphemauit eum dicens. Si tu es xpus: saluū fac temetipm et nos. Rndens autē alter: increpabat illū dicens. Neqz tu times deū: qd in eadem dāpnacione es. Et nos quidē iuste: nam digna factis recipimus: hic uero nichil mali gessit. Et dicebat ad ihm. Dne memento mei: cū ueneris in regnū tuū. Et dixit illi ihus. Amē dico tibi: hodie mecū eris in paradiso. Erat autē fere hora sexta: et tenebre fctē sunt in vniuersa tra usqz in horam nouā. Et obscuratus est sol: et uelū templi scissū est mediū. Et clamans uoce magna ihus ait. Pater. in manus tuas cōmendo spm meū. Et hec dicens expirauit. Videns autē centurio qd fctm fuerat: glorificauit deū dicens. Vere hic homo iustus erat. Et omis turba eorū qui simul aderant ad spectaculū istud et uidebant que fiebant: percucientes pectora sua reuertebant. Stabant autē omes noti e

Lu. ccc v
Mt. ccc viij
Mr. c lxxxix
Lu. ccc vi.
Lu. ccc vij
Jo. c lxxxij
& c lxxxvi
Lu. ccc viij
Lu. ccc ix
Mt. ccc xxij
Mr. cc ij.
Lu. ccc x
Mt. ccc xxv
Mr. cc iiij
Jo. c lxxxiiij
Lu. ccc xi
Mt. ccc xxvi
Mr. cc v
Jo. c lxxxviij
Lu. ccc xij
Jo. c lxxxij & c
lxxxvi & c xc
Lu. ccc xiij
Mt. ccc xxvi
Mr. cc v
Jo. c xciiij & c
lxxxviij
Lu. ccc xiiij.
Mt. ccc xxviij
Mr. cc vi
Jo. c xcvi
Lu. ccc xv.
Mt. ccc xxxi
Mr. cc ix
Jo. c xcvij
Lu. ccc xvi

Lu. ccc xvij
Mt. ccc xxxvi
Mr. cc xv.
Jo. c xcviij
Lu. ccc xviij
Mt. ccc xxxij. Mr. cc x.
Jo. c xcvij.
Lu. ccc xix
Mt. ccc xxxvi. Mr. cc xv.
Jo. c xcviij
Lu. ccc xx
Lu. ccc xxi
Mt. ccc xxxiiij
Mr. cc xii
Jo. cci.
Lu. ccc xxij
Mt. ccc xxxviij
Mr. cc xviij
Lu. ccc xxiij
Mt. ccc xlij
Mr. cc xxij
Lu. ccc xxiiij
Mt. ccc xxxv
Mr. cc xiiij
Jo. c xcix.
Lu. ccc xxv
Mt. ccc xxxix
Mr. cc xix.
Lu. ccc xxvi
Lu. ccc xxvij
Mt. ccc xl.
Mr. cc xx.
Lu. ccc xxviij
Mt. ccc xliiij
Mr. cc xxiiij
Lu. ccc xxix
Mt. ccc xliij
Mr. cc xxiij
Jo. cc liij.
Lu. ccc xxx
Mt. ccc xlvi
Mr. cc xxv.
Lu. ccc xxxi.

ius alonge: et mulieres que secute erant
eum a galilea hec uidentes. Et ecce vir
nomine ioseph qui erat decurio vir bonus
et iustus: hic non consenserat concilio et
actibus eorum ab arimathia ciuitate iudee: qui
expectabat et ipse regnum dei. Hic accessit
ad pylatum: et petiit corpus ihesu. Et depo
situm inuoluit syndone: et posuit in monu
mento exciso. in quo nondum quisquam posi
tus fuerat. Et dies erat parasceues: et sab
batum illucescebat. Subsecute autem muli
eres que cum ipso venerant de galilea vide
runt monumentum: et quemadmodum posi
tum erat corpus eius. Et reuertentes pa
uerunt aromata et unguenta: et sabbato qui
dem siluerunt secundum mandatum. XX

Una autem sabbati IIII
ualde diluculo venerunt ad monu
mentum: portantes que parauerant
aromata. Et inuenerunt lapidem reuolutum
a monumento: et ingresse. non inuenerunt
corpus domini ihesu. Et factum est dum mente con
sternate essent de isto: ecce duo viri steterunt
secus illas in veste fulgenti. Cum timerent
autem et declinarent vultum in terram: dixerunt
ad illas. Quid queritis viuentem cum mor
tuis? Non est hic: sed surrexit. Recordamini
qualiter locutus est uobis: cum adhuc in ga
lilea esset dicens. Quia oportet filium homi
nis tradi in manus hominum peccatorum et cruci
figi: et die tercia resurgere. Et recordate sunt
uerborum eius. Et regresse a monumento: nun
ciauerunt hec omnia illis undecim. et ceteris
omnibus. Erat autem maria magdalene et
iohanna et maria iacobi et cetere que cum
eis erant: que dicebant ad apostolos hec. Et
visa sunt ante illos sicut deliramentum uer
ba ista: et non credebant illis. Petrus au
tem surgens cucurrit ad monumentum:
et procumbens vidit lintheamina sola posi
ta: et abiit secum admirans quod factum fuerat.
Et ecce duo ex illis ibant ipsa die in castel
lum quod erat in spacio stadiorum sexaginta
ab ihrlm: nomine emaus. Et ipsi loquebantur
adinuicem: de hiis omnibus que accide
rant. Et factum est dum fabularentur et secum

Lu. ccc xxxii
Mt. ccc xlviii
Mr. ccc xxvii
Io. ccc vi.
Lu. ccc xxxiii
Mt. ccc xlix
Mr. ccc xxviii
Io. ccc viii.
Lu. ccc xxxiiii
Lu. ccc xxxv
Mr. ccc xxx.
Lu. ccc xxxvi
Mt. ccc lii.
Mr. ccc xxxi
Io. ccc ix.
Lu. ccc xxxvii
Mt. ccc liii.
Mr. ccc xxxii
Lu. ccc xxxviii
Mt. ccc liiii
Mr. ccc xxxiii
Lu. ccc xxxix
Lu. ccc xl.
Mr. ccc xxxiiii

quererent: et ipse ihesus appropinquans ibat
cum illis. Oculi autem eorum tenebantur: ne eum
agnoscerent. Et ait ad illos. Qui sunt hii
sermones quos confertis adinuicem ambu
lantes et estis tristes? Et respondens unus cui
nomen cleophas: dixit ei. Tu solus peregri
nus es in ihrlm. et non cognouisti que
facta sunt in illa hiis diebus? Quibus ille dixit.
Que? Et dixerunt. De ihesu nazareno: qui
fuit vir propheta potens in opere et sermone.
coram deo et omni populo. Et quomodo tradide
runt eum summi sacerdotes et principes nostri
in dampnacionem mortis: et crucifixerunt
eum. Nos autem sperabamus: quia ipse esset
redempturus israel. Et nunc super hec omnia:
tercia dies est hodie quod hec facta sunt. Sed
et mulieres quedam ex nostris terruerunt nos: que
ante lucem fuerunt ad monumentum. Et non
inuento corpore eius: venerunt dicentes se eti
am visionem angelorum uidisse. qui dicunt eum
viuere. Et abierunt quidam ex nostris ad
monumentum: et ita inuenerunt sicut muli
eres dixerunt: ipsum uero non inuenerunt. Et
ipse dixit ad eos. O stulti et tardi corde ad
credendum: in omnibus que locuti sunt prophete.
Nonne hec oportuit pati xpm: et ita in
trare in gloriam suam? Et incipiens a moy
se et omnibus prophetis: interpretabatur illis in
omnibus scripturis que de ipso erant. Et
appropinquauerunt castello quo ibant: et
ipse se finxit longius ire. Et coegerunt illum
dicentes. Mane nobiscum quoniam aduesperascit:
et inclinata est iam dies. Et intrauit cum
illis. Et factum est cum recumberet cum illis:
accepit panem et benedixit ac fregit et por
rigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum: et
cognouerunt eum. Et ipse euanuit ex ocu
lis eorum. Et dixerunt adinuicem. Nonne cor
nostrum ardens erat in nobis: dum loqueretur
in via: et aperiret nobis scripturas? Et sur
gentes eadem hora regressi sunt in ihrlm:
et inuenerunt congregatos undecim. et eos
qui cum ipsis erant. dicentes quod surrexit
dominus uere. et apparuit symoni. Et ipsi nar
rabant que gesta erant in via: et quomodo
cognouerunt eum in fractione panis. Dum

Lu. ccc xli
Io. ccc xiii.

her autē loquēcur: steat ihūs in medio discipulor suor. et dicit eis. Pax vobis. Ego sum: nolite timē. Conturbati uero et conterriti: existimabant se spīm uidē. Et dixit eis. Quid turbati estis: et cogitaciones ascendūt in corda uīa: Videte manus meas et pedes: quia ego ipe sum. Palpate et videte: quia spūs carnē et ossa nō habet. sicut me uidetis habē. Et cum hoc dixisset: ostendit eis manus et pedes. Adhuc autē illis non credentibus et mirantibz pre gaudio: dixit. Habetis hic aliq̄d manducatū: At illi optulerūt ei partē piscis assi: et fauū mellis. Et cū manducasset coram eis: sumens reliquias dedit eis. Et dixit ad eos. Hec sūt uerba que locutus sum ad uos cū adhuc essem uobiscū: quōm necesse est impleri omīa que scripta sūt in lege moysi et pphetis et psalmis de me. Tunc aperuit illis sensū: ut intelligerēt scripturas. et dixit eis. Quōm sic scriptū e. et sic oportebat xpm pati et resurgere a mortuis die tertia: et pdicari in noīe ei penitenciā et remissionē peccatōr in omnes gentes. incipientibz ab hierosolima. Vos autē estis testes horū: et ego mittam promissū patris mei in uos. Vos autē sedete in ciuitate: quoadusq̄ induamini uirtute ex alto. Eduxit autē eos foras in bethaniā: et eleuatis manibz suis bēdixit eis. Et factū est dū bēdiceret illis: recessit ab eis et ferebatur in celū. Et ipi adorantes. regressi sunt in hierusalē cū gaudio magno. Et erant semp in templo laudantes et benedicentes deum. Explicat euāgeliū S'm Lucā. Incipit prologus in euāg. S'm iohēm.

Hic est iohānes euāgelista unus ex discipulis dn̄i: qui uirgo electus a deo est: quē de nuptijs nolentē nubē uocauit deus. Cui uirginitas in hoc duplex testimoniū in euangelio datur: qđ et p ceteris dilectus a deo dicit: et huic matrē suā de cruce cōmendauit dn̄s. ut uirginem uirgo seruaret. Denīq̄ manifestās in euangelio qđ erat ipe incorruptibilis uerbi opus inchoans: solus uerbū carnē factū esse. nec lumen a tenebris cōprehensū fuisse testatur. Primū signū ponens qđ in nuptijs fecit dn̄s: ut ostendens qđ erat ipe legentibz demonstraret. qđ ubi dn̄s inuitatus debitē nuptiarū uinū debeat: ut et ueteribz īmutatis. nouā omīa que a xpo inchoātur appareant. Hoc aūt euangeliū scripsit in asia. postea q̄m in pathmos insula apocalipsim scripserat: ut cui in principio canonis incorruptibile principiū in genesi. eiā incorruptibil' finis p uirginem in apocalipsi redderet. dicente xpo. Ego sum alpha et o. Et hic est iohānes qui secretis supuenisse diem recessus sui. conuocatis discipulis suis in epheso p multa signor expimenta pmissi xpm. descendens in defossum sepulture sue locū. ibi oōne positus e ad patres suos: tam extraneus a dolore mortis q̄m a corrupcōne carnis tumē alienus. Tam post omnes euangeliū scripsit: et hoc uirginū debebat. Quor tamen uel scriptor tempis dispositio uel librorū ordinatio. ideo p singula a nob̄ non exponit: ut sacrādi desiderio collocato. et quientibz fructus laborus. et deo magistery doctrinus seruet.

Explicat plog'. Incipit euāg. S'm iohānē.

In principio erat uerbum. Et uerbū erat apud deū: et deus erat uerbū. Hoc erat in principio apud deū. Omnia p ipm facta sunt: et sine ipo factū est nichil. Qđ factū est: in ipo uita erat. Et uita erat lux hoīm: et lux in tenebris lucet: et tenebre eam non comprehenderūt. Fuit homo missus a deo: cui nomē erat iohānes. Hic uenit in testimoniū. ut testimoniū phiberet de lu

Jo. i. cap. i. In princ.

Crysostim⁹ sic distinguit
Oīa per ipm facta sunt, et sine ipo factū est nichil qđ factū e. In ipo uita erat etc.

Jo. ii cap. vi In. vi.

mine: ut omnes crederent p illū. Nō erat
ille lux: sed ut testimonium phiberet de
luce. Erat lux uera: que illuminat omnē
hominē venientē in hunc mundū. In mū
do erat: et mundus p ipm factus est: et mū
dus eum non cognouit. In pa uenit: et
sui eū non receperūt. Quotquot autē
receperūt eū: dedit eis potestatem filios dei
fieri. his qui credūt in nomine eius. Qui
non ex sanguinibz neq; ex uoluntate car
nis neq; ex uoluntate uiri: sed ex deo na
ti sunt. Et uerbū caro factū est: et habitauit
in nobis. Et uidimus gloriam eius: glo
riam quasi unigeniti a patre. Plenū
gracie et ueritatis. Johānes testimoni
um phibet de ipo: et clamat dicens. Hic
erat quē dixi. Qui post me uenturus
est ante me factus est: quia prior me erat.
Et de plenitudine eius nos omnes acce
pimus. et gratiam pro gratia: quia lex p mo
ysen data est: gracia et ueritas p ihesum
xpm facta est. Deum nemo uidit unquam. U
nigenitus filius qui est in sinu patris:
ipe enarrauit. Et hoc est testimonium io
hannis qm miserūt iudei ab hierosoly
mis sacerdotes et leuitas ad eum: ut in
terrogarent eum. tu quis es? Et confessus
est: et non negauit. Et confessus e: quia
non sum ego xpus. Et interrogauerūt eum.
Quid ergo? Helyas es tu? Et dixit. Non sum. Pphēta es tu? Et respondit. Non. Dixerunt ergo ei. Quis es ut responsum demus
his qui miserūt nos? Quid dicis de te
ipso? Ait. Ego uox clamantis in deser
to: dirigite uiam dni sicut dixit ysaias p
pheta. Et qui missi fuerant: erant ex
phariseis. Et interrogauerūt eum: et dixe
runt ei. Quid ergo baptizas si tu nō
es xpus. neq; helyas. neq; pphēta? Respō
dit eis iohes dicens. Ego baptizo in aqua:
medius autē uestrum stetit quē uos nesci
tis. Ipe est qui post me uenturus e qui
ante me factus e: cui ego non sum dignus
ut soluam eius corrigiam calciamenti.
Hec in bethania facta sunt trans iordanen: ubi erat iohes baptizans. Alte

ra die uidit iohannes ihm uenientē ad
se: et ait. Ecce agnus dei: qui tollit pec
catū mundi. Hic est de quo dixi. Post me
uenit uir qui ante me factus est: quia prior
me erat. Et ego nesciebam eum. Sed ut
manifestetur isti: propterea ueni ego in aqua
baptizans. Et testimoniū phibuit iohā
nes dicens. Quia uidi spiritū descendē
tem q̄si columbam de celo: et mansit su
per eum. Et ego nesciebam eum. Sed qui
misit me baptizare in aqua: ille mihi
dixit. Sup quē videris spm descendentē
et manentē super eū: hic est qui bapti
zat in spū scō. Et ego uidi et testimoniū p
hibui: quia hic e filius dei. Altera die ite
rū stabat iohānes: et ex discipulis eius
duo. Et respiciens ihm ambulantē dicit.
Ecce agnus dei. Et audierūt eū duo discipu
li loquentē: et secuti sunt ihm. Conuersus
autē ihus et uidens eos sequētes se: dicit
eis. Quid queritis? Qui dixerūt ei. Rab
bi: qđ est interpretatū magr. Ubi habitas?
Dicit eis. Uenite et uidete. Uenerūt et vi
derūt ubi maneret: et apud eū manse
runt die illo. Hora autē erat q̄si decima.
Erat autē andreas frater symonis petri
unus ex duobz qui audierant a iohāne.
et secuti fuerant eum. Inuenit hic pri
mū fratrem suū symonē: et dicit ei. Inue
nimus messyam: qđ est interpretatū xpus.
Et adduxit eum ad ihm. Intuitus au
tem eum ihus dixit. Tu es symō filius
iohanna: tu uocaberis cephas qđ inter
pretatur petrus. In crastinū uoluit exire
in galileam: et inuenit philippū. et dicit
ei ihesus. Sequere me. Erat autē philip
pus a bethsaida ciuitate andree et petri.
Inuenit philippus nathanael: et dicit
ei. Quē scripsit moyses in lege et pphe
te: inuenimus ihm filiū ioseph a naza
reth. Et dixit ei nathanahel. A nazareth
potest aliquid boni esse? Dicit ei philip?
Ueni et uide. Vidit ihus nathanahel ue
nientē ad se: et dicit de eo. Ecce uere isra
helita: in quo dolus non est. Dicit ei
nathanahel. Unde me nosti? Respō

Jo. iij
hȳ. i.
Ru. xiij

Jo. iij.

Jo. v.
hȳ. i.
Ru. xiij

Jo. vi.
hȳ. xx
hȳ. iij.
Ru. x.

Jo. vij

Jo. viij
hȳ. c xij
Ru. c xij

Jo. ix

Jo. x.
hȳ. viij
hȳ. ij
Ru. vij
Jo. xi.

Jo. xij
hȳ. xi.
hȳ. iij
Ru. x

Jo. xiij.

Jo. xxx
hȳ. xxxvij
Ru. xxxij

Jo. xxx
hȳ. xxxvij
hȳ. c xxxvij
Ru. xxxvij

Jo

ihus: et dixit ei. Priusq̄ te philippus vo
caret: cum esses sub ficu vidi te. Rn̄dit
ei nathanahel: et ait. Rabbi. tu es filius
dei: tu es rex isrl'. Rn̄dit ihus: et dixit ei.
Quia dixi tibi vidi te sub ficu credis:
maius hijs videbis. Et dicit ei. Amen
amen dico vobis: videbitis celū aptū.
et angelos dei ascendentes et descendētes
supra filiū hominis. II

Et die tercia nupcie fc̄e sūt ī cha
na galilee: et erat mater ihesu
ibi. Vocatus est autē et ihesus:
et discipuli eius ad nupcias. Et deficiē
te vino: dicit mat' ihu ad eū. Vinū nō
habent. Et dicit ei ihus. Quid m̄ et ti
bi est mulier? Nondū venit hora mea.
Dicit mater eius mīstris. Qd̄cūq; dix
erit vobis facite. Erant autē ibi lapide
e ydrie sex posite. scd̄m purificacōnem
iudeorū: capientes singule metretas bi
nas vel ternas. Dicit eis ihus. Implete
ydrias aqua. Et impleverūt eas usq;
ad sūmū. Et dicit eis ihus. Haurite
nūc: et ferte architriclino. Et tulerunt.
Vt autē gustavit architriclinus aquā vi
nū fc̄am. et non sciebat vnde eēt. minis
tri autē sciebant qui hauserant aquā:
vocat sponsū architriclinus. et dicit ei.
Omīs homo p̄mū bonū vinū ponit: ⁊
cū inebriati fuerint. tūc id qd̄ deterius ē.
Tu autē servasti bonū vinū usq; adhuc.
Hoc fecit īciū signorū ihus in chana ga
lilee: et maīfestavit gloriā suam. Et cre
diderūt in eū discipuli eius. Post hec des
cendit in capharnaū ipē et mater eius ⁊
fratres eius et discipuli eius: et ibi man
serūt non multis diebz. Et ꝓpe erat pas
cha iudeorū: et ascendit iherosolimā ihus.
Et īvenit in templo vendentes boves et o
ves et colūbas: et nūmularios sedentes. Et
cum fecisset quasi flagellū de funiculis:
omēs eiecit de templo. Oves quoq; et bo
ves et nūmularior effudit es: et mensas
subvertit. Et hijs qui colūbas vendebant
dixit. Auferte ista hinc: et nolite facere do
mū patris mei domū negociacōnis. Re

cordati vero sunt discipuli eius: quia scr̄
tū est. Zelus domus tue comedit me. Rn̄
derūt ergo iudei: et dixerūt ei. Qd̄ signū
ostendis nobis. quia hec facis? Rn̄dit
ihus: et dixit eis. Solvite templū hoc: et
in tribus diebz excitabo illud. Dixerunt
ergo iudei. Quadraginta et sex annis e
dificatū est templū hoc. et tu tribz diebz
excitabis illud? Ille autē dicebat de tēplo
corpis sui. Cum ergo resurrexisset a mor
tuis. recordati sūt discipli eius qr hoc dice
bat: et crediderūt scripture et sermoni q̄
dixit ihus. Cum autē eēt iheosolimis in
pascha in die festo: multi crediderūt ī no
mīe eius. videntes signa eius que facie
bat. Ipse autē ihus non credebat semet
ipm̄ eis: eo qd̄ ipē nosset omēs: et qr opus
ei non erat. ut quis testīoniū phiberet de
homīe. Ipē eiū sciebat: quid esset ī hoīe.

Erat autē homo III
ex phariseis nychodemus noīe:
princeps iudeorū. Hic venit ad e
um nocte: et dixit ei. Rabbi: scimus q̄a
a deo venisti magr̄. Nemo eū potest hec
signa facere que tu facis: nisi deus fuerit
cum eo. Rn̄dit ihus: et dixit ei. Amē amē
dico tibi: nisi quis natus fuerit denuo. nō
potest videre regnū dei. Dicit ad eū nicho
demus. Quomō pt̄ homo nasci cū sit se
nex? Nūquid pt̄ in ventrē matris sue i
terū introire et renasci? Rn̄dit ihus. A
men amen dico tibi: nisi quis renatus
fuerit ex aqua et spū: non pt̄ introire ī
regnū dei. Qd̄ natū est ex carne: caro ē.
Et qd̄ natū est ex spū: spūs est. Non mi
reris quia dixi tibi: oportet vos nasci denu
o. Spūs ubi vult spirat: et vocē eius au
dis: sed non scis vnde veniat et quo va
dat. Sic est omīs qui natus est ex spū.
Rn̄dit nychodemus: et dixit ei. Quomō
possūt hec fieri? Rn̄dit ihus: et dixit ei.
Tu es magr̄ in isrl'. et hec ignoras? Amē
amen dico tibi: quia qd̄ scimus loqm̄
et qd̄ vidimus testam̄: et testīoniū nr̄m
non accipitis. Si terrena dixi vobis ⁊ nō
creditis: quomō si dixero vobis celestia

Jo. xxiij
Mt. c lxi
Mr. lxxvij
Jo. xxiiij

credens: Et nemo ascendit in celū nisi
qui descendit de celo: filius hominis qui
est in celo. Et sicut moyses exaltauit ser
pentem in deserto: ita exaltari oportet filiū
hoīs: ut omnis qui credit in ipm nō
pereat: sed habeat vitā eternā. Sic enī de
us dilexit mundū ut filiū suū vnigenitū
daret: ut omnis qui credit in eum nō pe
reat: sed habeat vitam eternā. Non enī
misit deus filiū suū in mundū ut iudicet
mundū: sed ut saluetur mundus p ipm. Qui
credit in eum: non iudicatur. Qui autē
non credit iam iudicatus est: quia non
credit in nomīe vnigeniti filij dei. Hoc
est autē iudicium: quia lux venit in mū
dū: et dilexerūt homines magis tenebras
q̄ lucem. Erant enī eor mala opa. Om
nis enī qui male agit odit lucem: et non
venit ad lucem ut non arguantur opa
eius. Qui autē facit veritatem venit ad
lucem: ut manifestentur eius opa quia
in deo sunt facta. Post hec venit ihūs et
discipuli eius in iudeam tiram: et illic de
morabatur cū eis et baptizabat. Erat
autē et iohānes baptizans in ennon iux
ta salim: quia aque multe erant illic: et
veniebant et baptizabantur. Nondū enī
missus fuerat in carcerem iohānes. Facta
est ergo questio ex discipulis iohannis
cum iudeis de purificatiōne: et venerunt
ad iohannē et dixerūt ei. Rabbi qui erat
tecū trans iordanem cui tu testimoniū phi
buisti: ecce hic baptizat. et oēs veniūt
ad eum. Respondit iohānes: et dixit. Nō pō
homo accipe quicq̄: nisi fuerit ei datū de
celo. Ipi uos mi testimoniū phibetis q̄d di
xerim ego non sum xp̄us: sed quia missus
sum ante illū. Qui habet sponsam: spō
sus est. Amicus autē sponsi qui stat et
audit eum: gaudio gaudet propter uocē spō
si. Hoc ergo gaudiū meū impletū est. Il
lū oportet crescere: me autē minui. Qui
de sursū venit: sup omnes est. Qui est
de terra: et de tra loquitur. Qui de celo ve
nit: sup̄ omnes ē. Et q̄d vidit et audiuit
hoc testatur: et testimoniū eius nemo acci

pit. Qui accepit eius testimoniū: signa
uit quia deus verax est. Quē enim
misit deus: verba dei loquit. Non enī
ad mensuram dat deus spīm. Pater dili
git filiū: et omnia dedit in manu eius.
Qui credit in filiū: habet vitā eternam.
Qui autem incredulus est filio: nō vide
bit vitam. sed ira dei manet sup eum. ...

Cap. IIII.

Ego cognouit
ihūs quia audierūt pharisei q̄
ihūs plures discipulos facit et
baptizat q̄ iohānes: q̄mq̄ ihūs nō bap
tizabat sed discipuli eius: reliquit iudeā
et abiit iterū in galileam. Oportebat
autē eū transire p samariam. Venit g̀
in ciuitatē samarie que dicitur sychar:
iuxta predium q̄d dedit iacob ioseph filio
suo. Erat autē ibi fons iacob. Ihūs er
go fatigatus ex itinere: sedebat sic sup fōn
tem. Hora erat quasi sexta. Venit mu
lier de samaria. haurire aquā. Dicit ei
ihūs. Da mihi bibere. Discipuli enī ei⁹
abierant in ciuitatē: ut cibos emerent.
Dicit ergo ei mulier illa samaritana.
Quomodo tu cū sis iudeus bibere a me
poscis: que sum mulier samaritana?
Non enī coutātur iudei samaritanis.
Respondit ihūs: et dixit ei. Si scires donū dei
et quis est qui dicit tibi da mihi bibere: tu
forsitan petisses ab eo et dedisset tibi aquā
viuā. Dicit ei mulier. Dne nec in quo
hauritorium habes: et puteus altus est. Unde
ergo habes aquā viuā? Numquid tu ma
ior es patre nr̄o iacob qui dedit nobis pu
teū: et ipe ex eo bibit et filij eius et pecora
eius? Respondit ihūs: et dixit ei. Oīs qui
bibit ex aqua hac: sitiet iterū. Qui autē
biberit ex aqua quā ego dabo ei: nō sitiet
in eternū. Sed aqua quā ego dabo ei: fiet
in eo fons aque salientis in vitā eternā. Di
cit ad eū mulier. Dne da mihi hanc a
quā: ut non sitiam. neq; veniam huc
haurire. Dicit ei ihūs. Vade voca virū tu
um: et veni huc. Respondit mulier: et dixit.
Non habeo virū. Dicit ei ihūs. Bene dix
isti: quia non habeo virū. Quīq; enī vi

Jo. xxv. ad. vij. Jo. xxvi ad. xvij ad. viij. Jo. xxvii

Jo. xxviij ad. xi. ad. viij. Jo. x. Jo. xxix

Jo. xxxx ad. xxxx. Jo. xxxxi

ros habuisti: et nunc quem habes non est
tuus vir. Hoc vere dixisti. Dicit ei muli
er. Domine: video quia propheta es tu. Patres nostri
in monte hoc adoraverunt. Et vos dicitis:
quia iherosolimis est locus ubi adorare
oportet. Dicit ei ihesus. Mulier crede mihi: quia
veniet hora. quando neque in monte hoc neque
in iherosolimis adorabitis patrem. Vos ad
oratis quod nescitis: nos adoramus quod sci
mus: quia salus ex iudeis est. Sed venit
hora et nunc est: quando veri adoratores ad
orabunt patrem in spiritu et veritate. Nam
et pater tales querit: qui adorent eum.
Spiritus est deus: et eos qui adorent eum. in
spiritu et veritate oportet adorare. Dicit
ei mulier. Scio quia messyas venit: qui
dicitur xpus. Cum ergo venerit: ille nobis
annunciabit omnia. Dicit ei ihesus. Ego sum:
qui loquor tecum. Et continuo venerunt dis
cipuli eius: et mirabantur quia cum muli
ere loquebatur. Nemo tamen dixit quid
queris: aut quid loqueris cum ea. Reliquit
ergo ydriam suam mulier. et abiit in ci
vitatem: et dicit illis hominibus. Venite et
videte hominem: qui dixit mihi omnia quecumque
feci. Numquid ipse est xpus: Exierunt de civi
tate: et veniebant ad eum. Interea rogabant
eum discipuli eius dicentes. Rabbi man
duca. Ille autem dixit eis. Ego cibum habeo
manducare: quem vos nescitis. Dicebant
ergo discipuli adinvicem. Numquid aliquis
attulit ei manducare: Dicit eis ihesus. Me
us cibus est. ut faciam voluntatem eius qui
misit me: ut perficiam opus eius. Nonne
vos dicitis quod adhuc quatuor menses sunt.
et messis venit: Ecce dico vobis. Levate
oculos vestros et videte regiones: quia albe
sunt iam ad messem. Et qui metit merce
dem accipit: et congregat fructum in vitam
eternam: ut et qui seminat simul gaudeat
et qui metit. In hoc enim est verbum verum:
quia alius est qui seminat: et alius est qui
metit. Ego misi vos metere: quod vos non
laborastis. Alii laboraverunt: et vos in la
bores eorum introistis. Ex civitate autem illa
multi crediderunt in eum samaritanorum:

propter verbum mulieris testimonium perhiben
tis. quia dixit michi omnia quecumque feci.
Cum venissent ergo ad illum samarita
ni: rogaverunt eum ut ibi maneret. Et
mansit ibi duos dies. Et multo plures
crediderunt: propter sermonem eius. Et muli
eri dicebant: quia iam non propter tuam
loquelam credimus. Ipsi enim audivimus
et scimus: quia hic est vere salvator mun
di. Post duos autem dies exiit inde: et ab Jo. xxxiiii
iit in galyleam. Ipse enim ihesus testimonium Mt. xix
perhibuit: quia propheta in sua patria ho Jo. xxxv. Mt. c xlii Mr. li Lu. xxi
norem non habet. Cum ergo venisset in Jo. xxxvi
galileam. exceperunt eum galilei cum omnia
vidissent que fecerat iherosolimis in die
festo: et ipsi enim venerant in diem festum.
Venit ergo iterum in chana galilee: ubi
fecit aquam vinum. Et erat quidam regu Jo. xxxvii Mt. lxiiii Lu. lxv.
lus: cuius filius infirmabatur capharna
um. Hic cum audisset quia ihesus adve
niret a iudea in galileam: abiit ad eum.
et rogabat eum ut descenderet et sanaret fili
um eius. Incipiebat enim mori. Dixit er
go ihesus ad eum. Nisi signa et prodigia vi
deritis: non creditis. Dicit ad eum regulus.
Domine: descende priusquam moriatur filius me
us. Dicit ei ihesus. Vade: filius tuus vi
vit. Credidit homo sermoni quem dixit
ei ihesus: et ibat. Iam autem eo descendente.
servi occurrerunt ei: et nunciaverunt dicen
tes quia filius eius viveret. Interrogabat
ergo horam ab eis: in qua melius habu
erit. Et dixerunt ei. Quia heri hora septi
ma reliquit eum febris. Cognovit ergo pater:
quia illa hora erat in qua dixit ei ihesus.
filius tuus vivit. Et credidit ipse: et domus
eius tota. Hoc iterum secundum signum fecit ihesus:
cum venisset a iudea in galileam.

Post hec erat dies festus iudeorum: Jo. xxxviii Mt. lxx Mr. xx Lu. xxxvii.
et ascendit ihesus iherosolimam.
Est autem iherosolimis probatica
piscina. que cognominatur hebraice beth
saida: quinque porticus habens. In hiis ia
cebat multitudo magna languentium. ce
corum claudorum aridorum: expectantium aque
motum. Angelus autem dominum secundum tempus

descendebat in piscinā: et mouebatur
aqua. Et qui prior descendisset in pisci
nam post motionē aque: sanus fiebat
a quacūq; detinebatur infirmitate. E
rat autē quidā homo ibi: triginta et oc
to annos habens in īfirmitate sua.
Hūc cū uidisset ihūs iacentē. et cogno
uisset quia multū iam tempus habēt:
dicit ei. Vis sanus fieri? Rn̄dit langui
dus ei. Dn̄e hoīem non habeo: ut cum
turbata fuerit aqua. mittat me in pis
cinam. Dū venio eū ego: alius ante
me descendit. Dicit ei ihūs. Surge tol
le grabatū tuū: et ambula. Et statim
sanus fc̄us est homo: et sustulit graba
tum suū et ambulabat. Erat autē sab
batū in illo die. Dixerūt ergo iudei. illi
qui sanus fc̄us fuerat. Sabbm̄ est: non
licet tibi tollere grabatū tuū. Rn̄dit e
is. Qui me fecit sanū: ille michi dixit.
Tolle grabatū tuū: et ambula. Interro
gauerunt ergo eū. Quis est homo ille
qui dixit tibi: tolle grabatū tuū et am
bula? Is autem qui sanus fuerat effec
tus: nesciebat quis esset. Ihūs eū decli
nauit a turba constituta in loco. Post
ea īuenit eum ihūs in templo: et dixit
illi. Ecce sanus fc̄us es: iam noli pecca
re. ne deterius tibi aliquid contingat.
Abiit ille homo et nūciauit iudeis: q̄a
ihūs esset qui fecit eū sanū. Pp̄tēa p̄se
quebantur iudei ihūm: quia hec facie
bat in sabbato. Ihūs autē rn̄dit eis.
Pater meus usq; modo opatur: et ego
operor. Pp̄tēa ergo magis quēbant e
um iudei interficē: quia nō solū solue
bat sabbm̄: sed et p̄rem suū dicebat de
um. equalem se faciens deo. Rn̄dit ita
q; ihūs: et dixit eis. Amen amen dico
uobis: non pt̄ filius a se facere quicq̄:
nisi qd̄ uiderit patrē facientē. Quecū
q; eū ille fecerit: hec et filius similiter
facit. Pater eū diligit filiū: et oīa de
monstrat ei que ipē facit. Et maiora
hiis demōstrabit ei opa: ut uos mire
nū. Sicut eū pater suscitat mortuos

Jo. xxxix.

et viuificat: sic et filius quos vult vi
uificat. Neq; eū pater iudicat quēq̄:
sed omē iudiciū dedit filio: ut omēs ho
norificent filiū sicut honorificant pa
trem. Qui non honorificat filiū: non
honorificat patrē qui misit illū. Amē
amen dico uobis: quia qui uerbū meū
audit et credit ei qui misit me: habz vi
tam eternam. Et in iudiciū non venit:
sed transit a morte in vitam. Amen a
men dico uobis: quia uenit hora ⁊ nūc
est qn̄ mortui audient uocē filij dei: et q̄
audierint viuent. Sicut eū pater habz
vitam in semetipō: sic dedit et filio vitā
habē in semetipō. Et ptātem dedit ei et
iudiciū facere: quia filius hoīs est.
Nolite mirari hoc: quia uenit hora in
qua omēs qui in monumentis sūt au
dient uocem eius. Et pcedent qui bona
fecerūt in resurrcōnem vite: qui uero
mala egerūt. in resurrcōnem iudicij. Nō
possum ego a meipō facē quicq̄m. Sicut
audio iudico: et iudiciū meū iustū est:
quia non quero uolūtatem meā. sed uo
luntatē eius qui misit me. Si ego testīo
niū p̄hibeo de me: testīoniū meū non ē
verum. Alius est qui testīoniū p̄hibet de
me: et scio quia verū est testīoniū qd̄ p̄
hibet de me. Vos misistis ad iohannem:
et testīoniū p̄hibuit ueritati. Ego autē
non ab homīe testīoniū accipio: sed hec
dico ut uos salui sitis. Ille erat lucerna
ardens et lucens: uos autē uoluistis ex
ultare ad horam in luce eius. Ego autē
habeo testīoniū maius iohanne. Opa
eū que dedit michi pater ut p̄ficiā ea:
ipa opa que ego facio testīoniū p̄hibent
de me. quia pater me misit. Et qui mi
sit me pater: ipē testīonium p̄hibuit de
me. Neq; uocem eius vnq̄ audistis:
neq; speciē eius uidistis. Et uerbū eius
non habetis in uobis manens: quia q̄
misit ille huic uos non creditis. Scruta
mī scripturas: quia uos putatis in ip
sis vitam eternam habere. Et ille sunt q̄
testīoniū p̄hibent de me: et non vultis

veuire ad meut vitam habeatis. Gla
riatē ab hoīb; non accipio: sed cog
noui uos. quia dilāconem dei non ha
beis in uobis. Ego ueni in noīe patris
mei: et non accepistis me. Si alius ve
nerit in noīe suo: illū accipietis. Quom
potestis uos credere qui gloriā abinuicem
accipitis: et gloriā que a solo est deo nō
queritis? Nolite putare: quia ego accu
saturus sum vos apud pīem. Est q̄ ac
cuset uos: moyses in quo uos speratis. Si
enī crederetis moysi: crederetis forsitan
et michi. De me enī ille scripsit. Si autē
illius līs non creditis: quomodo meis
uerbis credetis?

VI

Post hec abiit ihūs trans mare
galylee qđ est tyberiadis. Et se
quebatur eū multitudo magna: quia
videbant signa que faciebat sup hys q̄
infirmabantur. Subiit ergo in montē
ihūs: et ibi sedebat cū discipulis suis.
Erat autē primū pascha: dies festus iu
deorū. Cum subleuasset ergo oculos ihs.
et uidisset quia multitudo maxima ven
ad eū: dicit ad philippū. Unde emamus
panes ut manducent hy? Hoc autē di
cebat: temptans eū. Ipē enī sciebat: quid
esset facturus. Rūdit ei philippus. Ducento
rū denariorū panes non sufficiūt eis: ut un
usquisq; modicū quid accipiat. Dicit e
i unus ex discipul' eius: andreas frāt sy
monis petri. Est puer unus hic: qui ha
bet quīq; panes ordeaceos: et duos pisces.
Sed hec quid sūt inter tantos? Dixit er
go ihūs. Facite homīes discumbē. Erat
autē fenū multū in loco. Discubuerunt
ergo viri: numero quasi quīq; milia. Accepit
ergo ihūs panes: et cū grās egisset dis
tribuit discum[bentibus] bentibz. Similiter
et ex pisabus: [quantū] quātū volebāt. Ut
autē impleti [sunt] sunt: dixit discipulis
suis. Colligite que superauerūt fragmen
ta: ne pereāt. Collegerūt ergo: et impleuerūt
duodecim cophinos fragmentorū ex quīq;
panibz ordeaceis que superfuerūt hīs qui
manducauerāt. Illi ergo homīes cū vidis
sent qđ fecerat signū: dicebant. Quia
hic est uere pheta: qui venturus est in
mūdū. Ihūs ergo cū cognouisset quia
venturi essent ut raperent eum et facere
eum regem: fugit iterū in montē ipse so
lus. Ut autē sero factū est: descenderūt dis
cipuli eius ad mare. Et cū ascendissent
nauē: venerūt trans mare in capharnaū
um. Et tenebre iam fēē erant: et nō ve
nerat ad eos ihūs. Mare autē vento ma
gno flante exurgebat. Cū remigassēt er
go quasi stadia viginti quīq; aut trigin
ta: uident ihm ambulantē sup mare et
proximū nauī fieri: et timuerūt. Ille at
dicit eis. Ego sum: nolite timere. Volue
runt ergo accipere eum in nauem: et sta
tim fuit nauis ad terram quā ibāt. Alia
die turba que stabat trans mare vidit
quia nauicula alia nō erat ibi nisi una:
et quia nō intrasset cū discipulis suis
ihūs in nauē: sed soli discipuli eius ab
issent. Alie uero supuenerūt naues a ty
beriade: iuxta locū ubi manducauerāt
panē grās agentes dño. Cum ergo vidis
set turba quia ihūs non erat ibi neq; dis
cipuli eius: ascenderūt in nauicullas. et
venerūt capharnaum quērentes ihm. Et
cū inuenissent eū trans mare: dixerūt
ei. Rabbi quando huc uenisti? Rūdit ei ihūs:
et dixit. Amen amen dico uobis: quēri
tis me nō quia uidistis signa: sed quia
manducastis ex panibz. et saturati estis.
Operamini non cibū qui perit: sed qui p
manet in vitam ętēnam. quē filius ho
mīs uobis dabit. Hūc enī pater signa
uit deus. Dixerūt ergo ad eum. Quid
faciemus? ut operemur opa dei? Rūdit
ihūs: et dixit eis. Hoc est opus dei: ut
credatis in eū quē misit ille. Dixerunt
ergo ei. Qđ ergo tu facis signū? ut vi
deam? et credamus tibi? Quid operaris?
Patres nī mānā manducauerūt in
deserto: sicut scriptū est. Panē de celo de
dit eis manducare. Dixit ergo eis ihs.
Amen amen dico uobis: non moyses
dedit uobis panē de celo: sed pat meus

Jo. li. ajr col. ajr lxxvij

Jo. lij.

Jo. liij ajr col lxi ajr lxxvij

Jo. liiij.

dat uobis panē de celo uerū. Panis eū
dei est qui descendit de celo: et dat vitam
mūdo. Dixerūt ergo ad eū. Dn̄e: semp
da uobis panē hunc. Dixit autē eis ihs.
Ego sum panis vite. Qui ueīt ad me:
non esuriet. Et qui credit in me: nō si
ciet vnq̄. Sed dixi uobis: quia et uidis
tis me et credidistis. Omē qd̄ dat michi
pater ad me ueniet: et eū qui ueniet ad
me non eiciam foras. Quia descendi
de celo. non ut faciā uolūtatem meam:
sed uolūtatē eius qui misit me. Hec ē
autē uolūtas eius qui misit me patris:
ut omē qd̄ dedit michi non pdam ex eo:
sed resuscitem illud in nouissimo die. Hec
est eū uolūtas patris mei qui misit me:
ut omīs qui uidet filiū et credit in eū.
habeat vitam eternam. Et ego resuscita
bo eum in nouissimo die. Murmura
bant ergo iudei de illo: quia dixisset. e
go sum panis qui de celo descendi. Et
dicebant. Nōne hic est ihus filius io
seph. cui⁹ nos nouim⁹ patrē et matrem:
Quomō ergo dicit hic quia de celo des
cendi: Rn̄dit ergo ihus: et dixit eis.
Nolite murmurare in īuicem. Nemo
potest venire ad me: nisi pater q̄ misit
me traxerit eū. Et ego resuscitabo eum
in nouissimo die. Est scriptū in pphetis.
Et erūt omīs docibiles dei. Omīs qui
audiuit a pr̄e et didicit: uenit ad me.
Non quia patrem vidit quisq̄: nisi
is qui est a deo hic uidit patrē. Amen
amen dico uobis: qui credit in me ha
bet uitam eternā. Ego sū panis uite.
Pr̄es uestri manducauerūt in deserto
mānā: et mortui sunt. Hic est panis
de celo descendens: ut si quis ex ipo man
ducauerit non moriatur. Ego sū pānis
viuus: qui de celo descendi. Si quis mā
ducauerit ex hoc pane: viuet in eternum.
Et panis quē ego dabo: caro mea ē pro
mūdi vita. Litigabant ergo iudei ad īui
cem dicentes. Quomō potest hic nob
carnē suam dare ad manducandū: Dix
it ergo eis ihus. Amen amen dico uob:

Jo. lv. Mt. c lxxxiiij Mr. c lxv Lu. c lxvi
Jo. lvi
Jo. lvij Mt. c xcv Mr. c lxxvi Lu. c lxxxij
Jo. lviij
Jo. lix Mt. c xli Mr. l. Lu. xix.
Jo. lx.
Jo. lxi Mt. c xij Lu. c xix Jo. lxii
Jo. lxiij Mt. c lxxxiiij Mr. c lxv Lu. c lxvi. Jo. lxiiij
Jo. lxv. Mt. c lxxxiiij Mr. c lxv. Lu. c lxvi
Jo. lxvi.

nisi manducaueritis carnē filij hominis
et biberitis eius sanguinē: non habebi
tis vitam in uobis. Qui manducat me
am carnē et bibit meū sanguinē: habet
vitam eternā. Et ego resuscitabo eū in no
uissimo die. Caro eū mea uere est cibus:
et sanguis meus vere est potus. Qui
manducat meā carnē et bibit meū sāg
uinē: in me manet et ego in illo. Sicut
misit me viuens pater: et ego viuo ppt̄
patrē. Et qui manducat me: et ipe vi
uet ppter me. Hic est panis: qui de celo
descendit. Non sicut manducauerūt pa
tres uestri mānā: et mortui sūt. Qui
manducat hūc panē: viuet in eternū.
Hec dixit in synagoga: docens in caphar
naum. Multi ergo audientes ex discipu
lis eius: dixerūt. Durus est hic sermo.
Quis pt̄ eum audire: Sciens autem
ihus apud semetipm quia murmura
rent de hoc discipuli eius: dixit eis. Hoc
uos scandalizat: Si ergo videritis filiū
hominis ascendentem ubi erat prius. Spi
ritus est qui viuificat: caro non pdest
quicq̄. Verba que ego locutus sū uobis:
spūs et vita sunt. Sed sūt quidā ex uob:
qui nō credūt. Sciebat eū ab īicio ihs
qui ecūt credentes: et quis traditurus
esset eū. Et dicebat. Ppterea dixi uobis:
quia nemo potest venire ad me. nisi
fuerit ei datū a patre meo. Ex hoc mul
ti discipulor eius abierūt retro: et iam
non cum illo ambulabāt. Dixit ergo ihs
ad duodecim. Nūquid et uos vultis ab
ire: Rn̄dit ergo ei symon petrus. Dn̄e
ad quē ibim⁹: Verba vite eterne habes.
Et nos credim⁹ et cognouim⁹: quia tu
es xp̄us filius dei vi[illegible]ui. Rn̄dit eis
ihus. Nōne ego [illegible] vos elegi duo
decim: et ex uobis [illegible] vnus dyabo
lus est: Dicebat aūt de iuda symo
nis scariothis. Hic eū erat traditurus
eum: cū eēt vnus ex duodecī.

VII

Post hec ambulabat ihus ī ga
lyleam. Non eū uolebat ī iu
deam ambulare: quia querebāt

eum iudei uccidere. Erat autē in primo
dies festus iudeoy: scenophegia. Dixe
runt autē ad eū fres eius. Transi hinc
et uade in iudeam: ut et discipuli tui vi
deant opa tua que facis. Nemo quippe
in occlto aliquid facit: et querit ipē in
palam ee. Si hec facis: manifesta tetip
sum mūdo. Neq; enī fres eius credebāt
in eū. Dicit ergo eis ihūs. Tempus meū
nōdū aduenit: tempus autē uīm semp
est paratū. Non pōt mūdus odisse uos. Me
autē odit: quia ego testimoniū phibe
o de illo. quia opa eius mala sūt. Vos ac
cendite ad diem festū hunc. Ego nō ascē
deo ad diē festū istū: quia meū tempꝰ
nondū impletū est. Hec cū dixisset: ipē mā
sit in galylea. Vt autē ascenderūt fres e
ius: tūc et ipē ascendit ad diē festū. non
manifeste sed quasi in occulto. Iudei er
go quērebant eum in die festo: et dicebāt.
Vbi est ille? Et murmur multus de eo
erat in turba. Quidam enī dicebāt qꝫ
bonus est: alij autē dicebant non. sed se
ducit turbas. Nemo tamē palam loque
batur de illo: ppter metū iudeoy. Iam aūt
die festo mediante: ascendit ihūs in tē
plū et docebat. Et mirabant iudei dice
tes. Quomodo hic lras scit. cū non didice
rit? Rndit eis ihūs: et dixit. Mea doc
tra non est mea: sed eius qui misit me.
Si quis voluerit uoluntatē eius facere: cog
noscet de doctrina utrū ex deo sit. an ego
a metipo loquar. Qui a semetipo loquit:
gloriam ppriam querit. Qui autē querit
gloriam eius qui misit illū: hic uerax est.
et iustitia in illo non est. Nōne moyses
dedit uobis legem? Et nemo ex uobis fa
cit legem. Quid me queritis occidere?
Rndit turba: et dixit. Demoniū habes.
Quis te querit occidere? Rndit ihūs: et
dixit eis. Vnū opus feci: et oēs miramini.
Propterea moyses dedit uobis circūcisionem:
non quia ex moyse est. sed ex patrib: et in
sabbato circūcidis hoīem. Si circūcisio
nem accipit homo in sabbato: ut nō sol
uatur lex moysi: mihi indignamini qꝫ

totū hoīem sanū feci in sabbato? Nolite
te iudicare secdm faciē: sed iustū iudiciū
iudicate. Dicebāt ergo quidā ex hierolo
limis. Nōne hic est quē querūt occidere?
Et ecce palam loquit: et nichil ei dicunt.
Numquid uere cognouerūt principes. qꝫ
hic est xp̄us? Sed hūc scimus unde sit.
Xp̄us autē cum uenerit: nemo scit unde
sit. Clamabat ergo docens in templo ihc: Jo. lxxvi
et dicens. Et me scitis: et unde sim scitis. ayt. c xvi
Et a meipo non ueni: sed est uerus qui mi Jlu. c xvi
sit me. quē uos nescitis. Ego scio eum.
Et si dixero quia nescio eum: ero similis
uobis mendax. Et scio eum. qꝫ ab ipso
sum: et ipe misit me. Quērebant ergo e Jo. lxxvii
um apprehendere: et nemo misit in illum ayt. cc xx
manus: quia nondū uenerat hora ei. ayt. c xxxvi
Jlu. cc lxx
De turba autē multa crediderūt in eū: Jo. lxxviii
et dicebant. Xp̄us cū uenerit. numqd plu
ra signa faciet. qm̄ que hic facit? Audi
erūt pharisei turbā murmurantē de il
lo hec. Et miserūt principes et pharisei Jo. lxxix
ministros: ut apprehenderent eū. Dixit er ayt. ccc. ayt. c lxxxi
go ihūs. Adhuc modicū tēpus uobiscū Jlu. cc lxxxvi
sum: et uado ad eum qui misit me. Jo. lxxx
Quere
ris me et non inuenies: et ubi sum e
go uos non potestis uenire. Dixerūt er
go iudei ad semetipos. Quo hic iturus
est quia non inueniemus eum? Numqd
in dispersionem gentiū iturus est. et docto
rus gentes? Quis ē hic sermo quē dix
it. quęres me et nō inuenies? et ubi sum
ego uos non potestis uenire? In nouis
simo autē die magno festiuitatis: sta
bat ihūs et clamabat dicens. Si quis
sitit: ueniat ad me et bibat. Qui cre
dit in me sicut dicit scriptura: flumina
de uentre eius fluent aque uiue. Hoc
autē dixit de spū: quē accepturi erant
credentes in eum. Nondū enī erat spi
ritus datus: quia ihūs nondū fuerat
glificatus. Ex illa ergo turba cū audis Jo. lxxxi
sent hos sermones eius: dicebant. Hic ayt. c xx.
est uere pphā. Alij dicebāt: hic ē xp̄s. Q Jo. lxxxii
dam autē dicebāt. Numquid a galilea ayt. v.
xp̄us uenit? Nōne scriptura dicit quia

Jo. lxxxvij

Jo. lxxxvij. ch⁹ et xx ch⁹ et xxx vu. et xliij

Jo. lxxxvi

ex semīe dauid et de bethleem castello ubi erat dauid venit xp̄us. Dissensio ergo fca est in turba pter eū. Quidam autē ex ipīs uolebant apprehendē eū: sed nemo misit sup illū manus. Venerunt ergo ministri ad pontifices et phariseos: et dixerūt eis illi. Quare non adduxistis eum? Rūderūt ministri. Nūq̄m sic loquutus est homo: sicut hic hō loquitur. Rūderūt ergo eis pharisei. Nūquid et uos seducti estis? Nūq̄d aliquis ex principib; credidit in eum aut ex phariseis? Sed turba hec que nō nouit legem: maledicti sunt. Dicit nicodemus ad eos ille qui uenit ad ihesū nocte: qui unus erat ex ipīs. Nūquid lex nr̄a iudicat hoīem: nisi audierit ab ipō prius et cognouerit quid faciat? Rūderūt et dixerunt ei. Nūquid et tu galileus es? Scrutare scripturas: et uide quia pphēa a galilea non surgit. Et reuersi sunt unusq̄sq; in domū suam.

Ihesus autē perrexit in VIII
montē oliuet: et diluculo iterū uenit in templū. Et omis plūs uenit ad eū: et sedens docebat eos. Adducūt autē scribe et pharisei mulierē in adulterio dep̄hensam: et statuerūt eam in medio. et dixerūt ei. Magr̄: hec mulier modo dep̄hensa est in adulterio. In lege autē moyses mandauit nobis huiūmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hoc autē dicebant tentantes eum: ut possent accusare eum. Ihūs autē inclinans se deorsum: digito scribebat in terra. Cum aut perseuerarent interrogantes eum: erexit se. et dixit eis. Qui sine pcō est uestrū: primus in illum lapidem mittat. Et iterum se inclinans: scribebat in terra. Audientes autē unus post unū exibāt: incipientes a seniorib;. Et remansit solus ihūs: et mulier in medio stās. Erigens autē se ihūs: dixit ei. Mulier: ubi sunt qui te accusabant: nemo te condēpnauit? Que dixit. Nemo dñe. Dixit autē ihūs. Nec ego te condemp

nabo. Vade: et amplius iam noli peccare. Iterū ergo locutus est eis ihesus dicens. Ego sum lux mūdi. Qui sequitur me non ambulabit in tenebris: sed habebit lumen uite. Dixerūt ergo ei pharisei. Tu de teip̄o testimoniū phibes: testimoniū tuū non est uerū. Rūdit ihūs: et dixit eis. Et si ego testimoniū phibeo de meip̄o. uerū est testimoniū meū: quia scio unde ueni et quo uado. Vos autē nescitis unde ueniō: aut quo uado. Vos secūdū carnē iudicatis: ego nō iudico quēq̄m. Et si iudico ego iudiciū meū uerū est: quia solus non sū. Sed ego et q̄ me misit pater. Et in lege vr̄a scriptū est: quia duor hoīm testimoniū uerū est. Ego sum qui testimoniū phibeo de meip̄so: et testimoniū phibet de me qui misit me pater. Dicebant ergo ei. Ubi est pater tuus? Rūdit ihūs. Neq; me scitis: neq; pr̄em meū. Si me sciretis: forsitan et patrem meū sciretis. Hec uerba loquutus est ihūs in gazophilacio: docens in templo. Et nemo apprehendit eum: quia nondū uenerat hora eius. Dixit ergo iterū eis ihūs. Ego uado et quēretis me: et in pcō ur̄o moriemini. Quo ego uado: uos non potestis uenire. Dicebant ergo iudei. Nūquid interficiet semetipm̄? quia dicit quo ego uado uos nō potestis uenire? Et dicebat eis. Vos de deorsū estis: ego de supnis sū. Vos de mūdo hoc estis: ego non sum de hoc mūdo. Dixi ūobis: quia moriemini in pcīs uestris. Si enī non credideritis quia ego sum: moriemini in pcīs ur̄is. Dicebant ergo ei. Tu quis es? Dixit eis ihūs. Principiū: qui et loquor uobis. Multa habeo de uobis loqui et iudicare. Sed qui misit me verax est: et ego que audiui ab eo hec loquor in hoc mūdo. Et non cognouerūt: quia pr̄em eius dicebat deum. Dixit ergo eis ihūs. Cū exaltaueritis filiū hoīis. tūc cognoscetis q̄ ego sum. et a meip̄o facio nichil: sed sicut docuit me pater hec loquor. Et qui

Jo. lxxxvij ch⁹ et xx ch⁹ et xxx vu. et xliij

Jo. lxxxvij ch⁹ et xx ch⁹ et xxx vu. et xliij

Jo. lxxxvi

me misit mecū est. Non reliquit me so
lum: quia ego que placita sunt ei facō
semp. Hec illo loquente: multi credide
runt in eū. Dicebat ergo ihus ad eos q̄
crediderūt ei iudeos. Si uos manseritis
in sermone meo: uere discipuli mei eri
tis. Et cognoscetis ueritatem: et veri
tas liberabit uos. Rn̄derūt ei. Semen
abrahe sum⁹: et nemī seruiuim⁹ ūq̄.
Quomō tu dicis liberi eritis? Rn̄dit
eis ihus. Amen amen dico uobis: q̄a
omīs qui facit pc̄m seruus est pc̄cati.
Seruus autē non manet in domo in
eternū: filius manet in eternū. Si ergo uos
filius liberauit: uere liberi eritis. Scio q̄
a filij abrahe estis. Sed queritis me int̄
ficere: quia sermo meus non capit in
uobis. Ego qd̄ uidi apud patrē loquor:
et uos que vidistis apud prem uīm fa
citis. Rn̄derūt et dixerūt ei. Pat̄ noster
abraham est. Dicit eis ihus. Si filij ab
he estis: opa abrahe facite. Nūc autem
queritis me int̄ficē: hoīem qui veritatē
uobis locutus sum quā audiui a deo. H̄
abraham non fecit. Vos facitis opa pa
tris uī. Dixerūt itaq̄ ei. Nos ex formi
cacione non sum⁹ nati: vnū prem ha
bemus deū. Dixit ergo eis ihus. Si de⁹
pater uī eēt: diligētis utiq̄ me. Ego eī
ex deo pcessi et ueni. Neq̄ eū a meipo
veni: sed ille me misit. Quare loquelā
meā non cognoscitis? Quia non potes
tis audire sermonē meū. Vos ex patre
dyabolo estis: et desideria pris uī vultis
facere. Ille homicida erat ab ūcio. et in
veritate non stetit: quia non ē veritas
in eo. Cū loquit̄ mendaciū ex ppriis loq̄
tur: quia mendax est et pat̄ eius. Ego
autē quia veritatem dico: non creditis
michi. Quis ex uobis arguet me de pc̄
cato? Si ueritatē dico: quare uos non
creditis mi? Qui est ex deo: uerba di au
dit. Pc̄ea uos non auditis: quia ex dō
non estis. Rn̄derūt igitur iudei: et dixe
rūt ei. Nōne bene dicim⁹ nos. quia sa
maritanus es tu et demoniū habes?

Rn̄dit ihus. Ego demoniū non habeo:
sed honorifico patrē meū: et uos inho
norastis me. Ego autē non quero glo
riam meā: est qui querat et iudicet. A
men amen dico uobis: si quis sermonē
meū seruauerit: mortē non videbit in
eternū. Dixerūt ergo iudei. Nūc cog
nouim⁹ quia demoniū habes. Abrahā
mortuus ē et pphete: et tu dicis si quis
sermonē meū seruauit. non gustabit
mortē in eternū? Nūquid tu maior es
pre uro abraham. qui mortuus ē? Et
pphete mortui sūt. Quē teipm facis?
Rn̄dit ihus. Si ego glorifico meipm:
gl̄a mea nichil est. Est pater meus q̄
glorificat me. quē uos dicitis quia d̄s
noster est: et non cognouistis eū. Ego
autē noui eū. Et si dixero q̄a non scio
eum: ero similis uobis mendax. Sz scio
eū: et sermonē eius seruo. Abraham
pater uest̄ exultauit ut videret diē me
um: et uidit et gauisus ē. Dixerūt g̊
iudei ad eū. Q̄nquaginta annos non
dū habes: et abraham uidisti? Dixit
eis ihus. Amen amen dico uobis: an̄
q̄m abraham fieret ego sum. Tulerūt
ergo lapides: ut iacerent in eū. Ihus at̄
abscondit se: et exiuit de templo. IX

Et pteriens. uidit hominē cecū
a natiuitate. Et interrogauerūt
eū discipuli sui. Rabbi. q̄s pec
cauit. hic aut pntes eius. ut cecus nas
ceretur? Rn̄dit ihus. Neq̄ hic peccauit
neq̄ parentes eius: sed ut manifesten
tur opa dei in illo. Me optet opari opa
eius qui misit me: donec dies est. Venit
nox: qn̄ nemo pt̄ opari. Q̄ndiu īmū
do sum: lux sū mundi. Hec cū dixisset:
exspuit in terram et fecit lutū ex sputo:
et liniuit lutū sup oculos eius: et dixit
ei. Vade et laua in natatoria syloe: qd̄
int̄pretatur missus. Abijt ergo et lauit:
et uenit videns. Itaq̄ vicini et qui vi
derant eū prius quia mendicus erat:
dicebant. Nōne hic est qui sedebat et
mendicabat? Alij dicebant quia hic ē:

alij autē nequaq̄. sed similis eius est.
Ille uero dicebat: quia ego sum. Dice
bant ergo ei. Quomō aperti sunt tibi o
culi? Rn̄dit. Ille homo qui dicitur ihs.
lutū fecit et unxit oculos meos: et dix
it michi. Vade ad natatoriam syloe:
et laua. Et abij et laui. et uidi. Dixerūt
ei. Vbi est ille? Ait. Nescio. Adducunt
eum ad phariseos: qui cecus fuerat.
Erat autē sabbm̄: qn̄ lutū fecit ihs
et aperuit oculos eius. Iterū ergo interro
gabant eū pharisei: quomō uidisset. Il
le autē dixit eis. Lutū posuit m̄ sup̄ ocu
los: et laui et uideo. Dicebant ergo ex
phariseis quidā. Non est hic homo a de
o: qui sabbm̄ non custodit. Alij dicebāt.
Quomō potest homo pcc̄or hec signa
facē? Et scisma erat in eis. Dicūt ergo ce
co iterū. Tu quid dicis de eo qui aperuit
oculos tuos? Ille autē dixit: quia ꝓpha
est. Non crediderūt ergo iudei de illo q̄a
cecus fuisset et uidisset: donec uocauerūt
p̄ntes eius qui uiderat: et interrogauerūt
eos dicentes. Hic est filius uester: quē
uos dicitis quia cecus natus est? Quo
modo ergo nūc uidet? Rn̄derūt eis parē
tes eius: et dixerūt. Scimus quia hic ē
filius noster. et quia cecus natus ē: quo
modo autē nūc uideat nescim⁹. aut quis
eius aperuit oculos nos nescim⁹. Ipm̄ in
terrogate: etatē habz: ipē de se loquatur.
Hec dixerūt p̄ntes eius: q̄a timebāt iu
deos. Iam enim conspirauerāt iudei:
ut si quis eum confiteretur xp̄m. extra sy
nagogam fieret. Ꝓterea p̄ntes eius dixe
runt: quia etatem habet: ipm̄ interroga
te. Vocauerūt ergo rursū hoīem q̄ fue
rat cecus: et dixerunt ei. Da gloriā deo.
Nos scimus: quia hic homo pcc̄or est.
Dixit ergo ille. Si pcc̄or est nescio. Vnū
scio: quia cecus cum essem modo video.
Dixerūt ergo illi. Quid fecit tibi? Quo
modo aperuit tibi oculos? Rn̄dit eis. Dix
i nobis iam: et audistis. Quid iterum
vultis audire? Nūquid et nos vultis
discipuli eius fieri? Maledixerūt ei: et

dixerūt. Tu discipulus illius sis: nos aūt
moysi discipuli sum⁹. Nos scimus q̄a
moysi locutus est deus: hūc autē nesci
mus unde sit. Rn̄dit ille homo: et dixit
eis. In hoc eiū mirabile est. quia uos
nescitis unde sit: et aperuit meos oclos.
Scimus autē: quia pcc̄ores deus nō au
dit. Sed si quis dei cultor est et uolūta
tem eius facit: hūc exaudit. A seculo nō
est auditū: q̄a aperuit quis oculos ceci
nati. Nisi eēt hic a deo: nō poterat facē
quicq̄. Rn̄derūt et dixerūt ei. In peccatis
natus es totus: et tu doces nos? Et eiece
runt eū foras. Audiuit ihs quia eiece
rūt eum foras: et cū īuenisset eū dixit ei.
Tu credis in filiū dei? Rn̄dit ille: et dixit.
Quis est dn̄e: ut credam in eū? Et dix
it ei ihs. Et uidisti eū: et qui loquitur te
cum ipē est. At ille ait. Credo dn̄e. Et p
cidens adorauit eum. Et dixit ei ihs. In
iudiciū ego in hūc mūdū ueni: ut qui
non uident uideant. et qui uident ceci fi
ant. Et audierūt ex phariseis qui cū ip
so erant: et dixerūt ei. Nūquid et nos ce
ci sumus? Dixit eis ihs. Si ceci essetis:
non habētis pcc̄m. Nūc uero dicitis q̄a
uidemus: pcc̄m uīm manet.

X

Amen amen dico uobis: qui nō
intrat p ostiū in ouile ouiū. sz
ascendit aliūde: ille fur est et
latro. Qui autē intrat p ostiū: pastor
est ouiū. Huic ostiarius aperit: et oues
uocem eius audiūt. Et ꝓprias oues uo
cat noīatim: et educit eas. Et cū ꝓprias
oues emiserit ante eas uadit: et oues
illū sequūtur: quia sciūt uocem eius.
Alienū autē non sequūtur. sed fugiūt
ab eo: quia nō nouerūt uocem alieno
rū. Hoc ꝓuerbiū dixit eis ihs. Illi aūt
non cognouerūt. quid loqueretur eis. Dix
it ergo eis iterū ihs. Amen amē dico
uobis: quia ego sum ostiū ouiū. Oīs
quotquot uenerūt: fures sūt et latro
nes. Sed non audierūt eos oues. Ego
sum ostiū. P me si quis introierit sal
uabitur: et ingredietur et egredietur.

et pascha īuenier. ſ Nr non uenit: nisi
ut furet et mactet et pdat. Ego ueni
ut uitā habeāt: et habūdantius habe
ant. Ego sum pastor bonus. Bonus pa
stor. aiam suam dat pro ouibus suis.
ſ Mercenarius et qui non est pastor
cuius non sūt oues ppie: uidet lupū
uenientē et dimittit oues et fugit. Et
lupus rapit: et dispgit oues. ſ Mercen
narius autē fugit. quia mercēnarius
est: et non pmittet ad eā de ouibz. Ego
sū pastor bonus. Et cognosco meas: et
cognoscūt me mee. ſ Sicut nouit me pa
ter et ego agnosco pātem: et aiam meā
pono pro ouibus meis. Et alias oues
habeo que nō sunt ex hoc ouili: et illas
oportet me adducē. et uocem meā audi
ent. Et fiet unū ouile. et unus pastor.
ſ Propterea me pater diligit: quia ego po
no aiam meam. ut iterū sumā eam. Ne
mo tollit eam a me: sed ego pono eam
a meipo. Potestatem habeo ponendi eam:
et potestatem habeo iterū sumendi eā. ſ Hoc
mandatū accepi a pte meo. Dissensio i
terū facta est inter iudeos: ppter sermones
hos. Dicebant autē multi ex ipis. De
monium habet: et insanit. Quid eum
auditis: Alii dicebant. Hec uerba non
sunt demonium habentis. Numquid demo
nium potest cecoz oculos aperire: Facta sūt
autē encenia in hierosolimis: et hyems
erat. Et ambulabat ihūs in templo:
in porticu salomonis. Circūdederūt ḡ
eum iudei: et dicebant ei. Quousqz a
iam tuam tollis: Si tu es xps: dic
nobis palam. Respondit eis ihūs. Loquor
nobis: et nō creditis. Opa que ego fa
cio in noīe pris mei: hec testimoniū phi
bent de me. Sed uos non creditis: qui
a non estis ex ouibz meis. Oues mee
uocē meā audiūt: et ego cognosco eas.
et sequūtur me. Et ego uitam eternā
do eis: et non pibūt in etūm: et non ra
piet eas quisqm de manu mea. Pater
meus qđ dedit mi maius omniz est: et
nemo pōt rapere de manu pris mei. Ego
et pater unū sumus. Sustulerūt lapi
des iudei: ut lapidarent eū. Respondit eis
ihūs. ſ Multa opa bona ostendi uobis
ex patre meo: propter qđ eoz opus me
lapidatis: Respondērūt ei iudei. De bono
ope non lapidamus te: sed de blasphe
mia. Et quia tu homo cū sis: facis te
ipm deū. Respondit eis ihūs. ſ Nōne scripta
est in lege ura: quia ego dixi dij estis:
Si illos dixit deos ad quos sermo dei fc̄s
est. et non pōt solui scriptura: quē pater
sanctificauit et misit in mundū. uos dicitis
q̄a blasphemas. quia dixi filius dei sū:
Si non facio opa patris mei: nolite ere
dere michi. Si autē facio. et si mi nō uul
tis credere opibz credite: ut cognoscatis
et credatis quia in me est pater. et ego i
patre. Quērebant ergo eū apprehendere:
et exiuit de manibz eoz. Et abiit iterū
trans iordanem in eū locū ubi erat io
hānes baptizans primū: et mansit ibi.
Et multi uenerūt ad eū: et dicebant. q
iohānes quidē signū fecit nullū. Om
nia autē quecūqz dixit iohānes de hoc.
uera erant: et multi crediderūt in eū.

Erat autē quidā
langues lazarus a bethania
de castello marie et marthe
sororis eius. ſ Maria autē erat. q̄ unxit
dnm unguento. et extersit pedes eius
capillis suis: cui⁹ frat lazarus infirma
batur. ſ Miserūt ergo sorores eius ad eū
dicentes. Dne: ecce quē amas infirma
tur. Audiens autē ihūs: dixit eis. Infir
mitas hec non est ad mortē: sed p gla
dei. ut glorificetur filius dei p eam. Di
ligebat autē ihūs marthaṁ. et sororē
eius mariā: et lazarū. Vt ergo audiuit
quia infirmabatur: tūc quidē mansit
in eodē loco duobz diebz. Deinde post hꝰ
dixit discipulis suis. Eamus in iudeā
iterū. Dicūt ei discipuli. Rabbi. nunc
quērebant te iudei lapidare: et iterū ua
dis illuc: Respondit ihūs. Nōne duodecī
dies sunt horē: Si quis ambulauerit
in die non offendit: quia lucē hūius

mūdi videt. Si autē ambulauerit in
nocte offendit: quia lux nō est in eo.
Hec ait: et post hec dicit eis. Lazarus
amicus noster dormit: sed vado ut a som
no exsuscitē eum. Dixerūt ergo discipuli
eius. Dñe: si dormit saluus erit. Dixe
rat autē ihūs de morte eius. Illi autē
putauerūt: quia de dormitione somp
ni diceret. Tunc ergo dixit eis ihūs ma
nifeste. Lazarus mortuus est. Et gau
deo ꝓpter uos ut credatis. qm̄ nō eram
ibi: sed eamus ad eū. Dixit ergo thomas
qui dicitur didim⁹ ad condiscipulos.
Eamus et nos: ut moriamur cū eo. Ve
nit itaq; ihūs: et inuenit eū qtuor dies
iam in mōumento habentē. Erat aūt
bethania iuxta hierosolymā: quasi stadijs qndecim. Multi autē ex iudeis vene
rant ad marthā et mariā: ut consola
rentur eas de frē suo. Martha ergo ut
audiuit quia ihūs uenit: occurrit illi.
Maria autē domi sedebat. Dixit ergo
martha ad ihm. Dñe si fuisses hic: frā
meus non fuisset mortuus. Sed et nūc
scio: qcūqꝫ poposceris a deo. dabit ti
bi deus. Dicit illi ihūs. Resurget frāt
tuus. Dicit ei martha. Scio: quia re
surget in resurrōne in nouissimo die.
Dixit ei ihūs. Ego sū resurrō et vita.
Qui credit in me: etiā si mortuus fuit
viuet. Et omis qui viuit et credit in me:
non morietur in eternū. Credis hoc? Ait
illi. Vtiqꝫ dñe. Ego credidi quia tu es
xp̄s filius dei: qui in hūc mūdū ve
nisti. Et cū hec dixisset: abiit et voca
uit mariā sororē suā silentio dicens.
Magr adest: et vocat te. Illa ut audi
uit: surrexit cito et venit ad eū. Non
dū enī venerat ihūs in castellū: sed erat
adhuc in illo loco ubi occurrerat ei mar
tha. Iudei igitur qui erant cū ea in do
mo et consolabantur eam. cū vidissent
mariā quia cito surrexit et exiit: secuti
sunt eam dicentes. quia vadit ad mo
numentū ut ploret ibi. Maria ergo cū
venisset ubi erat ihūs: videns eū cecidit
dit ad pedes eius. et dixit ei. Dñe si fuis
ses hic: nō esset mortuus frāt meus.
Ihūs ergo ut vidit eam plorantē et ve
dentes qui venerant cū ea plorantes: fre
muit spū. et turbauit semp̄m et dixit. Vbi posuistis eum? Dicūt ei. Dñe: veni
et vide. Et lacrimatus est ihūs. Dixerunt
ergo iudei. Ecce quomō amabat eū. Quidam autē ex ipis dixerūt. Non poterat
hic qui aperuit oculos ceci facē: ut et hic
non moreret? Ihūs ergo rursū fremens
in semetipō: venit ad mōumentū. Erat
autē spelūca: et lapis suppositus erat ei.
Ait ihūs. Tollite lapidem. Dicit ei mar
tha: soror eius qui mortuus fuerat. Do
mine iam fetet: quatriduanus enī est.
Dicit ei ihūs. Nōne dixi tibi? qm̄ si cre
deris videbis gloriam dei? Tulerunt
ergo lapidē. Ihesus autē eleuatis sur
sum oculis. dixit. Pater grās ago tibi:
qm̄ audisti me. Ego autem sciebā qm̄
semp me audis: sed ꝓpter plm qui cir
cumstat dixi. ut credant quia tu me mi
sisti. Hec cum dixisset: voce magna cla
mauit. Lazare veni foras. Et statim pro
dijt qui fuerat mortuus ligatus pedes
et manus fascijs: et facies illius sudario erat ligata. Dicit eis ihūs. Solvite
eum: et sinite abire. Multi ergo ex iu
deis qui venerant ad mariā et viderant
que fecit: crediderūt in eū. Quidam
autē ex ipis abierūt ad phariseos: et
dixerūt eis que fecit ihs. Collegerunt
ergo pontifices et pharisei concilium: et
dicebant. Quid facim⁹? qa hic homo
multa signa facit: Si dimittim⁹ eum
sic: omes credent in eū. Et venient ro
mani: et tollent nrām et locū et gentē.
Vnus autē ex ipis cayphas cū esset pō
tifex anni illius: dixit eis. Vos nescitis
quicqm̄ nec cogitatis? quia expedit
vobis ut vnus moriatur homo ꝓ pplō:
et non tota gens pereat. Hoc autē a se
metipō non dixit? sed cum esset pontifex
anni illius ꝓphetauit: quia ihūs mori
turus erat pro gente. Et non tantū ꝓ

gente: sed ut filios dei qui erant dispersi congregaret in unum. Ab illo ergo die cogitauerunt ut interficerent eum. Ihesus ergo iam non in palam ambulabat apud iudeos: sed abiit in regionem iuxta desertum in ciuitatem que dicitur effrem: et ibi morabatur cum discipulis suis. Proximum autem erat pascha iudeorum. Et ascenderunt multi iherosolimam de regione ante pascha: ut sanctificarent seipsos. Querebant ergo ihesum: et colloquebantur ad inuicem in templo stantes. Quid putatis quia non venit ad diem festum? Dederant autem pontifices et pharisei mandatum: ut si quis cognouerit ubi sit indicet. ut apprehendant eum.

XII

Ihesus ergo ante sex dies pasche venit bethaniam: ubi fuerat lazarus mortuus quem suscitauit ihesus. Fecerunt autem ei cenam ibi: et martha ministrabat. Lazarus uero unus erat ex discumbentibus cum eo. Maria ergo accepit libram unguenti nardipistici preciosi: et unxit pedes ihesu et extersit capillis suis pedes eius: et domus impleta est. ex odore unguenti. Dicit ergo unus ex discipulis eius: iudas scariothis. qui erat eum traditurus. Quare hoc unguentum non venit trecentis denariis: et datum est egenis? Dixit autem hoc non quia de egenis pertinebat ad eum: sed quia fur erat et loculos habens. ea que mittebantur portabat. Dixit ergo ihesus. Dine illam: ut in diem sepulture mee seruet illud. Pauperes enim semper habetis uobiscum: me autem non semper habebitis. Cognouit ergo turba multa ex iudeis quia illic est: et venerunt non propter ihesum tantum. sed ut lazarum viderent quem suscitauit a mortuis. Cogitauerunt autem principes sacerdotum ut et lazarum interficerent: quia multi propter illum abibant ex iudeis. et credebant in ihesum. In crastinum autem turba multa que venerat ad diem festum. cum audissent quia venit ihesus iherosolimam: acceperunt ramos palmarum

et processerunt obuiam ei. et clamabant. Osanna: benedictus qui uenit in nomine domini rex israel. Et inuenit ihesus asellum: et sedit super eum sicut scriptum est. Noli timere filia syon: ecce rex tuus uenit. sedens super pullum asine. Hoc non cognouerunt discipuli eius primum: sed quando glorificatus est ihesus. tunc recordati sunt quia hec erant scripta de eo: et hec fecerunt ei. Testimonium ergo perhibebat turba que erat cum eo quando lazarum uocauit de monumento: et suscitauit eum a mortuis. Propterea et obuiam uenit ei turba: quia audierunt eum fecisse hoc signum. Pharisei ergo dixerunt ad semetipsos. Videtis quia nichil proficimus? Ecce mundus totus post eum abiit. Erant autem gentiles quidam ex hiis qui ascenderant. ut adorarent in die festo. Hii ergo accesserunt ad philippum qui erat a bethsaida galilee: et rogabant eum dicentes. Domine volumus ihesum videre. Venit philippus: et dicit andree. Andreas rursum et philippus dixerunt ihesu. Ihesus autem respondit eis dicens. Venit hora: ut clarificetur filius hominis. Amen amen dico uobis: nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit: ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit: multum fructum affert. Qui amat animam suam: perdet eam. Et qui odit animam suam in hoc mundo: in uitam eternam custodit eam. Si quis mihi ministrat: me sequatur. Et ubi sum ego: illic et minister meus erit. Si quis michi ministrauerit: honorificabit eum pater meus. Nunc anima mea turbata est. Et quid dicam? Pater saluifica me ex hora hac. Sed propterea veni in horam hanc. Pater clarifica nomen tuum. Venit ergo uox de celo. Et clarificaui: et iterum clarificabo. Turba ergo que stabat et audierat: dicebat tonitruum factum esse. Alii dicebant. Angelus ei locutus est. Respondit ihesus: et dixit. Non propter me uox hec uenit: sed propter uos. Nunc iudicium est mundi: nunc princeps huius mundi eicietur foras. Et ego si exaltatus fuero a terra: omnia traham

ad meipm. Hoc autē dicebat: signifi
cans qua morte esset moriturus. Rn̄
dit ei turba. Nos audiuimus ex lege: qr
xp̄us manet in eternū. Et quomō tu di
cis. oportet exaltari filiū hoīs: Qs ē iste fi
lius hoīs: Dixit g° eis ihs. Adhuc modicū. lu
mē ī uobē. Ambulate dum lucē habetis:
ut non tenebre uos comp̄hendant. Et
qui ambulat in tenebris: nescit quo
uadat. Dū lucē habetis credite in lucē:
ut filij lucis sitis. Hec locutus ē ihus:
et abijt. et abscondit se ab eis. Cū au
tem tanta signa fecisset corā eis non
credebant in eum: ut sermo ysaie pro
phete īpleret quē dixit. Dn̄e quis credi
dit auditui nr̄o: et brachiū dn̄i cui re
uelatū est: Ppterea non poterant credere:
quia iterū dixit ysaias. Excecauit ocu
los eorū et indurauit eorū cor: ut non vi
deant oculis et intelligant corde. et con
uertātur et sanē eos. Hec dixit ysaias:
quādo vidit glam eius. et locutus ē de
eo. Verūptā et ex principibz multi credi
derūt in eum: sed ppter phariseos nō cō
fitebātur ut de synagoga nō eicerentur.
Dilexerūt enī gloriam hoīm magis
qm̄ glam dei. Ihus autē clamauit. et dix
it. Qui credit in me: nō credit in me.
sed in eum q̄ misit me. Et qui uidet me:
videt eū qui misit me. Ego lux in mū
dū veni: ut omīs qui credit in me. in
tenebris non maneat. Et si quis audi
erit uerba mea et nō custodierit: ego nō
iudico eū. Non enī veni ut iudicē mū
dū: sed ut saluificem mūdū. Qui spnit
me et non accipit uerba mea: habz qui
iudicet eū. Sermo quē locutus sum: il
le iudicabit eū in nouissimo die. Qa
ego ex meipo non sum locutus: sed qui
misit me pater ipe michi mandatū de
dit quid dicam et quid loquar. Et scio.
quia mandatū eius vita eterna ē. Que
ergo ego loquor: sicut dixit michi pat
sic loquor.

XIII

Ante diem festū pasche sciens
ihus q̄a venit eius hora ut
transeat ex hoc mūdo ad patrē: cū dilex
isset suos qui erant in mūdo. in finem
dilexit eos. Et cena fcā cum dyabolus
iam misisset in cor ut traderet eum iu
das symonis scariothis: sciens quia
omīa dedit ei pater in manus et quia
a deo exiuit et ad deū vadit surgit a ce
na et ponit uestimenta sua. Et cū acce
pisset lintheū: p̄cinxit se. Deinde misit
aquā in peluē: et cepit lauare pedes dis
cipulorū et extergere lintheo quo erat p̄
cinctus. Venit ergo ad symonē petrū:
et dicit ei petrus. Dn̄e: tu mi lauas pe
des: Rn̄dit ihus: et dicit ei. Qd ego fa
cio tu nescis modo: scies autē postea. Di
cit ei petrus. Non lauabis michi pe
des in eternū. Rn̄dit ei ihus. Si non la
uero te: non habebis ptem mecū. Di
cit ei symon petrus. Dn̄e non tantū
pedes meos: sed et manus et caput.
Dicit ei ihus. Qui lotus est nō indi
get nisi ut pedes lauet: sed est mūdus
totus. Et uos mūdi estis: sed nō om
nes. Sciebat enī quis nam eēt q̄ tra
deret eū: ppterea dixit non estis mūdi
omēs. Postq̄ ergo lauit pedes eorū.
et accepit uestimenta sua. cū recubu
isset iterū. dixit eis. Scitis quid feceri
uobis: Vos uocatis me magr̄ et dn̄e:
et bene dicitis. Sum etenī. Si ergo e
go laui pedes ur̄os dn̄s et magister: et
uos debetis alter alterius lauare pedes.
Exemplū enī dedi uobis: ut quēadmo
dum ego feci uobis: ita et uos faciatis.
Amen amen dico uobis: non est seruus
maior dn̄o suo: neqz aplus maior eo
qui misit illū. Si hec scitis: beati eri
tis si feceritis ea. Non de omībz uobis
dico. Ego scio quos elegerim. Sed ut
adimpleatur scriptura: qui mandu
cat panem meū. leuabit contra me cal
caneū suū. Amodo dico uobis p̄usq̄
fiat: ut credatis cū fcm̄ fuerit q̄a ego
sum. Amen amen dico uobis: qui ac
cipit si quē misero. me accipit. Qui
autē me accipit: accipit eū qui me

Jo. c ix
Mt. c xxxiij
Mt. xxxvii
Lu. lxxvii.

Jo. c x.

Jo. c xi
Mt. xcviij
Mt. xcvi
Lu. c xvi

Jo. c xij.

Jo. c xiij
Lu. c lxij.

Jo. c xiiij
Mt. c xi
Lu. c xix

Jo. c xv.

Jo. c xvi
Mt. lxx
Lu. lxiij
Jo. c xvii

Jo. c xviij
Mt. xc
Lu. lxiij

Jo. c xix

Jo. c xx
Mt. xcviij
Mt. xcvi
Lu. c xvi

Jo. c. xxi
Mt. cc lxxix
Mr. c lxi.

misit. Cum hec dixisset ihesus turbatus
est spiritu: et protestatus est et dixit. A
men amen dico uobis: quia unus ex
uobis tradet me. Aspiciebant ergo ad in
uicem discipuli: hesitantes de quo dice
ret. Erat ergo recumbens unus ex disci
pulis eius in sinu ihesu: quem diligebat
ihesus. Innuit ergo huic symon petrus:
et dicit ei. Quis est de quo dicit? Itaq;
cum recubuisset ille supra pectus ihesu:
dicit ei. Domine quis est? Respondit ihesus.
Ille est. cui ego intinctum panem porrexero.
Et cum intinxisset panem: dedit iude symo
nis scariothis. Et post buccellam: tunc
introiuit in illum sathanas. Et dicit
ei ihesus. Quod facis fac citius. Hoc autem
uemo sciuit discumbentium: ad quid dix
erit ei. Quidam enim putabant quia
loculos habebat iudas: quia dicit ei
ihesus emc ea que opus sunt nobis ad
diem festum. aut egenis ut aliquid daret.
Cum ergo accepisset ille buccellam:
exiuit continuo. Erat autem nox. Cum
ergo exisset: dicit ihesus. Nunc clarifica
tus est filius hominis: et deus clarifica
tus est in eo. Si deus clarificatus est
in eo: et deus clarificauit eum in semet
ipso: et continuo clarificabit eum. Filio
li: adhuc modicum uobiscum sum. Quere
tis me: et sicut dixi iudeis quo ego ua
do uos non potestis uenire. Et uobis di
co modo. Mandatum nouum do uobis: ut
diligatis inuicem sicut dilexi uos: ut
et uos diligatis inuicem. In hoc cognos
cent omnes quia mei discipuli estis: si
dilectionem habueritis adinuicem. Dicit
ei symon petrus. Domine quo uadis? Respon
dit ihesus. Quo ego uado non potes me
modo sequi: sequeris autem postea. Dicit
ei petrus. Quare non possum te sequi
modo? Animam meam pro te ponam. Respondit
ihesus. Animam tuam pro me pones. Amen
amen dico tibi: non cantabit gallus
donec ter me neges. XIIII

Jo. c. xxvi
Mt. cc lxxix
Mr. c lxx
Lu. cc lxxv.

Jo. c. xxvii

Non turbetur cor uestrum. Credi
tis in deum: et in me credite. In
domo patris mei mansiones multe sunt.
Si quo minus dixissem uobis: quia uado
parare uobis locum. Et si abiero et preparaue
ro uobis locum: iterum uenio et accipiam
uos ad meipsum: ut ubi sum ego et uos
sitis. Et quo ego uado scitis: et uiam
scitis. Dicit ei thomas. Domine: nescimus
quo uadis. Et quomodo possumus uiam
scire? Dicit ei ihesus. Ego sum uia et
ueritas et uita. Nemo uenit ad patrem:
nisi per me. Si cognouissetis me: et pa
trem meum utique cognouissetis. Et a
modo cognoscetis eum: et uidistis eum.
Dicit ei philippus. Domine ostende nobis
patrem: et sufficit nobis. Dicit ei ihesus.
Tanto tempore uobiscum sum. et non cog
nouistis me? Philippe qui uidet me:
uidet et patrem. Quomodo tu dicis oste
de nobis patrem? Non credis quia ego in
patre: et pater in me est? Uerba que
ego loquor uobis: a meipso non loquor.
Pater autem in me manens: ipse fa
cit opera. Non creditis quia ego in pa
tre: et pater in me est? Alioquin propter o
pera ipsa credite. Amen amen dico uobis:
qui credit in me. opera que ego facio et
ipse faciet. Et maiora horum faciet: qui
a ego ad patrem uado. Et quodcumque pecieri
tis in nomine meo hoc faciam: ut glori
ficetur pater in filio. Si quid pecieritis
me in nomine meo: hoc faciam. Si diligitis
me: mandata mea seruate. Et ego ro
gabo patrem: et alium paraclitum dabit uobis.
ut maneat uobiscum in eternum: spiritum
ueritatis quem mundus non potest accipere:
quia non uidet eum nec scit eum. Uos autem
cognoscetis eum: quia apud uos manebit.
et in uobis erit. Non relinquam uos or
phanos: ueniam ad uos. Adhuc modicum:
et mundus me iam non uidet. Uos autem
uidetis me: quia ego uiuo. et uos uiue
tis. In illo die uos cognoscetis. quia ego
in patre meo: et uos in me. et ego in uo
bis. Qui habet mandata mea et seruat
ea: ille est qui diligit me. Qui autem di
ligit me: diligetur a patre meo. Et ego

Jo. c. xxviii
Mt. cc xvi
Mr. c xxv.

Jo. c. xxix
Mt. xcviii
Mr. xvi
Lu. c xvi.

diligam eum: et manifestabo ei meip
sum. Dicit ei iudas: non ille scario
this. Dñe quid factum est. quia nobis
manifestaturus es teipm. et non mũ
do: Rndit ihus: et dixit ei. Si quis di
ligit me: sermonem meũ seruabit.
Et pater meus diliget eũ: et ad eum
veniemus: et mansionẽ apud eũ faci
emus. Qui non diligit me: sermo
nes meos non seruat. Et sermonem
quẽ audistis non est meus: sed eius
qui misit me patris. Hec locutus sũ
uobis: apud uos manens. Paclitus
autẽ spũs scũs quẽ mittet pater ĩ no
mĩe meo: ille uos docebit omĩa. et sug
geret uobis omĩa quecũq; dixero uo
bis. Pacem relinquo uobis: pacem
meam do uobis. Non quomõ mun
dus dat: ego do uobis. Non turbetur
cor vr̃m: neq; formidet. Audistis quia
ego dixi uobis: uado et uenio ad uos.
Si diligeretis me gauderetis utiq;. q̃a
uado ad patrẽ: quia pater maior me
est. Et nũc dixi uobis p̃usq̃ fiat: ut
cũ factũ fuit credatis. Iam non multa
loquar uobiscũ. Venit eñ princeps
mũdi huius: et in me nõ habet quicq̃.
Sed ut cognoscat mũdus q̃a diligo
patrẽ: et sicut mandatũ dedit mi pater
sic facio. Surgite eamus hĩc. XV

Ego sum vitis uera: et pat̃ me
us agricola est. Omnẽ palmi
tem in me non ferentẽ fructũ:
tollet eum. Et omnẽ qui fert fructũ
purgabit eũ: ut fructũ plus afferat.
Iam uos mũdi estis: ꝓpter sermonẽ
quẽ locutus sum uobis. Manete in
me: et ego in uobis. Sicut palmes nõ
pt̃ ferre fructũ a semetipso nisi manse
rit in uite: sic nec uos nisi in me mã
seritis. Ego sum vitis: uos palmites.
Qui manet in me et ego in eo. h̃ fert
fructũ multũ: quia sine me nichil po
testis facere. Si quis in me non man
serit. mittetur foras sicut palmes et
arescet: et colligent eũ et in ignẽ mit

tent. et ardet. Si manseritis in me et ũ
ba mea in uobis manserint: qd̃cũq;
uoluẽtis petetis. et fiet uobis. In hoc
clarificatus est pater meus: ut fruc
tum plurimũ afferatis: et efficiamũ me
i discipuli. Sicut dilexit me pat̃: et e
go dilexi uos. Manete in dilcõne me
a. Si p̃cepta mea seruauẽtis. manebi
tis in dilcõne mea: sicut et ego p̃cep
ta patris mei seruaui. et maneo in e
ius dilcõne. Hec locutus sum uobis:
ut gaudiũ meũ in uobis sit. et gaudi
um vr̃m ĩpleatur. Hoc est p̃ceptũ me
ũ: ut diligatis ĩuicem. sicut dilexi uos.
Maiorem hac dilcõnẽ nemo habet:
ut aĩam suã quis ponat pro amicis
suis. Vos amici mei estis: si feceritis
que p̃cipio uobis. Iam non dico uos
seruos: quia seruus nescit quid faciat
dñs eius. Vos autẽ dixi amicos: quia
omĩa quecũq; audiui a patre meo. no
ta feci uobis. Non uos me elegistis:
sed ego elegi uos. et posui uos ut eatis
et fructũ afferatis. et fructus vr̃ ma
neat: ut qd̃cũq; petieritis patrẽ in no
mine meo det uobis. Hec mando uo
bis: ut diligatis ĩuicem. Si mũdus
uos odit: scitote quia me p̃orem uob̃
odio habuit. Si de mũdo fuissetis: mũ
dus qd̃ suũ erat diligeret. Quia uero
de mũdo non estis. sed ego elegi uos de
mũdo: ꝓpterea odit uos mũdus. Memẽ
tote sermonis mei quẽ ego dixi uobis:
non est seruus maior dño suo. Si me
p̃secuti sunt: et uos p̃sequẽtur. Si ser
monẽ meũ seruauerũt: et vr̃m serua
bũt. Sed hec omĩa facient uob̃ ꝓpter no
men meũ: quia nesciũt eũ qui misit
me. Si nõ uenissẽ et locutus fuissem
eis: pccm̃ non haberent. Nũc autem
excusacionẽ non habent de pccõ suo.
Qui me odit: et patrẽ meũ odit. Si
opa non fecissem in eis que nemo ali
us fecit: pccm̃ non haberent. Nũc aũt
et uiderũt: et oderũt et me et patrem
meũ. Sed ut ĩpleatur sermo qui in le

ge eor scripcis est: quia odio habuer
me grans. Cum autē uenīt paclus
quem ego mittam uobis a patre. spi
rm̄ ueritatis qui a patre pcedit: ille
testimoniū phibebit de me. Et uos tes
timoniū phibebitis: qz ab initio me
cum estis. XVI

Hec locutus sum uobis: ut nō
scandalizemi. Absq; synago
gis facient uos. Sed uenit hora: ut
omis qui interficiat uos arbitretur
obsequiū se prestare deo. Et hec facie
uobis: quia non nouerūt patrē neq;
me. Sed hec locutus sum uobis: ut
cum uenerit hora eor. reminiscami qz
ego dixi uobis. Hec autē uobis ab ini
cio non dixi: quia uobiscū eram. Et
nūc uado ad eum qui me misit: et ne
mo ex uobis interrogat me quo uadis.
Sed quia hec locutus sum uobis: tris
cia ipleuit cor vrm. Sed ego veritatē
dico uobis: expedit uobis ut ego uadā.
Si enī non abiero: paclus non veniet
ad uos. Si autē abiero: mittam eū ad
uos. Et cū venerit: ille arguet mūdū
de pcō. et de iustitia et iudicio. De pcō
quidē: quia non crediderūt in me. De
iustitia uero: quia ad patrē uado. et iā
nō uidebitis me. De iudicio autē: qz
princeps mūdi hui⁹ iudicatus ē. Ad
huc multa habeo uobis dicē: sed non
potestis portare modo. Cū autē venīt
ille spūs veritatis: docebit uos omnē
veritatem. Non enī loquetur a semet
ipo: sed quecūq; audiet loq̄tur: et que
ventura sūt annūciabit uobis. Ille
me clarificabit: quia de meo accipiet.
et annūciabit uobis. Omīa quecūq; ha
bet pater: mea sūt. Propēa dixi: quia de
meo accipiet et annūciabit uobis. Mo
dicū et iam non uidebitis me. et iterū
modicū et uidebitis me: quia uado ad
patrē. Dixerūt ergo ex discipulis eius
ad inuicē. Quid est hoc qđ dicit nob modi
cū et nō uidebitis me. et iterū modicū
et uidebitis me. et quia uado ad pīrē? Dicebāt ergo. Qđ ē
hoc qđ dicit modicū: nescimus quid
loquit. Cognouit autē ihūs quia uo
lebant eū interrogare: et dixit eis. De
hoc queritis inter uos quia dixi modi
cū et non uidebitis me. et iterū modi
cum et uidebitis me? Amen amen di
co uobis: quia plorabitis et flebitis
uos: mundus autē gaudebit. Vos aūt
contristabimi: sed tristicia uīa vertet
in gaudiū. Mulier cū parit tristiciā
habet: quia uenit hora eius. Cū autē
pepererit puerū: iam non meminit pres
sure, pter gaudiū quia natus ē homo
in mundū. Et uos igitur nūc quidem
tristiciā habetis. Iterū autē uidebo uos.
et gaudebit cor uīm: et gaudiū vestrū
nemo tollet a uobis. Et in illo die me
non rogabitis quicq̄. Amen amen dico Jo. c l. hy. c xvi dy. c xxv.
uobis: si quid peteritis pīrem in nomi
ne meo. dabit uobis. Usq; mō non pe
tistis quicq̄m in noīe meo. Petite et ac
cipietis: ut gaudiū vīm sit plenū. Hec Jo. c li.
in proverbys locutus sū uobis. Venit
hora cum iam nō in pūbys loquar uo
bis: sed palam de patre annūciabo vo
bis. In illo die in noīe meo petetis. Et nō
dico uobis: quia ego rogabo patrē de
uobis. Ipe enī pater amat uos: quia
uos me amastis et credidistis qz ego
a deo exiui. Exiui a pīre: et uenio in mū
dū. Iterū relinquo mūdū: et uado ad
patrē. Dicūt ei discipuli eius. Ecce nūc
palam loq̄ris: et proverbiū nullū dicis.
Nūc scimus quia scis omīa: et non
opus est tibi ut quis te interroget. In
hoc credimus quia a deo existi. Respon Jo. c lv. dy. c lxxxvi dy. c lxxxvi.
dit eis ihūs. Modo creditis. Ecce venit ho
ra. et iam venit: ut dispgamini vnus
quisq; in pria. et me solum relinquatis.
Et non sum solus: quia pr mecū est.
Hec locutus sum uobis: ut in me pa Jo. c lvi.
cem habeatis. In mūdo pressurā habe
bitis: sed confidite ego vici mundum.

Hec locutus XVII
est ihūs: et sublevatis oculis
in celū dixit. Pater venit hora:

clarifica filiū tuū ut filius tuus cla
rificet te. Sicut dedisti ei potestatem
omnis carnis: ut omne qd dedisti ei det
eis vitam eternam. Hec est autē vita
eterna: ut cognoscant te solū verū
deū. et quē misisti ihm xpm. Ego te
clarificaui sup terram: opus consūma
ui qd dedisti michi ut faciam. Et nūc
clarifica me tu pater apud temetipm
claritate quā habui priusqm mūd⁹
esset apud te. Manifestaui nomē tuū
hominibus: quos dedisti mi de mūdo.
Tui erant: et michi eos dedisti: et ser
monē tuū seruauerūt. Nūc cognos
uerūt quia omnia que dedisti michi
abs te sūt: quia uerba que dedisti mi
dedi eis. Et ipi acceperūt et cognouē
runt uere quia a te exiui: et credide
quia tu me misisti. Ego pro eis rogo:
non pro mūdo rogo: sed pro his quos
dedisti mi. quia tui sūt. Et mea omnia
tua sūt. et tua mea sūt: et clarificat⁹
sum in eis. Et iam non sū in mūdo.
et hi in mūdo sunt: et ego ad uenio te.
Pater scē serua eos in nōe tuo quos
dedisti michi: ut sint unū sicut et nos.
Cum eēm cum eis: ego seruabam e
os in nomīe tuo. Quos dedisti michi
ego custodiui: et nemo ex his perijt
nisi filius pditionis: ut scriptura im
pleatur. Nunc autē ad te uenio. Et
hec loquor in mūdo: ut habeant gau
diū meū impletū in semetipis. Ego
dedi eis sermonē tuū: et mūdus odi
o eos habuit: quia non sunt de mū
do. sicut et ego non sū de mūdo. Non
rogo ut tollas eos de mūdo: sed ut ser
ues eos ex malo. De mūdo nō sūt: si
cut et ego non sum de mūdo. Sānfica
eos in ueritate. Sermo tuus veritas
est. Sicut tu me misisti in mūdū: et
ego misi eos in mūdū. Et pro eis sāc
tifico meipm: ut sint et ipi sānficati in
veritate. Non pro his rogo tantū:
sed pro eis qui credituri sunt p uerbū
eorū in me: ut omnes unū sint. sicut tu
pater in me et ego in te ut et ipi in
nobis unū sint: ut mūdus credat qa
tu me misisti. Et ego claritatē quam
dedisti michi dedi eis: ut sint unū sicut
et nos unū sumus. Ego in eis et tu in me:
ut sint consūmati in unū: et cognoscat
mūdus quia tu me misisti: et di
lexisti eos sicut et me dilexisti. Pater
quos dedisti michi uolo ut ubi ego sū
et illi sint mecū: ut videant claritā
tem meam quā dedisti michi: qa di
lexisti me ante constitutionē mūdi.
Pater iuste mūdus te non cognouit:
ego autē te cognoui. Et hi cognouē
runt: quia tu me misisti. Et notū fe
ci eis nomen tuū et notū faciam: ut
dilectio qua dilexisti me in ipsis sit: et

XVIII

Ego in ipis.

Et cū dixisset ihūs: egressus e
cum discipulis suis trans torrē
tem cedron. ubi erat ortus. in quē intr
uit ipe et discipuli eius. Sciebat autē
et iudas qui tradebat eū locū: qa frequē
ter ihūs cōuenerat illuc cū discipulis
suis. Judas ergo cū accepisset cohortē
et a pontificibz et phariseis ministros:
uenit illuc cū lanternis et facibz et ar
mis. Ihūs itaqz sciens omnia que ue
ntura erant sup eum: prodijt et dixit e
is. Quē queritis: Rūderūt ei. Jhesū
nazarenū. Dicit eis ihūs. Ego sum.
Stabat autē et iudas qui tradebat e
um cū ipis. Ut ergo dixit eis ego sum:
abierūt retrorsū et ceciderūt in terram.
Iterū ergo eos interrogauit. Quē que
ritis: Illi autē dixerunt. Jhm naza
renū. Rūdit ihūs. Dixi uobis: quia
ego sum. Si ergo me queritis: sinite
hos abire. Ut impleretur sermo quem
dixit: quia quos dedisti mi non pdidi
ex eis quēqm. Symon ergo petrus ha
bens gladiū eduxit eū: et percussit pon
tificis seruū. et abscidit auriculam e
ius dextram. Erat autē nomē serui
malchus. Dixit ergo ihūs petro. Mit
te gladiū in vaginā. Calicē quē dedit

michi pater. non bibam illū? Cohors
ergo et tribunus et mīstri iudeorū cō
prehēderūt ihm: et ligauerūt eū. Et
adduxerūt ad annā pmū. Erat autē
socer cayphe: qui erat pontifex anni
illius. Erat autē cayphas qui conci
liū dederat iudeis: quia expedit vnū
hoīem mori pro pplo. Sequebatur aūt
ihm symon petrus: et alius discipul⁹
Discipulus autē ille erat notus pon
tifici: et introiuit cū ihu in atriū pon
tificis. Petrus autē stabat ad ostiū
foris. Exiuit ergo discipl'us alius qui
erat notus pontifici: et dixit ostiarie.
et introduxit petrū. Dicit ergo petro
ancilla ostiaria. Nūquid et tu ex dis
cipulis es hoīs istius? Dicit ille. Nō
sum. Stabant autē serui et mīstri ad
pruuias quia frigus erat: et calefacie
bant se. Erat autē cum eis et petrus
stans. et calefaciens se. Pontifex er
go interrogauit ihm de discipulis suis:
et de doctrina eius. Rndit ei ihus. Ego
palam locutus sum mūdo. Ego sem
per docui in synagoga et in templo
quo omēs iudei conueniūt: et in occul
to locutus sum nichil. Quid me in
terrogas? Interroga eos qui audierūt:
quid locutus sum ipis. Ecce hij sciūt:
que dixerim ego. Hec autē cū dixisset:
vnus assistens mīstrorū dedit alapam
ihu dicens. Sic rndes pontifici? Rndit
ei ihus. Si male locutus sum: testimo
niū phibe de malo. Si autē bene? quid
me cedis? Et misit eū annas ligatū
ad cayphan pontificē. Erat autem sy
mon petrus stans: et calefaciens se.
Dixerūt ergo ei. Nūquid et tu ex disci
pulis eius es? Negauit ille: et dixit.
Non sum. Dicit vnus ex seruis ponti
ficis: cognatus eius cui⁹ abscidit pe
trus auriculā. Nōne ego te uidi in or
to cū illo? Iterū ergo negauit petrus:
et statī gallus cantauit. Adducūt g°
ihm a caypha in ptoriū. Erat autē
mane. Et ipi non introierūt in ptori

um. ut non contaminarentur: sed mā
ducarent pascha. Exiuit ergo pylat⁹
ad eos foras: et dixit. Quā accusaci
onem affertis aduersus hoīem hunc?
Rndērūt et dixerūt ei. Si non eēt hic
malefactor: non tibi tradidissemus
eum. Dixit ergo eis pylatus. Accipi
te eū uos: et scdm legem uram iudi
cate eum. Dixerūt ergo ei iudei. Nob
non licet interficere quēquā. Vt sermo ihu
īpleretur quē dixit: significans qua
eēt morte moriturus. Introiuit ergo
iterū in ptoriū pylatus: et uocauit
ihm et dixit ei. Tu es rex iudeorū? Et
rndit ihus. A temetipo hoc dicis? an
alij tibi dixerūt de me? Rndit pyla
tus. Nūquid ego iudeus sum? Gens
tua et pontifices tradiderūt te michi.
Quid fecisti? Rndit ihus. Regnū
meū non est de hoc mūdo. Si ex hoc
mūdo eēt regnū meū: mīstri mei uti
q̄ decertarent. ut non traderer iude
is. Nūc autē regnū meū non ē hinc.
Dixit itaq̄ ei pylatus. Ergo rex es tu?
Rndit ihus. Tu dicis quia rex sum
ego. Ego in hoc natus sum et ad h°
ueni in mūdū: ut testiōniū phibeā
veritati. Omīs qui est ex ueritate: au
dit meam uocem. Dicit ei pylatus.
Quid est ueritas? Et cū hoc dixisset:
iterū exiuit ad iudeos. et dicit eis. E
go nullā īuenio in eo causā. Est aūt
consuetudo uobis: ut vnū dimittam
uobis in pascha. Vultis ergo dimit
tam uobis regem iudeorū? Clamaue
runt rursū omnes dicentes. Nō hūc:
sed barraban. Erat aūt barrabas latro.

XIX

Tunc ergo appre
hendit pylatus ihm: et fla
gellauit. Et milites plecten
tes coronā de spinis. īposuerūt capi
ti eius: et ueste purpurea circūdederūt
eum: et ueniebant ad eum. et dice
bant. Aue rex iudeorū. Et dabant ei
alapas. Exijt iterū pylatus foras:
et dicit eis. Ecce adduco uobis eum

foras: ut cognoscatis quia in eo nul
lam causam inuenio. Exijt ergo ihs
portans spineam coronam: et purpu
reum uestimentum. Et dicit eis. Ecce ho.
Cum ergo uidissent eum pontifices et
ministri: clamabant dicentes. Crucifi
ge. crucifige. Dicit eis pylatus. Acci
pite eum uos: et crucifigite. Ego enim non
inuenio in eo causam. Responderunt ei iu
dei. Nos legem habemus: et secundum
legem debet mori: quia filium dei se fecit.
Cum ergo audisset pylatus hunc ser
monem: magis timuit. Et ingressus
est pretorium iterum: et dicit ad ihm. Un
de es tu? Ihus autem responsum non dedit
ei. Dicit ergo ei pylatus. Michi non
loqueris? Nescis quia potestatem habe
o crucifigere te. et potestatem habeo di
mittere te? Respondit ihus. Non haberes
potestatem aduersum me ullam: nisi tibi
esset datum desuper. Propterea qui tradidit
me tibi: maius peccatum habet. Exin
de querebat pylatus dimittere eum. Iu
dei autem clamabant dicentes. Si hunc
dimittis: non es amicus cesaris.
Omnis qui se regem facit: contradi
cit cesari. Pylatus ergo cum audisset
hos sermones. adduxit foras ihm:
et sedit pro tribunali in loco qui di
citur lithostrotus: hebrayce autem
gabata. Erat autem pasceue pasche:
hora quasi sexta. Et dicit iudeis. Ec
ce rex uester. Illi autem clamabant. Tol
le tolle: crucifige eum. Dicit eis pyla
tus. Regem uestrum crucifigam? Rende
runt pontifices. Non habemus regem:
nisi cesarem. Tunc ergo tradidit eis
illum: ut crucifigeretur. Susceperunt au
tem ihm: et eduxerunt. Et baiulans
sibi crucem. exiuit in eum qui dicitur caluari
e locum. hebraice golgatha ubi eum cru
cifixerunt: et cum eo alios duos hinc et
hinc: medium autem ihm. Scripsit autem
et tytulum pylatus: et posuit super cru
cem. Erat autem scriptum: ihus nazare
nus rex iudeorum. Hunc ergo tytulum mul

ti legerunt iudeorum: quia prope ciuitatem
erat locus ubi crucifixus est ihus. Et
erat scriptum hebraice grece et latine.
Dicebant ergo pylato pontifices iu
deorum. Noli scribere rex iudeorum: sed quia
ipse dixit. rex sum iudeorum. Respondit pyla
tus. Quod scripsi scripsi. Milites ergo cum
crucifixissent eum: acceperunt uestimenta
eius et fecerunt quatuor partes. unicuique
militi partem. Et tunicam. Erat autem tuni
ca inconsutilis: desuper contexta per totum.
Dixerunt ergo ad inuicem. Non scinda
mus eam: sed sorciamur de illa cuius
sit. Ut scriptura impleretur dicens. Par
titi sunt uestimenta sibi: et in uestem
meam miserunt sortem. Et milites quidem
hec fecerunt. Stabant autem iuxta crucem
ihu mater eius. et soror matris eius
maria cleophe: et maria magdalene.
Cum uidisset ergo ihus matrem et discipu
lum stantem quem diligebat: dicit matri
sue. Mulier: ecce filius tuus. Deinde
dicit discipulo. Ecce mater tua. Et ex il
la hora: accepit eam discipulus in sua.
Postea sciens ihus quia iam omnia consum
mata sunt: ut consummaretur scriptura
dicit. Sicio. Vas ergo positum erat aceto
plenum. Illi autem spongiam plenam aceto.
ysopo circumponentes: optulerunt ori eius.
Cum ergo accepisset ihus acetum dixit. Con
summatum est. Et inclinato capite: tradi
dit spiritum. Iudei ergo quoniam pasceue erat.
ut non remanerent in cruce corpora sab
bato. erat enim magnus dies ille sabbati:
rogauerunt pylatum ut frangerentur eorum
crura. et tollerentur. Venerunt ergo mi
lites: et primi quidem fregerunt crura: et al
terius qui crucifixus est cum eo. Ad ihm
autem cum uenissent: et uiderunt eum iam
mortuum non fregerunt eius crura: sed
unus militum lancea latus eius aperuit:
et continuo exiuit sanguis et aqua.
Et qui uidit testimonium perhibuit: et ue
rum est eius testimonium. Et ille scit quia uera
dicit: ut et uos credatis. Facta sunt enim
hec: ut scriptura impleretur. Os non comm

Jo. ce vi
Mt. ccc xlviij
Mr. ce xxvij
Lu. ccc xxxij

nuetis ex eo. Et iterū alia scriptura di
cit. Videbūt in quē trāsfixerūt. Post
hec autē rogauit pylatū ioseph ab ari
mathia. eo qd̄ eēt discipulus ihu. occul
tus autē ꝓpter metū iudeoꝝ: ut tolleret
corpus ihu. Et ꝑmisit pylatus. Venit
ergo: et tulit corpus ihu. Venit autē ⁊
nycodemus qui venerat ad ihm nocte
primū: ferens mixturā mirre et aloes.
quasi libras centū. Acceperūt ergo cor
pus ihu: et ligauerūt eū lincheis cū a
romatibꝫ. sicut mos iudeis ē sepelire. E
rat autē in loco ubi crucifixus est ortus:
et in orto mōumentū nouū. in quo
nondū quisqm̄ positus fuerat. Ibi er
go ꝓpter ꝑasceuen iudeoꝝ quia iuxta e
rat monumentū: posuerūt ihesum.

Jo. ce vij
Mt. ccc xlix
Mr. ce xxviij
Lu. ccc xxxiij

Jo. ce ix
Mt. ccc lij
Mr. ce xxxi
Lu. ccc xxxvi

Una autē sabbi XX
maria magdalene venit ma
ne cū adhuc tenebre eēnt ad
monumentū: et uidit lapidē sublatū
a mōumento. Cucurrit ergo. et uenit
ad symonē petrū et ad aliū discipulū
quē amabat ihus: et dicit eis. Tule
runt dn̄m de mōumento: et nescim⁹
ubi posuerūt eū. Exijt ergo petrus et
ille alius discipulus: et venerūt ad mo
numentū. Currebant autē duo simul:
et ille alius discipulus ꝑcucurrit cici
us petro: et uenit ꝑmus ad mōumē
tum. Et cū se inclinasset. vidit posita
lincheamīa: non tamē introiuit. Ve
nit ergo symon petrus sequens eum:
et introiuit in monumentū. Et uidit
lincheamīa posita: et sudariū qd̄ fue
rat sup caput eius nō cū lincheamībꝫ
positū: sed sepatim īuolutū in vnū lo
cum. Tūc ergo introiuit et ille discipu
lus qui venerat ꝑmus ad mōumentū:
et uidit et credidit. Nondū enī sciebāt
scripturā: q̄a oporteret eū a mortuis
resurgere. Abierūt ergo iterū ad semet
ipsos discipuli. Maria autē stabat
ad monumentū foris plorans. Dum
ergo fleret: inclinauit se. et ꝓspexit ī
mōumentū. Et uidit duos angelos

Jo. ce x
Mt. ccc lij
Mr. ce xxxi
Lu. ccc xxxvi

in albis sedentes: vnū ad caput et vnū
ad pedes. ubi positū fuerat corpus ihu.
Dicūt ei illi. Mulier quid ploras? Di
cit eis. Quia tulerūt dn̄m meū: et nes
cio ubi posuerūt eum. Hec cū dixisset
cōuersa est retrorsum. et uidit ihm stā
tem: et nō sciebat q̄a ihus est. Dicit ei
ihus. Mulier quid ploras? Quē que
ris? Illa existimans quia ortulanus
eēt: dicit ei. Dn̄e si tu sustulisti eum.
dicito mi ubi posuisti eū: et ego eū tol
lam. Dicit ei ihus. Maria. Conuersa
illa: dicit ei. Rabboni: qd̄ dicit magr̄.
Dicit ei ihus. Noli me tangē. Nondū
enī ascendi ad patrē meū. Vade autem
ad frēs meos: et dic eis. Ascendo ad pa
trem meū et patrē uīm: deū meū et de
um uīm. Venit maria magdalene ā
nūcians discipulis: quia vidi dn̄m. ⁊
hec dixit mi. Cum ergo eēt sero die illo
vna sabbatoꝝ: et fores essent clause v
bi erant discipuli congregati ꝓpt̄ me
tū iudeoꝝ: uenit ihus et stetit in me
dio. et dicit eis. Pax uobis. Et cū hoc
dixisset: ostendit eis manus et latus.
Gauisi sunt ergo discipuli: uiso dn̄o.
Dixit ergo eis iterū. Pax uobis. Sicut
misit me pater: et ego mitto uos. Hoc
cū dixisset: insufflauit et dicit eis. Acci
pite spm̄ scm̄. Quoꝝ remiseritis pcta:
remittūtur eis. Et quoꝝ retinueritis:
retenta sūt. Thomas autē vnus ex
duodecī qui dicitur didim⁹: non erat
cum eis qn̄ venit ihus. Dixerūt ergo
ei alij discipuli. Vidim⁹ dn̄m. Ille aūt
dixit eis. Nisi uidero in manibꝫ eius
fixurā clauoꝝ. et mittam digitū me
um in locū clauoꝝ. et mittam ma
nū in latus eius: non credam. Et p⁹
dies octo: iterū erant discipuli ei⁹ int⁹.
et thomas cum eis. Venit ihus ianu
is clausis: et stetit in medio et dixit.
Pax uobis. Deinde dicit thome. In
fer digitū tuū huc et uide manus me
as: et affer manū tuam et mitte in
latus meū: et noli eē incredulus sed

Jo. ce xij
Lu. ccc xli
Jo. ce xiiij
Jo. ce xv
Mt. c lxxxv.
Jo. ce xvi
Jo. ce xvij
Lu. ccc xli.

Jo. ct xviij

fidelis. Rñdit thomas: et dixit ei. Do
minus meus: et deus meus. Dicit ei
ihus. Quia uidisti me credidisti: bti
qui non viderũt et crediderũt. Mul
ta quidẽ et alia signa fecit ihs in con
spcũ discipulorũ suorũ: que non sunt
scripta in libro hoc. Hec autẽ scripta
sunt ut credatis quia ihus est xpus
filius dei: et ut credentes vitam habe
atis in nomĩe eius. XXI

Jo. ct xix
Iu. xxx.

Postea manifestauit se iterũ
ihus ad mare tyberiadis: ma
nifestauit autẽ sic. Erãt simul
symon petrus. et thomas qui dicitur
didimus. et nathanahel qui erat a cha
na galylee. et filij zebedei: et alij ex dis
cipulis eius duo. Dicit ei symon petrus
Vado piscari. Dicũt ei. Venimus et nos
tecũ. Et exierũt et ascenderũt in nauẽ:
et illa nocte nichil prendiderũt. Mane
autẽ iam fcõ: stetit ihus in littore. Nõ
tamen cognouerũt discipuli: quia ihs
est. Dicit ergo eis ihus. Pueri: nũqd
pulmentariũ habetis: Rñderũt ei. Nõ.
Dixit eis. Mittite in dexteram naui
gij rete: et inuenietis. Miserũt ergo: et
iam non ualebant illud trahere p mul
titudine pisciũ. Dicit ergo discipulus
ille quẽ diligebat ihus petro. Dñs est.
Symon petrus cum audisset quia do
minus est: tunica succinxit se. erat eĩ
nudus. et misit se in mare. Alij autẽ
discipuli. nauigio venerũt. Non eñ
longe erant a terra: sed quasi cubitis
ducentis trahentes rete pisciũ. Ut er
go descenderunt in terrã: uiderũt pru
nas positas. et piscem suppositũ et pa
nem. Dicit eis ihus. Afferte de piscib;
quos prendidistis nũc. Ascendit symõ
petrus: et traxit rethe in tĩram plenũ
magnis piscibus. centũ qnquaginta
tribus. Et cũ tanti eẽnt: non est scissũ
rethe. Dicit eis ihus. Venite prandete.
Et nemo audebat discũbenciũ interroga
re eum tu quis es: scientes qa dñs est.
Et uenit ihus et accepit panẽ et dat eis:

Jo. ct xx.

Jo. ct xxi
Iu. ccc xlij.

Jo. ct xxij
Iu. xxx.

Jo. ct xxiij
Iu. ccc xlij

Jo. ct xxiiij

Jo. ct xxv
Iu. ccc xlij.

et piscẽ similit. Hoc iam tercio manifes
tatus est ihus discipulis suis cũ resurrex
isset a mortuis. Cum ergo prandissent:
dicit symoni petro ihus. Symon iohã
nis diligis me plus hijs: Dicit ei. Etiã
dñe: tu scis quia amo te. Dicit ei. Pas
ce agnos meos. Dicit ei iterũ. Symon
iohannis diligis me: Ait illi. Etiã dñe:
tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce ag
nos meos. Dicit ei tercio. Symon iohã
nis amas me: Contristatus est petrus
quia dixit ei tercio amas me: et dicit ei.
Dñe tu omnia scis: tu scis quia amo te.
Dicit ei. Pasce oues meas. Amen amẽ
dico tibi: cũ esses iunior cingebas te et
ambulabas ubi uolebas. Cum autem
senueris: extendes manus tuas et alius te
cinget. et ducet quo non vis. Hoc autẽ
dixit: significans qua morte clarifica
turus esset deum. Et cũ hoc dixisset: di
cit ei. Sequere me. Cõuersus petrus. vidit
illũ discipulũ quẽ diligebat ihus seqn
tem: qui et recubuit in cena sup pectus
eius. et dixit. dñe quis est qui tradet te.
Hũc ergo cum uidisset petrus: dicit ihe
su. Dñe. hic autẽ quid: Dicit ei ihus.
Si eũ uolo manere donec ueniam. Qd
ad te: Tu me sequere. Exiuit ergo ser
mo iste inter fres: quia discipulus il
le non moritur. Et non dixit ei ihus nõ
moritur: sed si eũ uolo manere donec
veniam quid ad te. Hic est discipulus
qui testimoniũ phibet de hijs: et scripsit
hec. Et scimus quia verũ est testimoni
um eius. Sunt autẽ et alia multa q
fecit ihus. que si scribantur p singula.
nec ipm arbitror mũdũ capere eos qui
scribendi sunt libros.

Explicit euangeliũ Scdm Johannem.

Incipit pfacio bti Jheronimi pcbri: de
corpore eplarũ beati Pauli apostoli.

Rimū querē: q re post euangelia que supplementū legis sunt. et in q̄bus nobis exempla et p̄cepta viuendi plenissime digesta sūt. uolu erit aplūs has eplas ad singulas ecclesias destinare. Hac autē causa factū videtur: scilicet ut mox nascētis ecclie nouis causis existentibz et p̄ua a atq; obscura resecaret vitia. et post futuras excluderet q̄stiones. exemplo pphetaz qui post editam legē moysi in qua omnia mandata dei legebant. nichilomin⁹ tamē doctrina sua rediuiua semp ppli compellere pāa. et p̄ exemplū libros ad unūm eadē memoriā renouauerūt. Deinde q̄rit: cur non amplius q̄ decē eplas ad ecclias scripserit. Decem sunt enī cum illa que dicitur ad hebreos. Nam reliquę quatuor: ad discipulos specialit̄ sūt ponende. Vt ostenderet nouū nō discrepare a uetēri testamento. et se contra legem nō facē moysi: ad unūm p̄mor decalogi mandatorū. suas eplas ordinauit. Et quot ille p̄ceptis a pharaone iustitiā habe ratos: totidem hic eplis a dyabolo et p̄ idolatrie seruitute edocet acquisitos. Nam et duas tabulas lapideas duo testamentor figurā habuisse: unū eruditissimi tradiderūt. Eplam sanc que ad hebreos inscribit. quidā paulū non esse affirmant. eo qđ non sit eius nomē in titulata. et p̄ sermonis stiliq; distantiā: sed aut barnabe unusquisq; illorū. aut luce unus quoldā. uel certe demens discipuli aplor. et epi scopatū ecclie post aplos ordinati. Nobis tñ dicendū est. Ideo p̄terea paulū non erit quia eius nomē habet nomē: ergo nec alicui⁹ erit. quia nullius nomē intitulatur. Qđ si īcōueniens absurdū q̄ est: ipius magis credenda ē. q̄ tanto doctrine sue fulget eloquio. Dz quōm apud hebreoz ecclias quasi destructor legis falsa suspicione habebatur: nomē huic tacito nomē de figuris legis et veritate xp̄i reddē racionem: ne odiū nouis fidei p̄dicationi utilitatem excluderet laōnis. Non est sane mirū: si eloquentior videatur in p̄prio. id est hebreo q̄m in peregrino. id ē greco. quo certē eplē sūt scripte sermone. Nouerat enā quoldā quasi romanoz eplā in p̄mo sit posita: cum eam non p̄mo scripta racio manifestet. Nam hanc se placenter ihrlimā scripsisse testatur: cū chorinthios et alios iam ante ut mīstrū qđ secū portatus erat colligerent his adhortatus sit. Vnde intelligi quidā uolūt. ita oēs eplas ordinatas. ut p̄ma ponatur quōmus posterior sūt destinata: ut p singulas eplas gradibz ad plectora veniatur. Romanoz nāq; plerīq; tam rudes erant. ut non intelligerent dei se gāa. sed suis meritis ē saluatos. et ob hoc duo inter se ppli conflictarent. Ideo illos indigere alleit confirmari: vitia gentilitatis p̄ora cōmemorās. Chorinthus autē iam diat scientie gāam ē concessā: et non tam omnes increpat. q̄ aut peccantes non increpauerūt reprehendit sicut ait. Audit̄ inter uos fornicacō. Et iterū. Congregatis uobis cū meo spū: tradere hui⁹modi sathane. In scā uero laudant: et ut magis ac magis proficiat admonent. Galathe iam nullius crimīs arguūtur: nisi hoc tantū. qđ callidissime pseudo aplis credidērūt. Ephesij sane nulla reprehensione. sed multa laude sūt digni: quia fidem aplicam seruauerūt. Philippenses etiā multomagis collaudant: qui nec audire quidē falsos aplos voluerūt. Colosenses autē tales erant: ut cū aplo nisi corpaliter non fuissent. hac laude digni haberentur. Et si corpe mor absens sum. sed spū uobiscū sū. gaudens et videns or

dmeu vēm. Thessalonicenses nichilō
nus in duabz epīis omī laude psequit:
eo q non solū fidem inconcussam serua
uerūt ueritatis. sed etiam in psecucōe
omnī fuerīt constantes inuenta. De heb
is uero quid dicendū est: Quoz thessa
lonicenses qui plimū laudati sūt imi
tatores fīi ē dicūtur: sicut ipe ait. Et
uos fīes imitatores fīi ecclie dei
que sūt in iudea. Eadem enī passi estis
et uos a conuentibz uris: que et illi a
iudeis. Apud ipos quoz hebreos. eade
cōmemorat dicens. Nam et vinctis q
passi estis. et rapinam bonoz uroz cū
gaudio suscepistis: cognoscentes uos
habere melioē et manentē substanīa.
Explicat pīmo. Incipit argu'm in epl'a
Romani sūt pauli ad rōnos.
in pbz ycalie. Hy pmenti
sunt a fidelis apostolis: et ab
omnīe dñi nri ihu xpi in le
gem et pphetas erāt iducti. Hos reuo
cat aplūs ad ueram et euāgelicā fidem:
corbeus eos a chomncho. Explicat ar'm
Incipit epistola ad Romanos.
Paulus seruus
ihu xpi. uoca
tus aplūs. segr
gatus in euan
gelīū dei. qđ an
te promiserat p
pphas suos in
scripturis sanc
tis de filio suo.
qui factus est ei ex semīe dauid secdm car
nem: qui pdestinatus est filius dei in
uirtute secdm spīm sanctificacōnis ex resur
rectione mortuoz ihu xpi dñi nri: per
quē accepimus grām et aplātū ad obe
diendū fidei in omnibz gentibz pro nōe
eius in quibz estis et uos uocati ihu
xpi: omnibz qui sūt rome dilctis dei vo
catis sctis. Gracia uobis et pax a dō pa
tre nro. et dño ihu xpo. Primū quidē
grās ago deo meo p ihm xpm pro oīb
uobis: quia fides ura annūciat in vniuerso mūdo. Testis enī mihi est deus au
seruio in spū meo in euangelio filii ei
qđ sine intermissione memoriā uri facio
semp in oracionibz meis: obsecrans si q
modo tandem aliquā prosperū iter habeā
in uolūtate dei ueniendi ad uos. Desidero enī uidere uos. ut aliquid impartiar
grē uobis spūalis ad confirmandos
uos: id ē simul consolari in uob p eam
que inuicem ē fidem uram atq meā. Nolo enī uos ignorare fres: quia sepe propo
sui uenire ad uos. et prohibitus sū usq
adhuc: ut aliquē fructū habeam et in
uobis sicut et in ceteris gentibz. Grecis
ac barbaris sapientibz et insipientib
debitor sū: ita qđ in me promptū est et
uobis qui rome estis euangelizare. Non
enī erubesco euangeliū. Virtus enī dei ē
in salutē omī credenti: iudeo primū et gre
co. Justicia enī dei in eo reuelatur ex fi
de in fidem: sicut scriptū est. Justus aūt
ex fide uiuit. Reuelatur enī ira dei de ce
lo sup omnem impietatē et iustitiam ho
minū. eoz qui ueritatē dei in iniusticia
detinēt: quia qđ notum est dei. manifestum
est illis. Deus enī illis reuelauit. In
uisibilia enī ipsius a creatura mūdi.
p ea que facta sūt intellecta conspiciuntur:
sempiterna quoq eius virtus et diuini
tas: ita ut sint inexcusabiles. Quia
cū cognouissent deū. non sicut deum
glorificauerūt aut grās egerūt: sed
euanuerūt in cogitacionibz suis: et
obscuratum est insipiens cor eoz. Dicē
tes enī se ē sapientes: stulti fti sunt.
Et mutauerūt gloriam incorruptibilis
dei: in similitudinē ymaginis corrup
tibilis hominis. et uolucrū et quadru
pedum et serpentū. Propter qđ tradidit
illos deus in desideria cordis eoz. in im
mundicia: ut contumelijs afficiant
corpa sua in semetipsis. Qui cōmu
tauerūt ueritatē dei in mendacium: et
coluerūt et seruierūt creature potius
q creatori. qui est bndictus in secula.
amen. Propter hoc tradidit illos deus in

passiones ignominie. Nam femine
eorum immutauerunt naturalem usum: in eum
usum qui est contra naturam. Similiter
autem et masculi. relicto naturali usu
femine. exarserunt in desideriis suis. in inuicem
masculi in masculos turpitudinem ope
rantes: et mercedem quam oportuit erroris
sui in semetipsis recipientes. Et sicut
non probauerunt deum habere in noticiam:
tradidit illos deus in reprobum sensum.
ut faciant ea que non conueniunt: repletos
omni iniquitate. malicia. fornicacione.
auaricia. nequicia: plenos inuidia. ho
micidio. contencione dolo. malignitate.
susurrones. detractores deo odibiles. con
tumeliosos. superbos. elatos. inuentores
malorum. parentibus non obedientes. insipi
entes. incompositos: sine affectione. abs
que federe. sine misericordia. Qui cum iustici
am dei cognouissent: non intellexerunt.
quoniam qui talia agunt. digni sunt morte.
Non solum qui faciunt ea: sed etiam qui con
senciunt facientibus.

Propter quod inexcusabilis es o homo
omnis qui iudicas. In quo enim
iudicas alterum: teipsum condempnas. E
adem enim agis que iudicas. Scimus enim:
quoniam iudicium dei est secundum ueritatem. in eos
qui talia agunt. Existimas autem hoc o
homo. qui iudicas eos qui talia agunt.
et facis ea: quia tu effugies iudicium
dei: An diuicias bonitatis eius et paci
encie et longanimitatis contempnis: ig
norans quoniam benignitas dei ad penitenci
am te adducit: Secundum duriciam autem tuam
et cor impenitens thesaurizas tibi iram
in die ire. et reuelacionis iusti iudicii
dei: qui reddet unicuique secundum opera eius.
Hiis quidem qui secundum pacienciam boni
operis. gloriam et honorem et incorrupcio
nem: querentibus vitam eternam. Hiis autem
qui ex contencione et qui non acquiescunt
ueritati. credunt autem iniquitati: ira et in
dignacio. Tribulacio et angustia. in
omnem animam hominis operantis malum: iu
dei primum et greci. Gloria autem et honor et
pax omni operanti bonum: iudeo primum et gre
co. Non est enim personarum accepcio apud
deum. Quicumque enim sine lege peccaue
runt: sine lege peribunt. Et quicumque in le
ge peccauerunt: per legem iudicabuntur.
Non enim auditores legis iusti sunt apud
deum: sed factores legis iustificabuntur. Cum
enim gentes que legem non habent. natu
raliter ea que legis sunt faciunt: eiusmo
di legem non habentes. ipsi sibi sunt lex:
qui ostendunt opus legis scriptum in cor
dibus suis. testimonium reddente illis con
scientia ipsorum. et inter se inuicem cogitacionum
accusancium. aut etiam defendencium in die
cum iudicabit deus occulta hominum. secundum
euangelium meum per ihesum xpm. Si autem
tu iudeus cognominaris. et requiescis
in lege. et gloriaris in deo. et nosti uo
luntatem eius. et probas utiliora instruc
tus per legem: confidis teipsum ducem cecorum.
lumen eorum qui in tenebris sunt. eru
ditorem insipiencium. magistrum infancium.
habentem formam scientie et ueritatis in lege.
Qui ergo alium doces: teipsum non doces.
Qui predicas non furandum. furaris. Qui
dicis non mechandum. mecharis. Qui
abhominaris ydola: sacrilegium facis:
Qui in lege gloriaris: per preuaricaci
onem legis deum inhonoras. Nomen
enim dei per uos blasphematur inter gentes:
sicut scriptum est. Circumcisio quidem prodest:
si legem obserues. Si autem preuaricator le
gis sis: circumcisio tua preputium facta est. Si
igitur preputium iusticias legis custodiat:
nonne preputium illius in circumcisionem repu
tabitur: et iudicabit quod ex natura est
preputium legem consummans te qui per litteram
et circumcisionem preuaricator legis es: Non
enim qui in manifesto iudeus est. neque que
in manifesto in carne circumcisio: sed qui
in abscondito iudeus est. et circumcisio cor
dis in spiritu non littera: cuius laus non ex
hominibus sed ex deo est.

Quid ergo amplius est iudeo: aut
que utilitas circumcisionis: Mul
tum per omnem modum. Primum

quidē: quia credita sūt illis eloquia
dei. Quid enī si quidā illoꝝ non credi
derūt? Nūquid incredulitas illoꝝ fi
dem dei euacuauit? Absit. Est autē ds
uerax: omīs autē homo mendax: si
cut scriptū est. Vt iustificeris in sermo
nibꝫ tuis: et vincas cū iudicaris. Si
autē iniquitas nr̄a iusticiā dei cōmē
dat: quid dicem⁹? Nūquid ñquus
est deus. qui infert iram? Scd̄m homi
nem dico. Absit. Alioqn̄ quomō iudi
cabit deus hūc mūdū? Si enī ueritas
dei in meo mendacio habūdauit ī glo
riam ipīus: quid adhuc et ego tam
qm̄ peccor iudicor? Et non sicut blas
phemamur. Et sicut aiūt quidā dicē
nos. faciamus mala ut ueniant bo
na: quoꝝ dampnacio iusta ē. Quid
igitur? Precellim⁹ eos? Nequaqm̄.
Causati enī sum⁹ iudeos et grecos oēs
sub pcc̄o esse: sicut scriptū est. Quia
non est iustus quisqꝫ: non ē intelli
gens: non est requirens deū. Omēs
declinauerūt. simul ĩutiles fc̄i sūt: nō
est qui faciat bonū. nō est usqꝫ ad v
nū. Sepulchrū patens est guttur eoꝝ:
linguis suis dolose agebant: venenū
aspidū sub labiis eoꝝ. Quoꝝ os ma
ledc̄ione et amaritudine plenū est: ue
loces pedes eoꝝ ad effundendū sangui
nem. Contricio et infelicitas in viis
eoꝝ: et viam pacis non cognouerūt:
non ē timor dei ante oclos eoꝝ. Scim⁹
autē qm̄ quecūqꝫ lex loquit̄. hiis qui
in lege sūt loquitur: ut omē os obstru
atur. et subditus fiat omīs mūdus dō:
quia ex opibꝫ legis non iustificabitur
omīs caro coram illo. P legē enī cog
nicio pcc̄i. Nūc autē sine lege iustici
a dei manifestata ē: testificata a lege
et ꝓphetis. Iusticia autē dei p fidē ihu
xpī. sup omnes qui credūt. Non enī
est distinctio. Omēs enī peccauerunt:
et egent gloria dei. Iustificati gratis
p grām ipīus p redempcionē que est ī
xpō ihu: quē ꝓposuit deus ꝓpiciatorē
p fidem in sanguine ipīus ad ostensio
nem iusticie sue. ꝓpter remissionē pce
dencium delictoꝝ in sustentacōe dei: ad os
tensionē iusticie eius in hoc tēpe: ut sit
ipe iustus et iustificans eū qui ex fide ē
ihu xpī. Vbi est ergo gloriacio tua? Ex
clusa est. P quā legem? Factoꝝ? Non.
Sed p legem fidei. Arbitramur enī iusti
ficari hoīem p fidem sine opibꝫ legis.
An iudeoꝝ deus tantū? Nonne et gen
ciū? Ymmo et genciū. Qm̄quidē vn⁹
deus qui iustificat circūcisionē ex fide:
et ꝓpuciū p fidem. Legem ergo destrui
mus p fidem? Absit. Sed legem statuim⁹.

IIII

Quid ergo dice
mus inueīsse abraham patrē
nr̄m scd̄m carnē? Si enī abra
ham ex opibus legis iustificatus est:
habet gloriā. sed non apud deum. Qd
enī scriptura dicit? Credidit abrahā
deo: et reputatū est illi ad iusticiam.
Ei autē qui opatur: merces non ĩpu
tatur scd̄m grām. sed scd̄m debitū. Ei
uero qui non opatur. credenti autem
in eū qui iustificat ĩpiū. reputat̄ fides
eius ad iusticiā scd̄m ꝓpositū grē dei:
sicut et dauid dicit. btitudinē hoīs
cui deus accepto fert iusticiā sine opi
bus. Beati quoꝝ remisse sūt ñqtates:
et quoꝝ tecta sūt pcc̄a. Btūs uir cui nō
ĩputauit dn̄s pcc̄m. Btitudo ergo hec
in circūcisione tantū manet: an eciā
in ꝓpucio? Dicim⁹ enī: quia reputata
est abrahe fides ad iusticiā. Quomō
ergo reputata est? In circūcisione an
in ꝓpucio? Non in circūcisione: sed in
ꝓpucio. Et signū accepit circūcisionis
signaculū iusticie fidei que est in ꝓpu
cio: ut sit pater oīm credenciū. p ꝓpu
ciū ut reputet̄ et illis ad iusticiam. et
sit pater circūcisionis: non hiis tantū
qui sūt ex circūcisione: sed et hiis qui
sectant̄ uestigia fidei que est in ꝓpucō
patris nr̄i abrahe. Non enī p legem
ꝓmissio abrahe aut senū eius. ut he
res eēt mūdi: sed p iusticiā fidei. Si enī

qui ex lege heredes sunt: exinanita est fi
des. abolita est promissio. Lex enim iram operatur.
Ubi enim non est lex: nec preuaricacio. Ide
o ex fide: ut secundum gratiam firma sit promis
sio omni semini. Non ei qui ex lege est so
lum: sed et ei qui ex fide est abrahe qui
est pater omnium nostrum: sicut scriptum est. Qu
a patrem multarum gencium posui te an
te deum cui credidisti: qui viuificat mor
tuos. et uocat ea que non sunt. tamquam ea
que sunt. Qui contra spem in spem credidit.
ut fieret pater multarum gencium: secundum quod dic
tum est ei. Sic erit semen tuum sicut stelle
celi: et sicut arena que est in lictore ma
ris. Et non infirmatus est fide: nec con
siderauit corpus suum emortuum cum fere
centum annorum esset. et emortuam vuluam sa
re. In promissione etiam dei non hesitauit
diffidencia: sed confortatus est fide. dans
gloriam deo: plenissime sciens. quia quecum
que promisit potens est et facere. Ideo reputa
tum est illi ad iusticiam. Non est autem
scriptum tantum propter ipsum. quia reputatum
est illi ad iusticiam: sed et propter nos qui
bus reputabitur credentibus in eum. qui
suscitauit ihesum xpm dominum nostrum a mor
tuis: qui traditus est propter delicta nostra.
et resurrexit propter iustificacionem nostram.
Iustificati igitur ex fide pacem
habeamus ad deum per dominum nostrum ihesum
xpm: per quem et accessum habemus per fidem
in graciam istam. in qua stamus et glo
riamur in spe glorie filiorum dei. Non
solum autem. sed et gloriamur in tribula
cionibus: scientes quod tribulacio pacien
ciam operatur. paciencia autem probacio
nem: probacio uero spem. spes autem non
confundit: quia caritas dei diffusa est
in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus
est nobis. Ut quid enim xpus cum adhuc
infirmi essemus secundum tempus pro im
piis mortuus est: Vix enim pro iusto quis
moritur. Nam pro bono forsitan quis
audeat mori. Commendat autem suam ca
ritatem deus in nobis. quoniam cum adhuc pec
catores essemus xpus pro nobis mortuus

est. Multo igitur magis iustificati
nunc in sanguine ipsius: salui erimus
ab ira per ipsum. Si enim cum inimici essemus
reconciliati sumus deo per mortem filii eius:
multomagis reconciliati salui erimus
in vita ipsius. Non solum autem: sed et
gloriamur in deo. per dominum nostrum ihesum xpm:
per quem nunc reconciliacionem accepimus.
Propterea sicut per unum hominem in hunc mun
dum peccatum intrauit. et per peccatum mors:
et ita in omnes homines mors pertransiit.
in quo omnes peccauerunt. Usque ad legem
enim peccatum erat in mundo. Peccatum autem
non imputatur: cum lex non est. Sed reg
nauit mors ab adam usque ad moysen
eciam in eos qui non peccauerunt: in
similitudinem preuaricacionis ade qui est
forma futuri. Sed non sicut delictum.
ita et donum. Si enim unius delicto mul
ti mortui sunt: multomagis gratia dei
et donum in gracia unius hominis ihesu
xpi in plures habundauit. Et non sicut
per unum peccatum: ita et donum. Nam iudici
um ex uno in condempnacionem: gratia
autem ex multis delictis in iustificacio
nem. Si enim in unius delicto mors
regnauit per unum: multomagis ha
bundanciam gratie et donacionis et ius
ticie accipientes. in vitam regnabunt
per unum ihesum xpm. Igitur sicut per unius
delictum in omnes homines in condempna
cionem: sic et per unius iusticiam in omnes
homines in iustificacionem uite. Sicut enim
per inobedienciam unius hominis peccatores
constituti sunt multi: ita et per unius
obedienciam iusti constituuntur multi.
Lex autem subintrauit: ut habundaret
delictum. Ubi autem habundauit delictum.
superhabundauit gracia: ut sicut regna
uit peccatum in mortem: ita et gracia reg
net per iusticiam in vitam eternam. per ihesum
xpm dominum nostrum.

Quid ergo dicemus? Permanebi
mus in peccato. ut gracia habun
det? Absit. Qui enim mortui
sumus peccato: quomodo adhuc viuemus

m illo? An ignoratis quia quicūq; bap
tizati sumus in ihū xp̄o. in morte ip̄i
us baptizati sumus? Consepulti enī
sum⁹ cū illo p baptismū in mortē? ut
quomō xp̄us resurrexit a mortuis p
gloriam patris: ita et nos in nouita
te vite ambulem⁹? Si enī cōplantati
sum⁹ facti similitudini mortis eius:
simul et resurrc̄ois erim⁹? Hoc sciētes
quia vetus homo noster simul cruci
fixus est: ut destruatur corpus pec̄i.
ut ultra non seruiam⁹ pec̄o. Qui enī
mortuus est: iustificatus est a pec̄o.
Si autē mortui sum⁹ cū xp̄o: credim⁹
q̄a simul etiam viuem⁹ cū xp̄o. Sciē
tes q̄d xp̄us surgens ex mortuis iam
non moritur: mors illi ultra non do
minabit. Q̄d enī mortuus est pec̄o:
mortuus est semel. Q̄d autē viuit:
viuit deo. Ita et vos existimate vos
mortuos quidē ē pec̄o: viuētes autē
deo in xp̄o ihu. Non ergo regnet pec
cat̄ in vr̄o mortali corpe: ut obedi
atis concupiscētijs eius. Sed neq; exhi
beatis membra vra arma iniquitatis
pec̄o: sed exhibete vos deo tanq̄ ex
mortuos viuētes. et membra vra arma
iustitie deo. Pec̄m enī vobis non do
minabit. Non enī sub lege estis: sed
sub gr̄a. Quid ergo? Peccabim⁹? qm̄
non sum⁹ sub lege. sed sub gr̄a: Absit.
Nescitis q̄m cui exhibetis vos seruos
ad obediendū. serui estis eius cui obe
ditis? sive pec̄i ad mortē. sive obedi
entie ad iustitiā? Gr̄as autē d̄o
q̄d fuistis serui pec̄i: obedistis autē ex
corde. in eam formā doctrine in qua
traditi estis. Liberati autē a pec̄o: ser
ui facti estis iustitie. Humanū dico:
propter infirmitatē carnis vr̄e. Sicut
enī exhibuistis membra vra seruire i
mūdicie et iniquitati ad iniquitatē: ita
nūc exhibete membra vra seruire iusti
tie in sanctificatiōnē. Cum enī serui esse
tis pec̄i: liberi fuistis iustitie. Que
ergo fructū habuistis tūc in quibz
nūc erubescatis? Nam finis illor⁹ mor
est. Nūc vero liberati a pec̄o. serui aūt
facti deo: habetis fructū vr̄m in sanc
tificatiōnē. finem vero vitā eternam. Sti
pendia enī pec̄i mors. Gr̄a autē dei vi
ta eterna: in xp̄o ihu dn̄o nr̄o. VII

An ignoratis fr̄es. scientib⁹ enī
legem loquor: quia lex in ho
mine dominatur. quāto tempore
viuit? Nam que sub viro est mulier:
viuente viro alligata est legi. Si autē
mortuus fuerit vir eius: soluta ē a le
ge viri. Igitur viuente viro: vocabit
adultera. si fuerit cū alio viro. Si aūt
mortuus fuit vir eius: liberata est a
lege viri. ut nō sit adultera si fuit cū
alio viro. Itaq; fr̄es mei et vos mor
ificati estis legi p corpus xp̄i: ut sitis
alterius qui ex mortuis resurrexit. ut
fructificaremus deo. Cū enī essem⁹ in
carne: passiones peccor⁹ que p legem
erant operabantur in membris nris. ut
fructificarent morti. Nūc aūt soluti
sum⁹ a lege mortis in qua detinebā
mur: ita ut seruiam⁹ in novitate spūs.
et nō in vetustate lr̄e. Quid ergo dice
mus? Lex pec̄m est? Absit. Sed pec̄m
non cognovi: nisi p legem. Nam cō
cupiscentiā nesciebam: nisi lex dice
ret. non cōcupisces. Occasione aūt ac
cepta: pec̄m p mandatū operatū est in
me omnē concupiscentiā. Sine lege
enī pec̄m mortuū erat. Ego autem
viuebam sine lege aliqū. Sed cū ve
ui cruo sanguis xpi est: Et panis q̄ frangim⁹: nōne participatio corporis dñi est: Quū unus panis unū corpus multi sumus: omnes qui de uno pane participamur. Videte israel secundū carnē. Nōne qui edūt hostias participes sūt altaris: Quid ergo dico: Quòd ydolis īmolatū sit aliquid: aut quòd ydolū sit aliquid: Sed quæ īmolant gentes: dæmonijs īmolant. et nō deo. Nolo autē uos socios fieri dæmoniorū. Non potestis calicem dñi bibere: et calicē dæmoniorū. Non potestis mensæ dñi participes esse: et mensæ dæmoniorū. An æmulamur dñm: Numquid fortiores illo sumus: Omnia mihi licent: sed nō omnia expediunt. Omnia mihi licet: sed nō omnia ædificant. Nemo quod suum est quærat: sed quod alterius. Omne quod in macello uenit manducate: nichil interrogantes propter conscientiam. Dñi est terra et plenitudo eius. Si quis uocat uos infidelium ad mensam et uultis ire: omne quod uobis apponitur manducate: nichil interrogantes propter conscientiam. Si quis autem dixerit hoc īmolatū est ydolis: nolite manducare propter illum qui indicauit. et propter conscientiam. Conscientiam autem dico non tuam: sed alterius. Ut quid enim libertas mea iudicatur ab aliena conscientia: Si ego gratia participo: quid blasphemor pro eo quod gratias ago: Sive ergo manducatis sive bibitis. uel aliud quid facitis: omnia in gloriam dei facite. Sine offensione estote iudeis et gentibus et ecclie dei: sicut et ego per omnia omnibus placeo: nō quæro quod mihi utile est. sed quod multis. ut salui fiant. XI

Imitatores mei estote: sicut et ego xpi. Laudo autem uos fratres quòd per omnia mei memores estis. et sicut tradidi uobis mea præcepta teneris. Volo autem uos scire: quòd omnis uir caput xpus est. Caput autem mulieris uir: caput uero xpi deus. Omnis uir orans aut prophetans uelato capite: deturpat caput suum. Omnis autem mulier orans aut prophetans non uelato capite: deturpat caput suum. Unum est enim: ac si decaluetur. Nam si non uelatur mulier: et tondeatur. Si uero turpe est mulieri tondere aut decalui: uelet caput suum. Uir quidem non debet uelare caput: quia imago et gloria dei. Mulier autem gloria uiri est. Non enim uir est ex muliere: sed mulier ex uiro. Etenim non est creatus uir propter mulierem: sed mulier propter uirum. Ideo debet mulier uelamen habere in capite propter angelos. Verumptamen neque uir sine muliere: neque mulier sine uiro in dño. Nam sicut mulier de uiro: ita et uir per mulierem. Omnia autem ex deo. Vos in uobis iudicate. Decet mulierem non uelatam orare deum: Nec ipsa natura docet uos. Quòd uir quidem si comam nutriat: ignominia est illi. Mulier uero si comam nutriat. gloria est illi: quia capilli pro uelamine ei data sunt. Si quis autem uidetur contentiosus esse: nos talem consuetudinem non habemus: neque ecclia dei. Hoc autem precipio non laudans: quòd non in melius sed in deterius conuenitis. Primum quidem conuenientibus uobis in ecclia: audio scissuras inter uos esse. et ex parte credo. Nam oportet et hereses esse: ut et qui probati sunt. manifesti fiant in uobis. Conuenientibus ergo uobis in unum: iam non est dominicam cenam manducare. Unusquisque enim suam cenam præsumit ad manducandum. Et alius quidem esurit: alius autem ebrius est. Numquid domos non habetis ad manducandum et bibendum: Aut ecclesiam dei contemnitis: et confunditis eos qui non habent: Quid dicam uobis: laudo uos: in hoc non laudo. Ego enim accepi a dño quod et tradidi uobis: quoniam dñs ihesus xpus in qua nocte tradebatur accepit panem. et gratias agens fregit et dixit. Accipite et manducate. Hoc est corpus meum: quod pro uobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationem. Similiter et calicem: postquam cenauit dicens. Hic est calix nouum testamentum

in meo sanguine. Hoc facite quoci
enscūq; biberitis: in meā cōmemora
cionē. Quocienscūq; enī manduca
bitis panē hūc et calicem bibetis: mor
tem dñi annūciabitis donec veniat.
Itaq; quicūq; manducaverit panē
vel biberit calicē dñi indigne: reus
erit corpis et sanguinis dñi. Probet
autē seipm homo: et sic de pane illo
edat et de calice bibat. Qui enī man
ducat et bibit indigne: iudiciū sibi
manducat et bibit. nō diiudicans
corpus dñi. Ideo inter vos multi in
firmi et imbecilles: et dormiūt multi.
Qd si nosmetipos diiudicarem: nō
utiq; iudicarem. Dum iudicam aūt
a dño. corripim: ut non cū hoc mū
do dampnemur. Itaq; fratres mei cū
cōveniatis ad manducandū: īuicem
expectate. Si quis esurit domi man
ducet: ut non in iudiciū cōveniatis.
Cetera autē cū venero disponam.

De spiritalibz au XII
tem nolo vos ignorare fres.
Scitis qm cū gentes eētis: ad
simulachra muta pūt ducebamī eū
tes. Ideo notū vobis facio: qd nemo ī
spū dei loquens dicit anathema ihu.
Et nemo pt dicē dñs ihus: nisi in spū
scō. Divisiones vero grarū sūt: idem
autē spūs. Et divisiones mīstracōnū
sūt: idem autē dñs. Et divisiones opa
cionū sunt: idem vero deus qui opat
omīa in omībz. Unicuiq; autē datur
manifestacio spūs ad utilitatē. Alij q
dem p spm datur sermo sapie: alij aūt
sermo sciēcie scdm eūdem spm. Alteri fi
des in eodē spū. Alij grā sanitatū: in v
no spū. Alij opacio virtutū: alij pphecia
a: alij discrecio spirituū. Alij gnā ling
uarū: alij intrpretacio sermonū. Hec
autē omīa opatur unus atq; idē spūs:
dividens singulis pūt vult. Sicut enī
corpus unū est et mēbra habet multa:
omīa autē mēbra corpis cū sint mlta.
unū corpus sūt: ita et xpus. Etenī in
uno spū omēs nos in unū corpus bap
tizati sum. sive iudei sive gentiles. si
ve servi sive liberi: et omēs uno spiritu
potati sum. Nam et corpus nō est u
nū mēbrū: sed multa. Si dixerit pes
qm nō est manus. non sū de corpe:
nō ideo nō est de corpe: Et si dixerit au
ris quia nō sū oculus non sum de cor
pore: non ideo nō est de corpe: Si totū
corpus oculus: ubi auditus: Si totū
auditus: ubi odoratus: Nūc autē po
suit deus mēbra: et unū qdq; eorū ī cor
pore sicut voluit. Qd si essent omnia
unū mēbrū: ubi corpus: Nūc autē
multa quidē mēbra: unū autē corpus.
Non pt autē dicē oculus manui. opa
tua non indigeo: aut iterū caput pe
dibz nō estis michi necessarij: sed mul
to magis que videntur mēbra corpis in
firmiora esse. necessariora sūt. Et que
putamus ignobiliora mēbra eē corpis:
hijs honorem habūdanciorē circūdam.
Et que īhonesta sūt nrā: habundan
ciorē honestatē habent. Honesta aūt
nrā nullius egent. Sed deus tēpavit cor
pus. ei cui deerat. habūdanciorē tribu
endo honorē. ut non sit scisma ī corpe:
sed in idipm pro īuicem sollicita sint
mēbra. Et si quid patit unū mēbrū:
cōpaciūtur omīa membra. Sive glo
riat unū mēbrum: cōgaudent omīa
mēbra. Vos autē estis corpus xpi: et
mēbra de mēbro. Et quosdam quidē
posuit deus in ecclia: primū aplos. se
cundo pphetas. tercio doctores: deinde
virtutes. exīn grās curacionū. opicula
cōnes. gubernacōnes. genera linguar.
Nūquid omēs apli: Nūquid omēs p
phete: Nūquid omēs doctores: Nūqd
omēs virtutes: Nūquid omēs graciā
habent curacionū: Nūquid omēs lig
uis loquūtur: Nūquid omēs intrpre
tantur: Emulamī autē carismata
meliora. Et adhuc excellencio
rē viā vobis demōstro. X

Si linguis hoīm loquar III

et angelorum. caritatem autem non habeam: factus sum uelud es sonans aut cymbalum tynniens. Et si habuero prophetiam et nouerim misteria omnia. et omnem scientiam: et si habuero omnem fidem ita ut montes transferam: caritatem autem non habuero: nichil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas. et si tradidero corpus meum ita ut ardeam: caritatem autem non habuero: nichil mihi prodest. Caritas patiens est: benigna est. Caritas non emulatur. non agit perperam: non inflatur. non est ambiciosa: non querit que sua sunt. Non irritatur. non cogitat malum: non gaudet super iniquitate: congaudet autem ueritati. Omnia suffert: omnia credit. omnia sperat: omnia sustinet. Caritas numquam excidit. Siue prophetie euacuabuntur: siue lingue cessabunt: siue scientia destruetur. Ex parte enim cognoscimus: et ex parte prophetamus. Cum autem uenerit quod perfectum est: euacuabitur quod ex parte est. Cum essem paruulus: loquebar ut paruulus. sapiebam ut paruulus. cogitabam ut paruulus. Quando factus sum vir: euacuaui que erant paruuli. Videmus nunc per speculum in enigmate: tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte: tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum. Nunc autem manent fides. spes. caritas: tria hec. Maior autem hiis est caritas.

XIIII

Sectamini caritatem: emulamini spiritalia: magis autem ut prophetetis. Qui enim loquitur lingua: non hominibus loquitur. sed deo. Nemo enim audit. Spiritus autem loquitur mysteria. Nam qui prophetat: hominibus loquitur ad edificationem. et exhortationem. et consolationem. Qui loquitur lingua. semet ipsum edificat: qui autem prophetat ecclesiam dei edificat. Volo autem uos omnes loqui linguis: magis autem prophetare. Nam maior est qui prophetat quam qui loquitur linguis: nisi forte interpretetur ut ecclesia edificationem accipiat. Nunc autem fratres si venero ad uos linguis loquens: quid uobis prodero. nisi uobis loquar aut in reuelacione. aut in scientia. aut prophetia. aut doctrina: Tamen que sine anima sunt uocem dancia. siue tybia. siue cythara. nisi distinctionem sonituum dederint: quomodo scietur quod canitur aut quod cytharizatur: Etenim si incertam uocem det tuba: quis parabit se ad bellum: Ita et uos per linguam nisi manifestum sermonem dederitis: quomodo scietur id quod dicitur: Eritis enim in aera loquentes. Tam multa uerbi gratia linguarum sunt in hoc mundo: et nichil sine uoce est. Si ergo nesciero virtutem uocis: ero ei cui loquor barbarus: et is qui loquitur mihi barbarus. Sic et uos quoniam emulatores estis spirituum: ad edificationem ecclesie querite ut habundetis. Et ideo qui loquitur lingua: oret ut interpretetur. Nam si orem lingua. spiritus meus orat: meus autem mea sine fructu est. Quid ergo est: Orabo spiritu: orabo et mente. Psallam spiritu: psallam et mente. Ceterum si bene dixeris spiritu: quis supplet locum ydiote: Quomodo dicet amen super tuam benedictionem: Quoniam quid dicas nescit. Nam tu quidem bene gratias agis: sed alter non edificatur. Gracias ago deo: quod omnium uestrum lingua loquor. Sed in ecclesia uolo quinque uerba sensu meo loqui ut et alios instruam: quam decem milia uerborum in lingua. Fratres nolite pueri effici sensibus: sed malicia paruuli estote: sensibus autem perfecti estote. In lege scriptum est. Quoniam in aliis linguis et labiis aliis loquar populo huic: et nec sic exaudient me dicit dominus. Itaque lingue in signum sunt. non fidelibus sed infidelibus: prophetie autem non infidelibus sed fidelibus. Si ergo conueniat uniuersa ecclesia in unum et omnes linguis loquantur. intrent autem ydiote aut infideles: nonne dicent quid

insanitis: Si autē oēs ꝓpheteē. intrat autē quis infidelis uel ydiota: cōuincatur ab oēibz. diiudicatur ab oēibz. Occulta eni cordis eius manifesta fiunt. Et ita cadens in faciē adorabit deū: pnūcians qđ uere deus in nobis sit. Quid ergo est fratres? Cū cōuenitis. unusquisq; hymnū psalmū habz. doctrinā habet apocalipsī habet. linguā habz. interpretatiōnē habz. Oīa ad edificationē fiant. Sive lingua quis loquit̄ secdm duos aut ut multū tres. et p ptes: et unus interpret̄. Si autē non fuit interpres: taceat in ecclia. Si bi autē loquatur et deo. ꝓpheteē duo aut tres dicant: et ceteri diiudicent. Qđ si alij reuelatū fuit sedenti: prior taceat. Poteritis eni oēs p singulos prophetare: ut oēs discant et oēs exhortentur. Et spūs ꝓphetaꝝ prophetis subiectus est. Non eni est dissensionis deus sed pacis: sicut in oēibz ecclijs scōrū doceo. Mulieres in ecclijs taceant. Nō eni permittitur eis loqui: sed subditas esse. sicut et lex dicit. Si quid autē uolunt discere: domi uiros suos interrogēt. Turpe est mulieri in ecclia loqui. An a uobis uerbū dei ꝓcessit: aut in uos solos puenit? Si quis uidetur ꝓphēta esse aut spūalis: cognoscat que scribo uobis. quia dñi sunt mandata. Si quis autē ignorat: ignorabit̄. Itaq; fres emulamini ꝓphetare: et loqui līgnis nolite prohibere. Oīa autē hōeste et secdm ordinē fiant in uob.

XV

Notū autē uobis facio fratres euāgeliū qđ predicauī uobis. qđ et accepistis in quo et statis p qđ et saluamini. qua racōne predicauerim uobis si tenetis: nisi frustra credidistis. Tradidi eni uobis in primis. qđ et accepi: qm̄ xp̄us mortuus est pro peccatis nr̄is secdm scripturas. et quia sepultus est et quia resurrexit tertia die secdm scripturas: et quia uisus est cephe et post hec undecim. Deinde uisus est plusq̄ quingentis fratribz simul: ex quibz multi manent usq; adhuc: quidam autē dormierūt. Deinde uisus est iacobo. deinde apis oēibz. Nouissime autē oīm tanq̄ abortiuo: uisus est et mihi. Ego eni sum minimus apl̄oꝝ: qui non sum dignus uocari apis: qm̄ persecutus sum ecclīam dei. Gratia autē dei sum id qđ sum. et gr̄a eius in me uacua nō fuit: sed habundantius illis oēibz laboraui. Non ego autē: sed gr̄a dei mecū. Sive eni ego sive illi: sic predicamus et sic credidistis. Si autē xp̄us predicatur qđ resurrexit a mortuis: quō quidā dicūt in nobis qm̄ resurrectio mortuoꝝ nō est? Si autē resurrectio mortuoꝝ nō est: neq; xp̄us resurrexit. Si autē xp̄us non resurrexit: inanis ergo predicatio nr̄a: inanis est et fides uestra. Inuenimur autē et falsi testes dei: quoniam testimoniū dicimus aduersus deū. qđ suscitauerit xp̄m. quē nō suscitauit. Nam si mortui non resurgūt: neq; xp̄us resurrexit. Qđ si xp̄s non resurrexit: uana est fides uestra. Adhuc eni estis in peccatis uris. Ergo et qui dormierūt in xp̄o: perierūt. Si in hac uita tantū in xp̄o sperantes sumus: miserabiliores sumus omnibus hoīb. Nunc autē xp̄us resurrexit a mortuis: primicie dormiencium. Quoniam quidem per hoīem mors: et per hoīem resurrectio mortuoꝝ. Et sicut in adam oēs moriuntur: ita et in xp̄o oēs viuificabunt̄. Unusquisq; autē in suo ordine. Primicie xp̄us. Deinde hi qui sunt xp̄i: qui in aduentu eius credide runt. Deinde finis cū tradiderit regnū deo et patri: cū euacuauerit omnem principatū et potestatem et uirtutē. Oportet autē illū regnare: donec ponat oēs inimicos sub pedibz eius. Nouissima autē inimica destruet̄ mors. Oīa eni subiecit sub pedibz eius. Cū autē dicat oīa subiecta sunt: sine dubio p̄ter eū: qui subiecit ei oīa.

Cum autē subiecta illi fuerīt omnia: tunc ipse filius subiectus erit illi qui sibi subiecit omnia: ut sit deus oīa in omnibz. Alioqn quid facient qui baptizantur pro mortuis: si oīno mortui non resurgūt: Vt quid et baptizantur pro illis: Vt quid et nos periclitamur omni hora: Cotidie morior ꝓpter uram gl'am fres: quā habeo in xpo ihu dno nro. Si scdm hoīem ad bestias pugnaui ephesi: quid mi ꝓdest si mortui non resurgūt: Manducemus et bibamus: cras enī moriemur. Nolite seduci. Corrūpūt mores bonos colloquia mala. Euigilate iusti: et nolite peccare. Ignorantiam enī dei qdam habent. Ad uerecūdiam uobis loquor. Sed dicat aliqs. Qo modo resurgūt mortui: Quali autē corpe veniunt: Insipiens tu qd seminas non viuificatur: nisi prius moriatur. Et qd tu seminas non corpus qd futurū est semīas: sz nudū granū utputa tritici aut alicuius ceterorum. Deus autē dat illi corpus sicut vult: et vnicuiqz seminū ꝓpriū corpus. Nō omīs caro eadē caro: sed alia hoīm. alia pecorū. alia uolucrū. alia autē piscium. Et corpa celestia: et corpa terrestria. Sz alia quidē celestiū gloria: alia autē terrestriū. Alia claritas solis: alia claritas lune: et alia claritas stellarū. Stella enī ab stella differt in claritate: sic et resurrcio mortuorum. Seminatur in corrupcione: surget in incorrupcione. Seminatur in ignobilitate: surget in gloriam. Seminatur in infirmitate: surget in virtutē. Seminatur corpus aīale: surget corpus spiritale. Si est corpus aīale: est et spiritale. Sicut scriptum est. Factus est primus homo adam in animā viuentē: nouissimus adā in spiritū viuificantē. Sz non prius qd spiritale est. sed qd aīmale est: deinde qd spiritale est. Primus homo de terra terrenus: secūdus homo de celo celestis. Qualis terrenus: tales et terreni. Et qualis celestis: tales et celestes. Igitur sicut portauimus ymaginē terreni: portemus et ymaginē celestis. Hoc autē dico fres: qm caro et sanguis regnū dei possidere non possūt. Neqz corrupcio īcorruptelam possidebit. Ecce misteriū uobis dico. Oēs quidē resurgemus: sz nō omēs īmutabimur. In momēto in ictu oculi: in nouissima tuba. Canet enī tuba: et mortui resurgent incorrupti: et nos īmutabimur. Oportet enī corruptibile hoc induere incorrupcionē: et mortale hoc induere īmortalitatē. Cum autē mortale hoc induerit īmortalitatē: tūc fiet sermo qui scriptus est. Absorta est mors in victoria. Vbi est mors victoria tua: Vbi est mors stimulus tuus: Stimulus autē mortis pccm est: virtus uero pccī lex. Deo autē grās: qui dedit nobis victoriā. ꝑ dnm nrm ihm xpm. Itaqz fres mei dilcī stabiles estote et īmobiles. habūdantes in ope dni semper: scientes qd labor ur non est inanis in domino.

XVI

De collectis autē que fiūt ī scōs: sicut ordinaui in ecclesiis galacie. ita et uos facite ꝑ vnā sabbati. Vnusquisqz urm apud se repouat. recondens qd ei bnplacuerit: ut nō cū venero tunc collcē fiant. Cū autē pns fuero: quos probaueritis ꝑ eplas. hos mittā ꝑferre grām uram in ihrlm. Qd si dignū fuerit ut et ego eam: mecū ibunt. Veniā autē ad uos: cū macedoniā ꝑtransiero. Nam macedoniā ꝑtransibo. Apud uos forsitan manebo ul' etiam hyemabo: ut uos me deducatis quocūqz iero. Nolo enī uos mō in trāsitu videre. Spero enī me aliqntū temꝑis manere apud uos: si dns ꝑmiserit. Pmanebo autē ephesi usqz ad penthecosten. Hostiū enī michi aptū est magnū et euidens: et aduersarij multi. Si autē uenerit thymotheus: uidete ut sine timore sit apud uos. Opus enī dni opatur: sicut et ego. Ne quis ergo illum

spnat. Deducate autē illū in pace: ut ue
niat ad me. Expecto enī illū cū fribus.
De apollo autē frēs rogaui eū ut ueniret ad uos
cū fribz: et utiqz non fuit uolūtas ei
ut nūc ueniret. Veniet autē: cū ei ua
cuū fuīt. Vigilate state in fide: uiriliē
agite et confortamīni. Omnia nīa in ca
ritate fiant. Obsecro autē uos frēs nos
tis domū stephane. et fortunati. qm̄ sūt
primicie achaie. et in ministeriū scōz ordi
nauerūt semēpsos: ut et uos subditi sitis
huiusmodi. et omī cooperanti et laboran
ti. Gaudeo autē in presencia stephane
et fortunati et achaici: qm̄ id qđ uobis
deerat. ipi supplenerūt. Refecerūt enī
et meū spm et uīm. Cognoscite ergo
qui eiusmōi sūt. Salutant uos eccle
sie asie. Salutāt uos in dño multū aqui
la et prisca cū domestica sua eccia: a
pud quos et hospitor. Salutant uos
frēs omnes. Salutate inuicem in osculo
sancto. Salutacio mea manu pauli.
Si quis non amat dnm nīm ihm xpm:
sit anathema maranatha. Gracia dnī
nī ihu xpi uobiscū. Caritas mea cū oī
bus uobis in xpo ihesu. amen.

Explicat epla ad chorinthios prima.

Incipit argumentū in epla secunda.

Ost actam penitēciā. consolationē scribit eis epl'am a
troade p titū: et collaudans
eos hortatur ad meliora: cōsolatos quidē eos. sz emēdatos oīdens.

Explicat argū'. Incipit epla ad chorinthios secunda.

Paulus apls ihu xpi p uolūtatem dei. et thimotheus frat: ecclie dei que ē
chorinthi cum omnibz sāis qui
sunt in uniuer
sa achaia. Gracia uobis et pax a dō pa
tre nō et dño ihu xpo. Benedctus deus
et pater dnī nī ihu xpi. pater miseri-
diar et deus tocius consolacionis: qui
consolatur nos in omī tribulacione
nīa: ut possim' et ipi consolari eos q̄
in omī pressura sūt. p exhortacionē
qua exhortam̄ et ipi a deo. Qm̄ sicut
habundant passiones xpi in nobis:
ita et p xpm habundat consolacio nos
tra. Sive autē tribulamur pro uestra
exhortacione et salute. sive exhortam̄
pro nīa exhortacione. que operatur tol
lerandā earūdē passionū quas et nos
patim̄. ut spes nīa firma sit pro uob:
scientes qm̄ sicut socij passionū estis.
sic eritis et consolacionis. Non enim
uolum' ignorare uos frēs de tribulac
one nīa que facta est in asia: quomō
supra modū grauati sum' supra vir
tutem: ita ut taderet nos etiā viuere. Sz
ipi in nobismet ipis sūlū mortis habuim':
ut non simus fidentes in nobis. sed in de
o qui suscitat mortuos. qui de tantis
malis eripuit nos et eruit: in quem
speramus qm̄ et adhuc eripiet adiuuā
tibz et uobis in orōne. p nobis: ut ex
multorū plonis facierū eius que in no
bis est donacionis. p multos gr̄ē agan
tur pro nobis. Nam gloria nīa hec ē
testimoniū consciē nīe: qđ in simpli
citate et sinceritate dei. et non in sapiē
cia carnali. sed in gracia dei conuisati
sum' in hoc mūdo: habundancius au
tē ad uos. Non enī alia scribim' uobis:
quā que legitis et cognoscitis. Spero
autē qđ usqz in finē cognoscetis sicut
cognouistis nos ex parte: quia gloria
uestra sum' sicut et uos nīa in die dnī
nī ihu xpi. Et hac confidencia uolu
bus uenire ad uos. ut sciam gr̄am ha
beretis: et p uos transire in macedoni
am: et iterū a macedonia uenire ad uos.
et a uobis deduci in iudeā. Cū ergo hoc
uoluissem: nūquid leuitate usus sum:
Aut que cogito secdm carnē cogito: ut
sit apud me est et nō: Fidelis autē deus:
quia sermo nr̄ qui fuit apud uos nō

est in illo est et non. Dei enim filius ihs
xpus qui in uobis p nos predicatus e
p me et siluanum et thymotheum no fuit
in illo est et non: sed est in illo fuit.
Quotqot enim pmissiones dei sunt: in il
lo est. Ideo et p ipm amen deo. ad glori
am nram. Qui autem confirmat nos
uobiscum in xpo. et qui unxit nos deus:
et qui signauit nos et dedit pignus sps
in cordibus nris. Ego autem testem deum
inuoco in aiam meam: qd pcens uobis
non veni ultra chorinthum. Non quia
dnamur fidei ure: sed adiutores sumus
gaudii uri. Nam fide statis.

Statui autem hoc ipe ante me:
ne iterum in tristicia uenire ad
uos. Si enim ego contristo uos.
et quis est qui me letificet: nisi qui co
tristatur ex me? Et hoc ipm scripsi uobis:
ut non cum uenero tristiciam sup tristiciam
habeam. de quibus oportuerat me gau
dere: confidens in omnibus uobis qa me
um gaudium oim urm est. Nam ex mul
ta tribulacone et angustia cordis scrip
si uobis p multas lacrimas: ut no co
tristemini. sed ut sciatis quam caritatem
habeam habundancius in uobis. Si quis
autem contristauit me no me contrista
uit: sz ex pte ut no onerem omes uos.
Sufficit illi qui eiusmodi e obiurgaci
o hec que fit a pluribus: ita ut econtrario
magis donetis et consolemini. ne forte
habundanciori tristicia absorbeatur
qui eiusmodi est. Propter qd obsecro uos:
ut confirmetis in illum caritatem. Ido
enim et scripsi: ut cognoscam expimen
tum urm. an in omnibus obedientes si
tis. Cui autem aliquid donastis: et ego.
Nam et ego qd donaui si qd donaui
ppter uos in psona xpi: ut no circumue
niamur a sathana. Non enim ignora
mus cogitacones eius. Cum uenissem
autem troadem ppter euangelium xpi. et
ostium michi aptum eet in dno: non ha
bui requiem spiritui meo eo qd non
inuenerim tytum fratrem meum: sed ualefa

ciens eis pfectus sum in macedoniam.
Deo autem gracias qui semp triumphat
nos in xpo ihu. et odorem noticie sue
manifestat p nos in omni loco: quia xpi
bonus odor sumus deo. in hijs qui salui
fiunt. et in hijs qui pereunt. Alijs quidem
odor mortis in mortem: alijs autem odor
vite in vitam. Et ad hec quis tam ydo
neus? Non enim sumus sicut plurimi ad
ulterantes uerbum dei: sed ex sinceritate
sed sicut ex deo coram deo in xpo loquimur.

Incipimus iterum nosmet
ipos comendare: Aut numquid egemus
sicut quidam comendaticijs eplis ad uos
aut ex uobis? Epla nra uos estis scrip
ta in cordibus nostris: que scitur et le
gitur ab omnibus hominibus. manifestati.
qm epla estis xpi ministrata a nobis et
scripta non atramento sed spu dei vi
ui: no in tabulis lapideis: sed in tabu
lis cordis carnalibus. Fiduciam autem talem
habemus p xpm ad deum: non qd sufficien
tes sumus cogitare aliqd a nobis qua
si ex nobis: sed sufficiencia nra ex deo e.
Qui et ydoneos nos fecit ministros no
ui testamenti: no lra sed spu. Ira enim
occidit: spus autem viuificat. Qd si mi
nistracio mortis litteris deformata in
lapidibus fuit in gloria. ita ut non pos
sent intendere filij isrl in faciem moysi
ppter gloriam vultus eius que euacuatur:
quomodo no magis ministracio spus erit
in gloria? Nam si ministracio dampna
cionis in gloria est: multo magis ha
bundat ministerium iusticie in gloria. Na
nec glorificatum est qd claruit in hac p
te: ppter excellentem gloriam. Si enim qd e
uacuatur p gloriam e: multo magis qd
manet. in gloria est. Habentes igitur
talem spem: multa fiducia vtimur. Et
non sicut moyses ponebat uelamen
sup faciem suam. ut non intenderet filij
isrl in faciem eius qd euacuatur: sed ob
tusi sunt sensus eorum. Vsque in hodiernum
diem enim idipm uelamen in lcione uete
ris testamenti manet no reuelatum: qm

in xpo euacuat. Sed usq; in hodiernū
diem cū legit moyses: uelamē est posi
tum sup cor eoꝝ. Cum autē cōuersus
fuerit ad deum: auferetur uelamen.
Dn̄s autē spūs est. Vbi autē spūs dn̄i:
ibi libertas. Nos uero omēs reuelata
facie gloriā dn̄i speculantes: in ean
dem ymaginē transformamur a cla
ritate in claritatē. tamq̄ a dn̄i spū.
Deo habentes hanc mīs IIII
tracionē. iuxta qd̄ mīam consecuti su
mus. non deficim⁹. sed abdicam⁹ occul
ta dedecoris: non ambulantes in astu
cia. neq; adulterantes uerbū dei: sed in
manifestacōne uitatis. cōmendantes
nosmetipos ad omnē conscienciā ho
minū corā deo. Qd̄ si eciam optū est
euangeliū nr̄m. in hijs qui peunt est
optū: in quibꝫ deus hui⁹ seculi exceca
uit mentes infideliū: ut non fulgeat
illuīacio euangelij glorie xpi. qui est y
mago dei. Non enī nosmetipos pdica
mus: sed ihm xpm dn̄m nr̄m. Nos aūt
seruos uros p ihm. Qm̄ deus qui dix
it de tenebris lucē splendescere: illuxit ī
cordibꝫ nr̄is. ad illuīacionē sciencie cla
ritatis dei in faciē xpi ihu. Habemus
autē thesaurū istū in uasis fictilibus:
ut sublimitas sit virtutis dei. et non ex
nobis. In omībꝫ tribulacionē patimur:
sed nō angustiam̄. Aporiam̄: sed nō desti
tuim̄. Psecucionē patim̄: sed nō delinq̄
mur. Deicim̄: sꝫ non pim⁹. Semp mor
tificacionē ihu in corpe nr̄o circūferentes:
ut et vita ihu in corpibꝫ nr̄is manifes
tetur. Semp enī nos qui viuim⁹ ī mor
tem tradimur ꝓpter ihm: ut et vita ihe
su manifestet in carne nr̄a mortali.
Ergo mors in nob̄ opatur: uita autem
in uobis. Habentes autē eūdem spm fi
dei. sicut scriptū est. credidi ꝓpter qd̄ lo
cutus sū. et nos credim⁹ ꝓpter qd̄ et loq̄
mur: scientes qm̄ qui suscitauit ihesū.
et nos cū ihu suscitabit. et constituet
uobiscū. Omīa enī ꝓpter uos: ut grā
habūdans p multas. graciaꝝ actiones

habūdet in gl'am dei. Ꝓpter qd̄ non defici
mus. Sed licet is qui foris est nr̄ homo
corrūpatur: tamen is qui intus ē rno
uatur de die in diem. Id enī qd̄ in p̄sen
ti est momentaneū et leue tribulacōis
nr̄e. sup modū in sublimitate eternū
glorie pondus opatur in nob̄: nō con
templantibꝫ nobis que uidentur. sed q̄
non uidētur. Que enī uidentur tempalia
sunt: q̄ autē nō uidētur etna sūt. V
Scim⁹ enī qm̄ si terrestris domus
nr̄a hui⁹ habitacōnis dissolua
tur: qd̄ edificacionē ex deo ha
beamus domū non manufactā. eter
nam in celis. Nam et in hoc īgemisci
mus. habitacionē nr̄am que de celo
ē supindui cupientes: si tamē uestiti
nō nudi īueniam̄. Nam et q̄ sumus
in tabernaculo isto īgemiscim⁹ grauati.
eo qd̄ nolum⁹ expoliari sed supuestiri:
ut absorbeatur qd̄ mortale est a uita.
Qui autē efficit nos in hocipm deus:
qui dedit nobis pignus spūs. Auden
tes igitur semp et scientes: qm̄ dū su
mus in corpe. pegrinam̄ a dn̄o. P fidem
enī ambulamus: et non p speciē. Aude
mus autē et bonā uolūtatem habem⁹
magis pegrinari a corpe: et pn̄tes esse
ad dn̄m. Et ideo contendim⁹ siue absen
tes siue pn̄tes placē illi. Omēs enī nos
manifestari oportet ante tribunal xpi:
ut referat unusquisq; ꝓpria corpis put
gessit. siue bonū siue malū. Scientes
ergo timorem dn̄i. hoībus suademus:
deo autē manifesti sum⁹. Spero autem
et in conscienciis uris manifestos nos
ee. Non iterū nos cōmendam⁹ uob̄: sꝫ
occasionē damus uobis gloriandi p no
bis: ut habeatis ad eos qui in facie glo
riantur et non in corde. Siue enī men
te excedim⁹ deo: siue sobrij sum⁹ uobis.
Caritas enī xpi urget nos: estimantes
hoc. qm̄ si unus pro omībꝫ mortuus ē.
ergo omēs mortui sūt. Et pro oībꝫ mor
tuus est xpus: ut et qui viuūt iam nō
sibi viuant: sed ei qui pro ipis mortu⁹

est et resurrexit. Itaq; nos ex hoc ne
minē nouim⁹ scd̄m carnē. Et si cog
nouim⁹ scd̄m carnē xp̄m: sz nūc iam
nō nouim⁹. Si qua ergo in xp̄o noua
creatura. ecce uetera transierūt: facta
sūt noua. Omnia autē ex deo: qui re
conciliauit nos sibi p xp̄m. et dedit no
bis mīsteriū recōciliacōnis. Quōmq̄dē
deus erat in xp̄o mūdū reconsiliās sibi.
non reputans illis delicta ip̄oꝝ: et po
suit in nobis uerbū reconciliacōnis.
Pro xp̄o ergo legacione fungim̄: tāq̄
deo exhortante p nos. Obsecram⁹ pro
xp̄o: reconciliamī deo. Eum qui non
nouerat pc̄m pro nobis pc̄m fecit:
ut nos efficerem̄ iusticia dei in ip̄o.

VI

Adiuuantes autē
exhortam̄: ne in uacuū gra
ciam dei recipiatis. Ait enim.
Tempe accepto exaudiui te: et in die
salutis adiuui te. Ecce nūc tempus
acceptabile: ecce nūc dies salutis. Ne
mini dantes ullam offensionē: ut nō
uituperetur mīsteriū nr̄m. Sed in oībz
exhibeam⁹ nosmetip̄os sicut dei mīstros:
in multa pacīa. in tribulacōnibz. in
necessitatibz. in angustijs. in plagis.
in carceribz. in sedicionibz. in laboribz.
in vigilijs. in ieiunijs. in castitate. in
scīa. in longanimitate. in suauitate.
in sp̄u scō. in caritate nō ficta. ī uerbo
ueritatis. in virtute dei. Per arma ius
ticie a dextris et a sinistris. Per glām ⁊
ignobilitatē: p infamiam et bonā fa
miam. Ut seductores: et ueraces. Sicut
qui ignoti: et cogniti. Quasi morien
tes: et ecce viuim⁹. Ut castigati: et non
mortificati. Quasi tristes: semp autē
gaudentes. Sicut egentes: multos au
tem locupletātes. Tamq̄ nichil habē
tes: et omnia possidentes. Os nr̄m pa
tet ad uos o chorinthij: cor nr̄m dila
tatū est. Non angustiamī in nobis:
angustiamī autē in uisceribz ur̄is. E
audem autē habentes remuneracōnē.
tāq̄m filijs dico: dilatamī et uos. No

lite iugū ducē cū infidelibz. Que enī
pticipacio iusticie cū iniquitate: Aut
que societas luci ad tenebras: Que aūt
cōuencio xp̄i ad belyal: Aut que pars
fideli cū infideli: Quis autē consensus
templo dei cū ydolis: Vos enī estis tē
plū dei viui: sicut dicit deus. Quōm in
habitabo in illis et īambulabo: et ero
illoꝝ deus. et ip̄i erūt m̄ ꝑplus. Propter
qd̄ exite de medio eoꝝ et sep̄amī dicit
dn̄s: et īmūdū ne tetigeritis: et ego r̄
cipiam uos. Et ero uobis in patrem:
et uos eritis m̄ in filios et filias. dicit
dn̄s omnipotens.

VII

Has igitur habentes promissi
ones kr̄ī. mūdemus nos ab
omī inq̄namento carnis et
sp̄us: pficientes scīficacionē in timore
dei. Capite nos. Neminē lesim⁹: ne
minē corrupim⁹: neīem circūuenim⁹.
Non ad condempnacionē ur̄am dico.
Predixi enī qd̄ in cordibz nr̄is estis:
ad cōmoriendū et ad cōuiuendū. Mul
ta m̄ fiducia est apud uos: multa m̄
gloriacio pro uobis. Repletus sū con
solacōne: sup habūdo gaudio. in omī
tribulacōne nr̄a. Nam et cū uenisse
mus macedoniā. nullā requiem ha
buit caro nr̄a: sed omnē tribulacionē
passi. Foris pugne: intus timores.
Sed qui consolat̄ hūiles: consolat⁹
est nos deus in aduentu tyti. Non so
lū autē in aduentu eius: sed eciā in
solacio quo consolatus ē in uob. refe
rens nobis vr̄m desideriū. ur̄m fletū.
ur̄am emulacionē pro me: ita ut ma
gis gauderē. Quōm et si contristaui in
epl̄a: nō me penitet. Et si peniteret
videns qd̄ epl̄a illa et si ad horā uos
contristauit. nūc gaudeo: non q̄a cō
tristati estis. sed quia contristati estis
ad penitenciā. Contristati enī estis se
cūdū deū: ut in nullo detrimentū paci
anū ex nobis. Que enī scd̄m deū tris
ticia est: penitenciā in salutē stabilē
opatur. Seculi autē tristicia: mortē

opatur. Ecce enī hoc pm sc̄m deū con
tristau uos. q̄ntam in uobis opatur
sollicitudinē: sed defensionē. sed īdig
nacionē. sed timorē. sed desideriū. sed e
mulacionē. sed vindictā. In oīb̄us
exhibuistis uos mcontaminatos esse
negocio. Igitur et si scripsi uobis: nō
ppter eum qui fecit iniuriam. nec ppt
eī qui passus est: sed ad manifestan
dam sollicitudinē nr̄am quā p uob̄
habem⁹ coram deo. Ideo consolati sum⁹.
In consolacōne aut̄e nr̄a habūdanci⁹
magis gauisi sum⁹ sup gaudiō tyti:
quia refectus est sp̄us eius ab oīb̄z
uobis. Et si quid apud illū de uob̄ glo
riatus sū: non sum confusus. Sz sicut
omnia uobis in ueritate locuti sumus:
ita et gloriacio nr̄a que ad tytū fuit ue
ritas facta est. Et uiscera eius habūdanci
us in uobis sunt. reminiscentis oīm uestrū
obediēciam: quomō cū timore et tremo
re excepistis eum. Gaudeo q̄ in oīb̄z
confido in uobis.

VIII

Notam aut̄e facim⁹ uob̄ frēs
grām dei que data est in eccle
sijs macedonie: q̄ in multo
experimento tribulacōnis habūdancia
gaudij ipor: et altissima paupcas eo
rū habundauit in diuicias simplicita
tis eor. Quia secm̄ virtutē testimoniu
um illis reddo: et sup̄ virtutē uoluntariā
facti sunt: cū multa exhortacōne obsecā
tes nos grām et cōmunicacionē ministe
rij q̄ fit in scōs. Et nō sicut spauimus:
sed semetipos dederūt p̄mū dño. deinde
nobis p uoluntatē dei: ita ut rogarem⁹
tytū. ut quēadmodū cepit ita et pfici
at in uobis eciā gr̄am istā. Sz sicut i
oīb̄z habūdatis fide et sermone et sci
encia et in oī sollicitudine. insup et
caritate uestra in nos: ut et in hac grā
habūderis. Non quasi imperans dico:
sed p aliox sollicitudinē eciā uestre cari
tatis ingenuū bonū cōprobans. Scitis
enī grām dñi nr̄i ihu xp̄i: q̄m ppt uos
egenus factus est cū diues esset: ut illi⁹ in
opia nos diuites essetis. Et consilium in
hoc do. Hoc enī uobis utile est: qui nō
solū facere sed et uelle cepistis ab anno pri
ore. Nunc uero et facto perficite: ut quēad
modū promptus est animⁱ uoluntas: ita
sit et perficiendi ex eo q̄d habetis. Si enī
uoluntas prompta est: secm̄ id q̄d habet
accepta est. nō secm̄ id q̄d non habet.
Non enī ut aliis sit remissio. uob̄ aut̄
tribulacio: sed ex equalitate in p̄sti tē
pore uestra habūdancia illox īopiā sup
pleat. ut et illox habūdancia uestre inopi
e sit supplementū: ut fiat equalitas si
cut scriptū est. Qui multū habuit nō
habūdauit: et qui modicū nō minora
uit. Gracias aut̄e deo qui dedit eande
sollicitudinē pro nobis in corde tyti: q̄
niam exhortacionē quidē suscepit: sed
cū sollicitior esset. sua uoluntate pfect⁹
est ad uos. Misim⁹ enī cū illo fratrem:
cui⁹ laus est in euangelio p omnes eccle
sias. Non solū aut̄: sed et ordinatus
ab ecclijs comes peregrinacōnis nostre
in hac gracia que ministratur a nob̄ ad
dñi gloriā. et destinatam uoluntatem
nr̄am: deuitantes hoc ne quis nos vi
tuper in hac plenitudine que ministra
tur a nobis in gloriam dei. Videm⁹ enī bo
na: nō solū coram deo. sed etiā coram homi
nibus. Misim⁹ aut̄e cū illis et frēm nos
trum: quē pbauim⁹ in multis sepe sol
icitū esse: nunc aut̄e multo sollicitiorē
confidencia multa in uos. siue p tytū
qui est socius meus et in uos adiutor.
siue frēs nr̄i apli ecclie⁹ glorie xp̄i. Os
tensionē ergo que est caritatis uestre
et nr̄e glorie pro uobis: in illos ostendi
te in facie ecclesiarum.

IX

Nam de ministerio q̄d fit in scōs:
ex habūdanti est mihi scribere uo
bis. Noui enī promptū animū ues
trū pro quo de uob̄ glorior apud macē
donas: q̄m et achaia parata est ab anno
p̄terito: et uestra emulacio prouocauit plu
rimos. Misimus aut̄e frēs. ut ne q̄d glo
riam̄ de uob̄ euacuet in hac pte: ut q̄

admodū dñi pati fins: ne cū uenerīt
mecū macedones et ūuenerint uos im
patos erubescam9 nos. ut nō dicamus
uos in hac substancia. ✠ Necessariū er
go existimaui rogare fratres: ut pre
ueniant ad uos. et ꝑparent repromis
sam būdāconem hanc paratam ee. sicq̄
si būdāconem. non quasi auariciam.
✠ Hoc autē dico. Qui pce seminat: pce
metet. Et qui seminat in būdāconibus:
de būdāconibz et metet. Unusquisq; p
ut destinauit in corde suo: nō ex tristi
a aut ex necessitate. Hylarē enī datorem
diligit deus. Potens est autē deus om
nē grām habūdare face in uobis: ut i
omnibus semp omnē sufficiencia habē
tes habūdetis in omne opus bonū. sicut
scriptū est. Dispsit dedit pauperibz: iusti
cia eius manet in seculū. Qui autē ami
nistrat semē seminanti. et panē ad mā
ducandū prestabit: et multiplicabit
semē vrm. et augebit incrementa fru
gū iustitie ure: ut in omnibz locuple
tati habūdetis in omnē simplicitatem.
que operatur p nos grīaz actionē deo.
Quia ministerii hui9 officium non solū sup
plet ea que deficiūt scis: sed etiā habun
dat p multas gracias actiones i dño:
p probacionē mīsterij hui9 glorificā
tes deū in obediencia confessionis ure in
euangeliū xpi. et simplicitate cōmu
nicacionis in illos et in omnes. et ipo
rū obsecracione pro uobis desiderantiū
uos. ꝓpter eminentē grām dei i uo
bis. Gracias deo: sup enarrabili dono
eius.

X

Ipse autē ego paulus obsecro uos p mā
suetudinē et modestiam xpi: qui in fa
cie quidē humilis sum inter uos: absens autē
confido in uobis. Rogo autē ne ꝑsens
audeam per eam confidencia qua existi
mor audere in quosdā: qui arbitrantur
nos tamq̄ secdm carnē ambulem9. In
carne enī ambulantes: nō secdm car
nē militamus. Nam arma militie mee
non carnalia: sed potencia deo ad des
tructionē munimentorū: consilia dest
uentes. et omnē altitudinē extollentē
se aduersus scientiā dei. et in captiuita
tem redigentes omnē intellectū in ob
sequiū xpi: et in promptu habentes ul
cisci omnē inobedientiā. cū impleta fue
rit ura obediencia. Que secdm faciem
sunt uidete. Si quis confidit sibi xpi se
e: hoc cogitet iterū apud se. qa sicut
ipe xpi est ita et nos. Nam et si amplius
aliquid gloriatus fuero de pte nra
qua dedit nobis dns in edificationem
et nō in destructionē uram: non erube
scā. Ut autē nō existimer tamq̄m
terrere uos p epistas quēquidē epistole inquiunt
graues sunt et fortes. ꝓsencia autem
corpis infirma. et sermo contemptibi
lis: hoc cogitet qui huiusmodi est: qd
quales sumus verbo p epistas absentes.
tales et ꝑsentes in factō. Non enī audemus
inserere aut comparare nos quibusdā qui
sepos cōmendant: sed ipi in nobis nos
metipos metientes. et comparantes nosmet
ipos nobis. Nos autē non in īmensis
gloriabimur: sed secdm mensuram regule
qua mensus est nobis deus. mensuram
pangendi usq; ad uos. Non enī quasi
non ptingentes ad uos superextendimus
nos. Usq; ad uos enī peruenimus in euan
gelio xpi. non in īmensis gloriantes in
alienis laboribz: spem autē habentes
crescentis fidei ure in uobis magnifica
ri secdm regulam nram in habūdantiā
eā in illa que ultra uos sunt euange
lizare. non in aliena regula in his que
ꝑparata sunt gloriari. Qui autē gloriat
ur in dño glorietur. Non enī qui seipm cō
mendat ille probatus est: sed quē deus
cōmendat.

XI

Utinā sustineretis modicū quid i
sipientie mee: sed et supportate
me. Emulor enī uos: dei emulacione.
Despondi enī uos uni uiro: virginē cas
tam exhibere xpo. Timeo autē ne sicut
serpens euā seduxit astucia sua: ita cor
rupta sint sensus uri. et excidant a simpli

citate que est in xpo. Nam si is q̄ ueīt
aliū xpm p̄dicat quē non p̄dicauimꝰ:
aut aliū spm accipitis quē non acce
pistis. aut aliud euangeliū qd̄ non re
cepistis: rcē patēnū. Existimo eīm ni
chil me minꝰ fecisse a magnis aplis.
Nam et si īperitus sermone: sed non
sciencia. In omībz autē maīfestatus
sum uobis. Aut nūquid pccm feci. me
ipm hūiliāns. ut uos exaltemī: qm̄
gratis euāgeliū dei euangelizaui uob:
Alias ecclias expoliaui: accipiens stipē
diū ad mīsteriū uīm. Et cū eēm apud
uos et egerem: nulli onerosus fui. Nā
qd̄ michi deerat: suppleuerūt frēs q̄ ue
nerūt a macedonia: et in omībz sine o
nere me uobis seruaui et seruabo. Est
ueritas xpi in me: qm̄ hec gloriacio nō
infringetur in me in regionibz achaie.
Quare? Quia non diligo uos? Deus
scit. Qd̄ autē facio et faciam. ut am
putē occasionē eoꝝ qui uolūt occasio
nem: ut in quo gloriantur īueniantur
sicut et nos. Nam eiusmōi pseudo a
pli opariī subdoli: transfigurātes se in
aplos xpi. Et nō mirū. Ipē eīm satha
nas trāsfigurat se in angelū lucis. Nō
est ergo magnū si mīstri eius trāsfigu
rentur uelut mīstri iusticie: quoꝝ finis
erit scdm opa ipoꝝ. Iterū dico: ne quis
me putet insipientē eē. Alioqn̄ uelut in
sipientē accipite me: ut et ego modicū
quid glorier. Qd̄ loquor non loquor
scdm deum: sed q̄i in insipiencia in hac
substancia glorie. Qm̄ multi glāntur
scdm carnē: et ego gloriabor. Libenter
eīm suffertis insipientes: cū sitis ipi sa
pientes. Sustinetis eīm si quis uos in
seruitutē redigit: si quis deuorat. si qs
accipit. si quis extollitur. si quis in faci
em uos cedit. Scdm ignobilitatē dico:
q̄i nos infirmi fuerimꝰ in hac pte. In
quo quis audet: in insipienciam dico.
audeo et ego. Hebrei sūt: et ego. Isrli
te sūt: et ego. Semen abrahe sūt: et e
go. Ministri xpi sūt: et ego. Vt minꝰ
sapiens dico: plus ego. In laboribz pli
mis. in carceribz habundancius. in pla
gis supra modū: in mortibz frequenter.
A iudeis quīquies quadragenas. vna
minꝰ accepi. Ter uirgis cesus sum. se
mel lapidatus sū: ter naufragiū feci.
Nocte et die in profundū maris fui.
In itineribz sepe. Piculis fluminū. pi
culis latronū. piculis ex genere. piculis ex
gentibz. piculis in ciuitate. piculis in so
litudine. piculis in mari. piculis ī fal
sis frībz. In labore et erūpna: in uigi
liis multis. In fame et siti. in ieiuniis
multis: in frigore et nuditate. Preter
illa que extrinsecus sūt: instancia me
a cotidiana. sollicitudo oīm ecclīarū.
Quis infirmatur. et ego nō infirmor:
Quis scandalizatur. et ego non vror:
Si gloriari optet: que infirmitatis
mee sūt gloriabor. Deus et pater dnī
nri ihu xpi scit qui est bndcus in scla:
quia non mencior. Damasci p̄positus
gentis arethe regis. custodiebat ciui
tatem damascenoꝝ: ut me cōprehende
ret. Et p fenestram in sporta dimissꝰ
sum p murū. et sic effugi manꝰ eius.

XII

Si gloriari optet:
non expedit quidē. Veniā aūt
ad uisiones et reuelacōnes do
mini. Scio hoīem in xpo. ante ānos
q̄tuordecī siue in corpe siue extra corpꝰ
nescio. deus scit: raptū huiusmōi usq̄
ad terciū celū. Et scio huiusmōi hoīem
siue in corpe siue extra corpus nescio.
deus scit: qm̄ raptus est in padisū. et
audiuit archana uerba que nō licet
homī loqui. Pro huiusmodi glabor: p
me autē nichil. nisi in īfirmitatibus
meis. Nam et si uoluero gloriari: nō
ero insipiens. Veritatē eīm dicā. Pco
autē: ne quis me existimet sup̄ id qd̄
uidet in me. aut audit aliqd̄ ex me. Et
ne magnitudo reuelacionū extollat
me: datus est mī stimulus carnis me
e. angelus sathane ut me colafizet.
Pter qd̄ ter dnm rogaui: ut discederet

a me: et dixit mi. Sufficit tibi gra me
a. Nam virtus in infirmitate pficit.
Libent gl'abor in infirmitatibz meis:
ut inhabitet in me uirtus xpi. Pp'ter qd
placeo michi in infirmitatibz: in con
tumeliis. in necessitatibz. et psecucio
nibz. in angustiis pro xpo. Cum enim
infirmor: tunc potens sum. Factus sum
insipiens: uos me coegistis. Ego enim
a uobis debui comendari. Nichil enim
minus fui ab hiis qui sunt sup modum
apli. Tamen et si nichil sum: signa tn
apl'atus mei facta sunt sup uos. in omni
paciencia. signis et pdigiis et virtu
tibz. Quid est enim qd minus habuis
tis p ceteris ecclis: nisi qd ego ipe non
grauaui uos? Donate michi hanc
iniuriam. XIII

Ecce tercio hoc patus sum ueni
re ad uos: et non ero grauis uo
bis. Non enim quero que ura sunt: sed
uos. Nec enim debent filii parentibus
thesaurizare: sed pntes filiis. Ego aut
libentissime ipendam et supipendar
ipe pro aiabz uris: licet plus uos diligens
minus diligar. Sed esto. Ego uos no gra
uaui: sed cum essem astutus dolo uos ce
pi. Numquid p aliquem eorum quos misi ad
uos circumueni uos? Rogaui tytum: et
misi cum illo fratrem. Numquid tytus uos
circumuenit? Nonne eodem spu ambula
uimus? Nonne hisdem uestigiis? Olim
putatis qd excusemus nos apud uos. Co
ram deo in xpo loquimur. Omnia autem
karissimi ppter uram edificacionem. Timeo enim
ne forte cum uenero no quales uolo inue
niam uos. et ego inueniar a uobis qlem
me no uultis: ne forte contenciones. e
mulaciones. animositates. dissenciones.
detractiones. susurraciones. inflacio
nes. sediciones sint inter uos: ne iterum
cum uenero humiliet me deus apud uos.
et lugeam multos ex hiis. qui ante pec
cauerunt. et no egerunt penitenciam sup
immundicia et fornicacione. et ipudicia
a quam gesserunt. Ecce tercio hoc uenio
ad uos. In ore duorum uel triu testium sta
bit omne uerbum. Predixi et pdico ut p
sens et nunc absens hiis qui ante pec
cauerunt. et ceteris omnibz: quam si uenero
iterum. no pcam. An experimentum queritis
eius qui in me loquitur xpus? Qui in
uobis non infirmatur: sed potens est
in uobis. Nam et si crucifixus est ex in
firmitate: sed viuit ex uirtute dei. Nam
et nos infirmi sumus in illo: sz viuimus
cum eo ex uirtute dei in uobis. Uosmet
ipos temptate. Si estis in fide: ipsi
uos pbate. An non cognoscitis uosip
sos quia xpus ihus in uobis est. nisi
forte reprobi estis? Spero autem qd cog
noscitis: quia nos non sumus reprobi.
Oramus autem deum ut nichil mali fa
ciatis: non ut nos probati pceamus:
sed ut uos qd bonum est faciatis. Nos
autem ut reprobi simus. Non enim pos
sumus aliquid aduersus ueritatem: sz
pro ueritate. Gaudemus enim qn nos in
firmi sumus: uos potentes autem estis.
Hoc et oramus. uram consummacionem.
Ideo hec absens scribo: ut no pns duri
us agam scdm ptatem quam dns dedit
michi. in edificacionem et no in destruc
tionem. De cetero fres gaudete. pfecti
estote: exhortamini. idem sapite. Pacem
habete: et deus pacis et dilcionis erit
uobiscum. Salutate inuicem in osculo
sco. Salutant uos omnes sci. Gracia
dni nri ihu xpi et caritas dei et comu
nicacio sci spus: sit cum oibz uobis amen.

Explicit epla ad chorinthios secunda.

Incipit argumentum in epl' ad galathas.

Galathe sunt greci. Hii uer
bum ueritatis primum ab aplo
acceperunt: sed post discessum
eius temptati sunt a falsis a
postolis ut in legem et circumcisionem
uerterentur. Hos aplus reuocat ad fidem
ueritatis: scribens eis ab epheso.

Explicit argumentum.

Incipit epis. tola ad Galathas.

Paulus aplus non ab hoīb⁹ neq; p̄ hoīne. sed per ihm xp̄m et deum patrē qui suscitauit eū a mortuis. et qui mecū sūt oēs frēs: ecclīs galathe. Gra uob⁹ et pax a deo patre et dño nr̄o ihu xp̄o: qui dedit semetipm pro pcīs nr̄is. ut eriperet nos de p̄nti seculo nequ. scdm uolūtatem dei et p̄is nr̄i. cui est gl̄a in secula scl̄or amen. Miror q̄ tam cito transferimi ab eo qui uos uocauit in gr̄am xp̄i. in aliud euangeliū: q̄ non est aliud nisi sūt aliq; qui uos conturbant. et uolūt conuertere euangeliū xp̄i. Sed licet nos aut angelus de celo euangelizet uobis p̄ter q̄m q̄ euāgelizauim uobis: anathema sit. Sicut p̄dixim: et nūc iterū dico. Si quis uobis euāgelizauit p̄ter id q̄d accepistis: anathema sit. Modo enī hoīb⁹ suadeo aut deo: Aut quero hoīb⁹ placē: Si adhuc hoīb⁹ placerem: xp̄i seruus non essem. Notū ei uobis facio frēs euangeliū q̄d euangelizatū est a me: quia non est scdm hoīem. Neq; enī ego ab hoīe accepi illud neq; didici: sed p reuelacionē ihu xp̄i. Audistis enī conuersacionē meam aliq̄n in iudaismo: q̄m sup̄ modū p̄sequebar ecclīam dei et expugnabā illā: et proficiebā in iudaismo supra multos coetaneos meos in gne meo: habundantius emulator existens. paternar meaq; traditionū. Cū autē placuit ei qui me segregauit de utero matris mee. et uocauit p gr̄am suā. ut reuelaret filiū suū in me. ut euangelizarem illū in gentib⁹: continuo nō acquieui carni et sanguini: neq; veni ihlm ad antecessores meos apl̄os: sed abij in arabiam. et iterū reuersus sū damasc̄o. Deinde post āños tres ueni ihlm uidere petrū: et mansi apud eum diebus quindecim. Alium autē apl̄orum uidi neminē: nisi iacobū fr̄em dñi. Quę autē scribo uobis: ecce coram deo quia non mentior. Deinde veni in p̄tes syrie et cilicie. Eram autē ignotus facie ecclīis iudee: que erant in xp̄o. Tantū autē auditū habebant. q̄m qui p̄sequebatur nos aliq̄n. nūc euangelizat fidem. quā aliq̄n expugnabat: et in me clarificabant deū.

Deinde post annos q̄tuordecim iterū ascendi ihlm hierosolimā cū barnaba assūpto et tyto. Ascendi autē scdm reuelacionē: et contuli cū illis euāgeliū q̄d predico in gētib⁹. Seorsū autē hīs qui uidebant aliquid ee: ne forte in uacuū currerem aut cucurrissem. Sed neq; tytus qui mecū erat. cū esset gentilis cōpulsus est circūcidi. sed p̄pter subintroductos falsos frēs qui subintrorierūt explorare libertatē nr̄am quā habemus in xp̄o ihu: ut nos in seruitutē redigerent. Quib⁹ neq; ad horam cessimus subiectioni: ut ueritas euangelij permaneat apud uos. Ab hīs autē qui uidebant esse aliquid quales aliquando fuerint: nichil mea refert. Deus p sonā hoīs nō accipit. Mihi enī q̄ uidebant ee aliq̄d: nichil contulerūt. Sed econtra cū uidissent q̄d creditū est mihi euāgeliū p̄putij: sicut petro circūcisionis. Qui enī operatus est petro in apl̄atū circūcisionis: operatus est et mihi inter gentes. Et cū cognouissent gr̄am que data est mihi. iacobus et cephas et iohannes qui uidebantur columpne ee. dextras dederūt mihi et barnabe societatis: ut nos in gentes. ipi autē in circūcisionē: tantū ut pauperū memores essemus. Q̄d eadē solicitus fui hoc ipm facere. Cum autē uenisset cephas antiochiam. in faciē ei restiti: quia reprehensibil⁹ erat. Prius

eum quam venirent quidam ab iacobo: cum
gentibus edebat. Cum autem venissent.
subtrahebat et segregabat se. timens
eos qui ex circumcisione erant: et simu
lacioni eius consenserunt ceteri iudei: ita
ut et barnabas duceretur ab eis in illam
simulacionem. Sed cum vidissem quod non
recte ambularent ad veritatem euange
lii: dixi cephe coram omnibus. Si tu cum
iudeus sis. gentiliter et non iudaice vi
vis: quomodo gentes cogis iudaizare:
Nos natura iudei: et non ex gentibus
peccatores. Scientes autem quod non iustifi
catur homo ex operibus legis nisi per fidem
ihesu xpi: et nos in xpo ihesu credimus.
ut iustificemur ex fide xpi. et non ex
operibus legis. Propter quod ex operibus legis non
iustificabitur omnis caro. Quod si querentes
iustificari in xpo. inventi sumus et
ipsi peccatores: numquid xpus peccati minis
ter est: Absit. Si enim que destruxi hec
iterum reedifico: preuaricatorem me con
stituo. Ego enim per legem legi mortuus
sum: ut deo viuam. Xpo confixus sum
cruci. Viuo autem iam non ego: viuit
vero in me xpus. Quod autem nunc viuo
in carne. in fide viuo filii dei: qui dilex
it me et tradidit semetipsum pro me. Non
abicio gratiam dei. Si enim per legem iusti
cia: ergo xpus gratis mortuus est.

O insensati gala
the. quis vos fascinauit non
credere veritati: ante quorum
oculos ihesus xpus prescriptus est in
vobis crucifixus: Hoc solum a vobis
volo discere. Ex operibus legis spiritum acce
pistis: an ex auditu fidei: Sic stulti
estis: ut cum spiritu ceperitis. nunc carne
consummamini. Tanta passi estis sine
causa: si tamen sine causa. Qui er
go tribuit vobis spiritum et operatur vir
tutes in vobis: ex operibus legis an ex
auditu fidei: Sicut abraham credi
dit deo: et reputatum est illi ad iusticiam.
Cognoscite ergo. quia qui ex fide sunt:
hii sunt filii abrahe. Prouidens autem
scriptura quia ex fide iustificat gentes de
us: prenunciauit abrahe. quia benedicen
tur in te omnes gentes. Igitur qui ex fide
sunt: benedicentur cum fideli abraham. Quo
cumque enim ex operibus legis sunt: sub maledic
to sunt. Scriptum est enim. Maledictus omnis
qui non permanserit in omnibus que scrip
ta sunt in libro legis: ut faciat ea. Quo
niam autem in lege nemo iustificatur
apud deum: manifestum est quia iustus ex
fide viuit. Lex autem non est ex fide: sed
qui fecerit ea viuet in illis. Xpus nos
redemit de maledicto legis. factus pro
nobis maledictum: quia scriptum est. ma
ledictus omnis qui pendet in ligno: ut
in gentibus benedictio abrahe fieret in xpo
ihesu: ut pollicitacionem spiritus accipiamus
per fidem. Fratres secundum hominem dico: tamen
hominis confirmatum testamentum nemo
spernit. aut superordinat. Abrahe dicte
sunt promissiones: et semini eius. Non
dicit et seminibus quasi in multis: sed qua
si in vno et semini tuo qui est xpus. Hoc
autem dico testamentum confirmatum a
deo: que post quadringentos et trigin
ta annos facta est lex. non irritam facit
ad euacuandam promissionem. Nam si ex
lege hereditas: iam non ex promissione. A
brahe autem per repromissionem donauit
deus. Quid igitur: Lex propter transgres
siones posita est. donec veniret semen
cui promiserat: ordinata per angelos in
manu mediatoris. Mediator autem
vnius non est: deus autem vnus est. Lex
ergo aduersus promissa dei: Absit. Si
enim data esset lex que posset viuificare:
vere ex lege esset iusticia. Sed conclusit
scriptura omnia sub peccato: ut promissio
ex fide ihesu xpi daretur credentibus. Pri
us autem quam veniret fides. sub lege
custodiebamur: conclusi in eam fi
dem que reuelanda erat. Itaque lex pe
dagogus noster fuit in xpo: ut ex fide
iustificemur. At ubi venit fides: iam non
sumus sub pedagogo. Omnes enim filii
dei estis per fidem in xpo ihesu. Quicum

q̄ enī in xp̄o baptizati estis: xp̄m in
duistis. Non est iudeus neq; grecus:
nō est seruus neq; liber: non est mas
culus neq; femīa. Omnes enī uos v
nū estis in xp̄o ihu. Si autē uos xp̄i:
ergo abrahe semen estis. scd̄m ꝓmissi
onem heredes. IIII
Dico autē. Quāto tempe heres
ꝑuulus est. nichil differt a ser
uo cum sit dn̄s oīm: sed sub tutoribus
et actoribꝫ est usq; ad p̄finitū tempus
a patre. Ita et nos cū ēēmus ꝑuuli:
sub elementis mūdi eram⁹ seruientes.
At ubi uenit plenitudo temꝑis. misit
deus filiū suū fc̄m ex muliere. fc̄m sb̄
lege: ut eos qui sub lege erant redi
meret: ut adopcionē filioꝝ recipem⁹.
Quī autē estis filij: misit deus sp̄m
filij sui in corda nr̄a clamantē abba
pater. Itaq; iam non est seruus: sed
filius. Qd̄ si filius: et heres ꝑ deum.
Sed tūc quidē ignorantes deum: hijs
qui natura non sūt dij seruiebatis. Nūc
autē cū cognoueritis deū. ymo cogni
ti sitis a deo: quomō cōuertimī iterū
ad infirma et egena elementa. quibꝫ
denuo seruire uultis: Dies obseruatis
et menses. et tempa et annos. Timeo
uos: ne forte sine causa laborauerim
in uobis. Estote sicut ego: quia et ego
sicut uos. Fr̄es. obsecro uos: nichil me
lesistis. Scitis autē quia ꝑ infirmita
tem carnis euangelizaui uobis iam
pridē: et temptacionē ur̄am in carne
mea nō spreuistis neq; respuistis: sed
sicut angelū dei excepistis me. sicut
xp̄m ihm. Ubi est ergo bt̄itudo ur̄a: Tes
timoniū enī ꝑhibeo uob̄: quia si fieri
posset. oclos ur̄os eruissetis et dedisse
tis michi. Ergo īimicus uobis factus
sum. Verū dicens uobis: Emulantur
uos non bene: sꝫ excludē uos uolunt.
ut illos emulemī. Bonū autē emula
mī in bono semꝑ: et non tantū cū pre
sens sū apud uos. Filioli mei quos ite
rū ꝑturio: donec formetur xp̄us in uo
bis. Vellem autē esse apud uos modo
et mutare uocem meam: qm̄ cōfun
dor in uobis. Dicite michi qui sub le
ge uultis ēē. Legem non legistis: Scp̄
tum est enī. qm̄ abraham duos filios
habuit: unū de ancilla et unū de libe
ra. Sed qui de ancilla: scd̄m carnē na
tus est. Qui autē de libera: ꝑ rep̄mis
sionē. Que sūt ꝑ allegoriam dicta. Hꝫ
enī sunt duo testamenta. Unū quidē
in monte syna in seruitutē generās:
que est agar. Syna enī mons ē in
arabia. qui cōiūctus est ei que nūc ē
ihrlm: et seruit cū filijs suis. Illa aūt
que sursū est ihrlm libera est: que ē
mater nr̄a. Scriptū est enī. Letare ste
rilis que nō paris: erūpe et clama q̄
nō ꝑturis: quia multi filij deserte. ma
gis q̄ eius que habet uirū. Nos autē
fratres. scd̄m ysaac ꝓmissionis filij su
mus. Sed quomō tunc qui scd̄m car
nem natus fuerat ꝑsequebat̄ eū qui
scd̄m sp̄m: ita et nunc. Sed quid dicit
scriptura: Eice ancillam et filiū eius.
Non enī heres erit filius ancille: cū
filio libē. Itaq; fr̄es: non sum⁹ ancil
le filij. sed libere. Qua libertate: xp̄s
nos liberauit V
State et nolite iterū iugo ser
uitutis contineri. Ecce ego pau
lus dico uobis: qm̄ si circūcidamī xp̄s
uobis nichil proderit. Testificor autē
rursū omī honū circūcidenti se: qm̄
debitor est uniuerse legis faciēde. Eua
cuati estis a xp̄o. Qui in lege iustifi
camī: a gr̄a excidistis. Nos enī sp̄ū
ex fide spem iusticie expectam⁹. Nam
in xp̄o ihu neq; circūcisio aliquid ua
let neq; ꝓpuciū: sed fides que ꝑ carita
tem opatur. Currebatis bene. Quis
uos fascinauit ueritati nō obedire:
Nemī consenseritis. Psuasio nō est
ex eo qui uocauit uos. Modicū fermen
tū totam massā corrūpit. Ego confi
do in uobis in dn̄o: qd̄ nichil aliud sa
pietis. Qui autē conturbat uos: por

trabit iudiciū quicūq; est ille. Ego aut̄ fratres si circūcisionē adhuc predico: quid adhuc persecutionē patior? Ergo euacuatū est scandalū crucis. Vtinā & abscidantur: qui uos conturbāt. Vos enī in libertatem uocati estis fratres: tantū ne libertatē in occasionē detis carnis: sz p caritatē seruite inuicē. Omis enī lex in uno sermone īpletur. Diliges proximū tuū sicut teipm. Qd si inuicem mordetis et comeditis: uidete ne ab inuicem consumamini. Dico aut̄. Spū ambulate: et desideria carnis nō perficietis. Caro enī concupiscit aduersus spm: spūs aut̄ aduersus carnē. Hec enī sibi inuicem aduersant̄: ut nō quecūq; uultis illa faciatis. Qd si spū ducimini: nō estis sub lege. Manifesta aut̄ sunt opa carnis: que sūt fornicatio. immūdicia. luxuria. ydolor seruitus. uenefica. inimicie. contentiones. emulationes. ire. rixe. dissensiones. secte. inuidie. homicidia. ebrietates. comessationes. et his similia: que predico uobis sicut predixi: quōm qui talia agūt regnū dei nō consequent̄. Fructus aut̄ spūs est: caritas. gaudiū. pax. patientia. longanimitas. bonitas. benignitas. mansuetudo. fides. modestia. continentia. castitas. Aduersus huiūmodi non est lex. Qui aut̄ sūt xpi: carnē suā crucifixerūt cū uitiis et concupiscentiis. Si uiuim⁹ spū: spū et ambulem⁹. Non efficiamur inanis glorie cupidi: inuicem prouocantes. inuicē inuidentes.

Fratres et si preoccupatus fuit homo in aliquo delicto: uos qui spirituales estis. huiūmodi instruite in spū lenitatis. Considerans teipm: ne et tu tēpteris. Alter alterius onera portate: et sic adimplebitis legem xpi. Nam si quis existimat se aliquid esse cū nichil sit: ipe se seducit. Opus aut̄ suū probet unusquisq;: et sic in semetipo tantū gloriā habebit. et nō in alio. Unusquisq; enī onus suū portabit. Cōmunicet aut̄ is qui catechizatur uerbo: ei qui se catechizat in omibus bonis. Nolite errare: deus nō irridet̄. Que enī seminauerit homo: hec et metet. Qui qui seminat in carne sua: de carne et metet corruptionē. Qui aut̄ seminat in spū: de spū metet uitā eternā. Bonū aut̄ facientes: nō deficiamus. Tempore enī suo metem⁹ non deficientes. Ergo dum tempus habem⁹ operemur bonū ad omes: maxime aut̄ ad domesticos fidei. Videte qualibz his scripsi uobis mea manu. Quicūq; enī uolunt placere in carne: hi cogūt uos circūcidi tantū ut crucem xpi persecutionē non patiant̄. Neq; enī qui circūcidunt legē custodiūt: sed uolūt uos circūcidi. ut in carne uestra glorientur. Mihi aut̄ absit gloriari. nisi in cruce dni nri ihu xpi: p quē mihi mundus crucifixus est et ego mundo. In xpo enī ihu. neq; circūcisio aliquid ualet neq; ppucium: sed noua creatura. Et quicūq; hanc regulam secuti fuerint: pax sup illos et misericordia. et sup isl dei. De cetero nemo mihi molestus sit. Ego enī stigmata dni ihu in corpe meo porto. Gracia dni nri ihu xpi cū spū uro fres amen.

Explicat epla ad galathas. Incipit argumentū in epla ad ephesios.

Ephesij sūt asiani. Hi accepto uerbo ueritatis plenissime in fide. Hos collaudat apls scribens eis a roma de carcere p tychicum diaconem.

Explicat argumentū. Incipit epla ad ephesios.

Paulus apls xpi ihu per uoluntatem dei: sanctis omibz qui sūt ephesi. et fidelibus in xpo ihu. Gracia uobis et pax a deo pre nro et dno ihu xpo. Benedictus deus et pater dni nri ihu xpi: qui benedixit nos in omi bene

dcione spiritali in celestibz in xpo: sicut
elegit nos in ipo ante mundi constitu
cionē. ut eēm⁹ sci et imaculati in con
spcu eius in caritate. Qui pdestinauit
nos in adopcionē filior p ihm xpm in
ipm scdm ppositū uoluntatis sue i lau
dem glorie gracie sue. in qua gratifica
uit nos in dilcō filio suo: in quo habe
mus redempcionē p sanguinē eius remis
sionē pccor. scdm diuicias gracie eius
que suphabūdauit in nobis in omi sa
piencia et prudencia: ut notū faceret nob
sacramentū uolūtatis sue. scdm bene
placitū eius qd ppositū in eo in dispen
sacione plenitudinis tēpor. instaurare
omia in xpo que in celis et que in tra
sūt in ipo. In quo eciā sorte uocati sum⁹
pdestinati scdm ppositū eius. qui omia
opatur scdm conciliū uolūtatis sue: ut
sim⁹ in laudem glorie eius qui ante spa
uim⁹ in xpo. In quo et uos cum audis
setis uerbū ueritatis euangeliū salutis
uē: in quo et credentes signati estis spū
pmissionis scō. qui est pignus hedita
tis uē in redempcionē acquisicōnis in
laudē glorie ipius. Pterea et ego audiēs
fidem uēam que est in xpo ihu. et dilcio
nem in omes scōs. non cesso grās agēs
pro uobis memoriā uri faciens in oroi
bus meis: ut deus dni nri ihu xpi. pr
glorie det uobis spm sapiēcie et reuela
cionis in agnicione eius. illuīatos o
culos cordis uri: ut sciatis que sit spes
uocacionis eius. que diuicie glorie he
ditatis eius in scis. et que sit supemi
nens magnitudo uirtutis eius in nos
qui credim⁹ scdm opacionē potencie
uirtutis eius. quā opatus est in xpo
suscitans illum a mortuis. et constitu
ens ad dexterā suā in celestibz. sup om
nem principatū et ptātem et uirtutē
et dnacionē. et omē nomē qd nomīa
tur nō solū in hoc seculo sed eciā in fu
turo. Et omia subiecit sub pedibz eius:
et ipm dedit caput sup omnē ecclīam
que est corpus ipius plenitudo ei⁹: qui
omia in omibz adimpletur. II

Et uos cū essetis mortui delic
tis et peccatis uris. in quibz
aliqn ambulastis scdm secu
lū mundi hui⁹ scdm principē ptātis ae
ris hui⁹ spiritus. qui nūc opatur in
filios diffidencie: in quibz et nos om
nes aliqn cōuersati sum⁹ in desideriis
carnis nre. facientes uolūtatē carnis
et cogitacionū: et eram⁹ natura filii i
re sicut et ceteri. Deus autē qui diues
est in mia. ppter nimiā caritatē suā q
dilexit nos cū eēmus mortui peccatis.
cōuiuificauit nos xpo. cui⁹ grā estis sal
uati: et conresuscitauit et consedē fecit
in celestibz in xpo ihu: ut ostenderet in
seculis supuenientibz habūdantes diui
cias gracie sue in bonitate sup nos in
xpo ihu. Gracia eni saluati estis p fidē:
et hoc non ex uobis. Dei eni donū est:
non ex opibz ut ne quis glorietur. Ip
sius eni sum⁹ factura creati in xpo ihe
su in opibz bonis: que ppauit deus ut
in illis ambulem⁹. Pter qd memores
estote qd aliqn uos gentes eratis i car
ne. qui dicimī ppuciū. ab ea que dicit
circūcisio in carne manufcta: quia era
tis illo tempe sine xpo. alienati a cōu
sacione isrl. et hospites testamentor.
pmissionis spem non habentes. et si
ne deo in hoc mundo. Nūc autē in xpo
ihu uos qui aliquādo eratis longe:
facti estis ppe in sanguīe xpi. Ipe eni
est pax nostra qui fecit utraqz unū:
et mediū pietem macerie soluēs inimi
cicias in carne sua. legem mandato
rū decretis euacuans. ut duos condat
in semetipo in unū nouū hoīem. faci
ens pacem. ut reconciliet ambos in
uno corpe deo. p crucē interficiens inimi
cicias in semetipo. Et ueniens euan
gelizauit pacē uobis qui longe fuis
tis. et pacem hijs qui prope: qm per
ipm habem⁹ accessū ambo in uno
spū ad patrē. Ergo iam non estis hos
pites et aduene: sed estis ciues scōrū

et domestici dei. supedificati sup fun
damentū aplor et pphar. ipo summo a
gulari lapide xpo ihu. In quo omis e
dificacio constructa crescit in templū
scm in dno. In quo et uos coedificamī
in hitaculū dei in spū scō. III

Huius rei gracia ego paulus
vinctus xpi ihu. pro uob gen
tibus. si tamen audistis dispē
sacionē grē dei. que data est mi in uo
bis: qm scdm reuelacionē notū mi
fcm est sacramentū sicut supra scripsi
in breui. pro ut potestis legentes intel
ligere prudenciā meā in misterio xpi:
qd aliis generacōnibz non est agni
tū filiis hoim. sicuti nūc reuelatū est
sanctis aplis eius et pphetis in spiritu.
esse gentes cohedes et concorpales et cō
pticipes pmissionis in xpo ihu. p euā
geliū cui fcus sum mister scdm donū
grē dei que data est mi. scdm opacionē
virtutis eius. Michi oim scor mimo
data est grā hec in gentibz euangeliza
re inuestigabiles diuicias xpi. et illumina
re omes. que sit dispensacio sacramē
ti absconditi a seculis in deo. qui omi
a creauit: ut innotescat principibz et po
testatibz in celestibz p ecclam multifor
mis sapiencie dei. scdm pfinicionē sclo
rū. quā fecit deus in xpo ihu dno nro:
in quo habem fiduciā et accessū in cō
fidencia p fidem eius. Pter qd peto ne
deficiatis in tribulacōnibz meis p uob:
que est gloria nra. Huius rei gracia
flecto genua mea ad patrē dni nri ihu
xpi. ex quo omis paternitas in celis et i
terra nominat: ut det uobis scdm diui
cias glorie sue uirtutē corroborari per
spm eius in interiori hoie. habitare
xpm p fidē in cordibz uris. In caritate
radicati et fundati: ut possitis compre
hendere cū omibz scis que sit latitudo et
longitudo et sublimitas et pfundum.
Scire eciā supeminētem sciencie cari
tatem xpi: ut impleamī in omnem
plenitudinē dei. Ei autē qui potēs est
omia facere suphabundant qm peti
mus aut intelligim scdm virtutē que
opatur in nobis: ipi gloria in ecclia et
in xpo ihu in omes generaciones secu
li seculorum amen. IIII

Obsecro itaq uos ego vinctus
in dno: ut digne ambuletis
uocacione qua uocati estis. cū
omi humilitate. et mansuetudine: cū
paciencia supportantes inuicē in carita
te. Solliciti seruare vnitatē spus: in
vinculo pacis. Vnū corpus et vnus
spus: sicut uocati estis in vna spe uoca
cionis ure. Vnus dns. vna fides: vnū
baptisma. Vnus deus et pater oim:
qui sup omes. et p omia. et in omibz
nobis. Vnicuiq autē nrm data ē gra
cia: scdm mensurā donacionis xpi.
Pter qd dicit. Ascendens in altū. capti
uam duxit captiuitatē: dedit dona ho
minibz. Qd autē ascendit. quid est nisi
quia et descendit primū in inferiores p
tes terre: Qui descendit. ipe est et qui as
cendit sup omes celos: ut adimpleret
omia. Et ipe dedit quosdam quidē a
postolos. quosdā autē pphetas. alios ue
ro euangelistas. alios autē pastores
et doctores ad cōsūmacionē sanctorū.
in opus misterij in edificacionē cor
poris xpi: donec occurram omes in
vnitatē fidei et agnicionis filij dei in
virū pfcm in mensurā etatis plenitu
dinis xpi: ut iam nō simus puuli fluc
tuantes. et circūferamur omni uento
doctrine. in nequicia hoim. in astuci
a. ad circūuencionē erroris. Veritatē
autē facientes in caritate: crescam
in illo p omia qui est caput xpus. Ex
quo totū corpus cōpactū et cōnexum
p omnē iuncturā subministracōnis. secū
dū opacionē in mensurā vnicuiusq mē
bri: augmentū corpis facit in edifica
cionē sui in caritate. Hoc igit dico et
testificor in dno: ut iam non ambu
letis sicut gentes ambulant in vani
tate sensus sui. tenebris obscuratū

habentes uicellam: alienati a uita de
i pigoraciam que est in illis, ppter ce
catatem cordis ipoy. Qui desperantes:
semetipos tradiderut impudicie in ope
acoem immundicie omis in auaricia. Vos
aute no ita didicistis xpm: si tamen il
lum audistis et in ipo edocti estis. sicut
ueritas est in ihu. Deponite uos secm
pristinam conuersacoem ueterem hoiem: q
corrumpitur secm desideria erroris. Re
nouamini aute spu mentis ure: et indu
ite nouum hominem qui secm deum creatus e
in iustitia et sctate ueritatis. ppter qd
deponentes mendacium. loquimini ueritate
unusquisq cum proximo suo: quia sumus
inuicem membra. Iracamini: et nolite pec
care. Sol no occidat sup iracundia uestra.
Nolite locum dare dyabolo. Qui
furabatur: iam non furet. Magis aut
laboret operando manibz suis qd bonum
est: ut habeat unde tribuat necessitati
tem patienti. Omis sermo malus ex
ore uro non procedat: sed si quis bonus
est ad edificacoem fidei. ut det gram
audientibz. Et nolite contristare spm
scm dei: in quo signati estis in die redem
cionis. Omis amaritudo et ira et indig
nacio et clamor et blasphemia tollatur
a uobis cum omni malicia. Estote aute
inuicem benigni misericordes: donan
tes inuicem. sicut et deus in xpo dona
uit uobis.

Estote ergo imitatores dei sicut
et filii karissimi: et ambulate in di
lacoe. sicut et xps dilexit nos: et tra
didit semetipm pro nob oblacoem et
hostiam deo in odorem suauitatis. Fornica
cio aute et omis immundicia. aut auari
cia. nec nominetur in uobis sicut decet
sanctos: aut turpitudo. aut stultiloqui
um. aut scurrilitas que ad rem non pti
net: sed magis gratiarum actio. Hoc enim
scitote intelligentes: qd omis fornica
tor aut immundus. aut auarus qd est ydolo
seruitus. non habet hereditatem in regno
xpi et dei. Nemo uos seducat inanibus
uerbis. Propter hec enim uenit ira dei in
filios dissidencie. Nolite ergo effici p
cipes eorum. Eratis enim aliquando tene
bre: nunc autem lux in dno. Vt filii lucis
ambulate. Fructus enim lucis est in om
bonitate et iustitia et ueritate: probantes
quid sit beneplacitum deo. Et nolite
communicare operibz infructuosis tene
brarum: magis autem redarguite. Que
enim in occulto fiunt ab ipis: turpe est
et dicere. Omnia autem que arguuntur:
a lumine manifestantur. Omne enim qd
manifestatur: lumen est. Propter qd di
cit. Surge qui dormis. et exurge a mor
tuis: et illuminabit tibi xps. Videte ita
que fratres. quomodo caute ambuletis: non
quasi insipientes sed ut sapientes: re
dimentes tempus. quoniam dies mali sunt.
Propterea nolite fieri imprudentes: sed intel
ligentes que sit uoluntas dei. Et nolite
inebriari uino in quo est luxuria: sed
implemini spu. loquentes uobismetipis
in psalmis. et ymnis et canticis spualibz:
cantantes et psallentes in cordi
bus uris dno. Gracias agentes semp
pro omnibz in nomine dni nri ihu xpi. deo
et patri. Subiecti inuicem in timore xpi.
Mulieres uiris suis subdite sint sicut
dno: quoniam uir caput est mulieris sicut
xps caput est ecclie: ipe saluator cor
poris eius. Sed sicut ecclia subiecta est
xpo: ita et mulieres uiris suis in om
nibz. Uiri diligite uxores uras sicut
et xps dilexit eccliam. et seipm tra
didit pro ea ut illam sanctificaret mun
dans lauacro aque in uerbo uite: ut
exhibeat ipe sibi gloriosam eccliam no
habentem maculam neq rugam. aut
aliqd eiusmodi: sed ut sit sancta et im
maculata. Ita et uiri debent diligere
uxores suas ut corpora sua. Qui suam
uxorem diligit: seipm diligit. Nemo
enim unquam carnem suam odio habuit: sed
nutrit et fouet eam sicut et xps ec
clesiam: quia membra sumus corporis
eius. de carne eius et de ossibz eius.

Pter hoc relinquet homo patrē ⁊ ma
trem suā. et adherebit uxori sue: et erūt
duo in carne una. Sacramentū hoc
magnū est. Ego autē dico. in xp̄o et
in ecclia. Verūptū et uos singuli unus
quisq; suā uxorē. sicut seipm̄ diligat.
Uxor autē timeat uirū suū. VI

Filij obedite p̄ntibz ur̄is ī dn̄o.
Hoc eiū iustū est. Honora
p̄rem tuū et matrē. qd̄ est pri
mū mandatū in p̄missione: ut bene
sit tibi et sis longeuus sup̄ t̄ram. Et
patres nolite ad iracūdiam p̄uocare fili
os ur̄os: sed educate illos in disciplina
et in correpcione dn̄i. Serui obedite do
minis carnalibz cū timore et tremore
in simplicitate cordis ur̄i. sicut xp̄o: nō
ad oculū seruientes q̄i hoībus placen
tes: sed ut serui xp̄i facientes uolūta
tem dei ex aīmo. cū bona uoluntate.
seruientes sicut dn̄o et nō hom̄ibus.
Scientes qm̄ unusquisq; qd̄cūq; fecerit
bonū. hoc p̄cipiet a dn̄o: siue seruus
siue liber. Et uos dn̄i eadē facite illis.
remittentes minas: scientes q̄a et illo
rū et ur̄ dn̄s est in celis: et p̄sonarū ac
cepcio nō est apud deū. De cetero fr̄es
confortamī in dn̄o: et in potencia vir
tutis eius. Induite uos armaturam
dei: ut possitis stare adūsus insidias
dyaboli. Quia nō est nobis collucta
cio adūsus carnē et sanguinē: sed ad
uersus principes et p̄tātes. aduersus
mūdi rc̄ores tenebrar̄ harū. cont̄ spiri
talia neq̄cie in celestibz. Pt̄ea accipite
armaturā dei: ut possitis resistē in die
malo et in om̄ibz p̄fc̄i stare. State er
go succincti lūbos ur̄os in ueritate: et
induti loricā iusticie. et calciati pedes
in p̄paracionē euangelij pacis. In oībus
sumentes scutū fidei: in quo possitis oī
a tela nequissimi ignea extinguē. Et
galeam salutis assumite: et gladiū
sp̄us qd̄ est uerbū dei. Pomnē orōnē
et obsecracionē. orantes omī tempe ī
sp̄u. et in ip̄o vigilantes in omī instā
cia et obsecracione pro om̄ibz sc̄is et p̄
me: ut detur m̄ sermo in ap̄cione oris
mei. cū fiducia notū facē misteriū eu
angelij. pro quo legacione fungor in
cathena. ita ut in ip̄o audeam p̄ut op̄
tet me loqui. Ut autē et uos sciatis q̄
circa me sunt. qd̄ agam. om̄ia uota
uobis faciet tyticus karissim⁹ fr̄ et fide
lis mīster in dn̄o: quē misi ad uos in
hocip̄m. ut cognoscatis que circa nos
sunt. et consolent̄ corda ur̄a. Pax fr̄i
bus et caritas cū fide a deo patre et dn̄o
ihu xp̄o. Gracia cū om̄ibz qui diligūt
dn̄m ur̄m ihm̄ xp̄m in incorrupcione
amen. Explicit epl̄a ad ephesios. In
cipit argumentū ī epl̄a ad philippen.

Philippenses sunt macedones
Hij accepto uerbo ueritatis
p̄stiterūt in fide: nec recepe
runt falsos apl̄os. Hos col
laudat apl̄us: scribens eis a roma de
carcere p̄ epafroditū. Explicit argu.
Incipit epl̄a ad philippenses.

Paulus et thymo
theus serui ihu
xp̄i: om̄ibz sc̄is
in xp̄o ihu qui
sūt philippis cū
ep̄is et dyaconi
bus. Gracia uo
bis et pax a deo
p̄rē nr̄o et dn̄o
ihu xp̄o. Gr̄as ago deo meo in oī mēo
ria ur̄i semp̄ in cūctis orōibz meis pro
om̄ibz uobis. cū gaudio dep̄cacionē faci
ens sup̄ cōmunicacionē ur̄am in euan
gelio xp̄i a p̄ma die usq; nūc: confidēs
hocip̄m. quia qui cepit in uob̄ opus bo
nū p̄ficiet usq; in diem xp̄i ihu. Sicut
est michi iustū hoc sentire pro om̄ibz
uobis: eo qd̄ habeam uos in corde et in
vinculis meis et in defensione et confir
macione euangelij. socios gaudij mei
om̄s uos ēē. Testis eiū m̄ est deus: quo
mō cupiā uos om̄es in visceribz ihu xp̄i.
Et hoc oro. ut caritas ur̄a magis ac

magis habūdet in sacīa. et in oīb; sen
su: ut pbens pcora ut sias sinceres &
sine offensa in diem xpi. repleti fructu
iustitie p ihm xpm in gloriā et laudē
dei. Idcirc autē uos uolo scīes. que circa
me sūt. magis ad pfectū uenerūt euā
gelij: ita ut uincula mea manifesta
fierent in xpo. in oī pretorio. et in cete
ris oīb;: ut plures e fīb; in dño cō
fidentes in uinculis meis. habūdantio
us auderent sine timore uerbū dei lo
qui. Quidā quidē et ppter īuidiā et cō
tentionē. quidā autē et pp bonā uolū
tatem xpm pdicant: quidā ex caritā
te. scientes quīm in defensione euāgelij
positus sum. Quidam autē ex contē
tione xpm annūciant. non sincē: ex
istimantes se suscitare pressurā vinculis
meis. Quid enī: dūmodo. siue p
occasionē siue p ueritatē xpus annū
cietur: et in hoc gaudeo: sed et gaude
bo. Scio enī qa hoc mi proueniet in sa
lutem p uestrā oratione et subministra
tionē spūs ihu xpi: secdm expectatio
nem et spem meā. quia in nullo cōfū
dar: sed in oī fiducia sicut semper
et nūc magnificabitur xpus in corpe
meo. siue p uitam siue p mortē. Mihi
enī uiuere xpus est: et mori lucrū.
Si autē uiuere in carne hoc mihi fructus o
peris est: et quid eligam ignoro. Coar
tor autē e duob;: desiderium habens. dis
solui et cū xpo esse. multo magis me
lius: permanere autē in carne necessari
um est. propter uos. Et hoc confidēs scio
quia manebo et permanebo oīb; uo
bis ad profectū uestrū et gaudiū fidei: ut
gratulatio uestra habūdet in xpo ihu
in me. p meū aduentū iterū ad uos.
Tantū digne euangelio xpi conuersa
mini: ut siue cū uenero et uidero uos. si
ue absens audiam de uob. qa statis
in uno spū unanimes. collaborantes
fidei euangelij: et in nullo terreamini ab
aduersariis. que est illis causa pditio
nis. uobis autē salutis. Et hoc a deo:
quia uobis donatū est pro xpo non so
lū ut in eū credatis: sed ut etiā pro illo
patiamini. idem certamē habentes qua
le et uidistis in me. et nūc auditis de me.

Si qua ergo consolatio in xpo. si qd solacij cari
tatis. si qua societas spūs. si
qua uiscera miserationis: implete
gaudiū meū ut idem sapiatis. eandē
caritatē habentes. unanimes idipm
sentientes. Nichil p contentionē neq; p
uanā gloriā: sed in humilitate superiores
sibi inuicem arbitrantes. Non que sua
sunt singuli considerantes: sed ea que
alior. Hoc enī sentite in uob: qd et in
xpo ihu. Qui cū in forma dei esset. non
rapinā arbitratus est esse se equalē deo:
sed semetipm exinaniuit formā serui
accipiens. in similitudinē hominū factus
et habitu inuentus ut homo. Humiliauit
semetipm factus obediens usq; ad
mortē: mortē autē crucis. Propter qd et
deus illū exaltauit. et donauit illi no
men qd est sup omē nomē: ut in nomi
ne ihu omne genu flectatur. celestium terrestrium
et infernor. Et omnis lingua confiteatur
quia dns ihus xpus in gria est dei
patris. Itaq; karissimi mei sicut semp obe
distis non ut in presentia mea tm: sed mul
to magis nūc in absentia mea. cum me
tu et timore uestram salutē operamini. De
us est enī qui operatur in nobis et uelle
et perficere: pro bona uoluntate. Omnia
autē facite sine murmurationibus et he
sitationibus: ut sitis sine querela et sim
plices filij dei. et sine reprehensione. in
medio nationis praue et peruerse. inter
quos lucetis sicut luminaria in mundo.
uerbū uite continentes ad gloriā me
am in die xpi: quia non in uacuū cucur
ri neq; in uacuū laboraui. Sed et si im
molor sup sacrificiū et obsequiū fidei
uestre: gaudeo et congratulor oīb; uo
bis: idipm autē et uos gaudete: et con
gratulamini mihi. Spero autē in dño
ihu thymotheū cito me mittere ad uos:

ut et ego bono animo sim. cognitis que
circa uos sunt. Neminem enim habeo tam
unanimem: qui sincera affectione pro uobis
sollicitus sit. Omnes enim sua querunt:
non que sunt xpi ihesu. Experimentum autem
eius cognoscite: quoniam sicut patri filius
mecum seruiuit in euangelio. Hunc igitur
spero me mittere ad uos: mox ut uidero
que circa me sunt. Confido autem in domino:
quoniam et ipse ueniam ad uos cito. Necessa
rium autem existimaui epafroditum fratrem
et cooperatorem et commilitonem meum. uestrum
autem apostolum. et ministrum necessitatis mee
mittere ad uos: quoniamquidem omnes uos de
siderabat et mestus erat. propterea quod au
dieratis illum infirmatum. Nam et infir
matus est usque ad mortem: sed deus mis
tus est eius. Non solum autem eius: uerum
etiam et mei: ne tristiciam super tristiciam
haberem. Festinancius ergo misi illum:
ut uiso eo iterum gaudeatis et ego sine
tristicia sim. Excipite itaque illum cum
omni gaudio in domino: et eiusmodi cum ho
nore habetote: quoniam propter opus xpi usque
ad mortem accessit: tradens animam suam.
ut impleret id quod ex uobis deerat erga me
um obsequium.

De cetero fratres mei. gaudete in domino.
Eadem uobis scribere michi qui
dem non pigrum: uobis autem necessari
um. Videte canes: uidete malos opa
rios: uidete concisionem. Nos enim sumus
circumcisio qui spiritu deo seruimus: et glo
riamur in xpo ihesu. et non in carne fiduci
am habentes: quamquam ego habeam con
fidenciam in carne. Si quis alius uide
tur confidere in carne: ego magis cir
cumcisus octaua die ex genere israel de tribu
benyamin. hebreus ex hebreis. secundum
legem phariseus. secundum emulacionem perse
quens ecclesiam dei. secundum iusticiam que
in lege est conuersatus sine querela. Sed que
mihi fuerunt lucra: hec arbitratus sum propter
xpm detrimenta. Verumptamen existimo omni
a detrimentum esse propter eminentem scien
ciam ihesu xpi domini mei: propter quem omnia

detrimentum feci et arbitror ut stercora.
ut xpm lucrifaciam. et inueniar in illo
non habens meam iusticiam que ex lege
est. sed illam que ex fide est xpi. que ex
deo est iusticia in fide. ad cognoscendum
illum. et uirtutem resurrectionis eius. et socie
tatem passionis illius. configuratus
morti eius. si quo modo occurram ad re
surrectionem que est ex mortuis: non quod iam
acceperim. aut iam perfectus sim. Sequor
autem: si comprehendam in quo et comprehen
sus sum a xpo ihesu. Fratres ego me non arbi
tror comprehendisse. Unum autem que qui
dem retro sunt obliuiscens. ad ea uero
que sunt priora extendens meipsum: ad des
tinatum persequor ad brauium superne uoca
cionis dei in xpo ihesu. Quicumque ergo per
fecti sumus: hoc senciamus. Et si quid aliter
sapitis: et hoc uobis deus reuelauit. Ve
rumptamen ad quod peruenimus: ut idem sapia
mus. et in eadem permaneamus regula.
Imitatores mei estote fratres: et obserua
te eos qui ita ambulant sicut habetis
formam nostram. Multi enim ambulant
quos sepe dicebam uobis: nunc autem
et fleus dico inimicos crucis xpi: quorum
finis interitus. quorum deus uenter est.
et gloria in confusione ipsorum qui terre
na sapiunt. Nostra autem conuersacio in
celis est. Unde etiam saluatorem expec
tamus dominum ihesum xpm: qui reforma
bit corpus humilitatis nostre configura
tum corpori claritatis sue. secundum operacio
nem qua possit etiam subicere sibi omnia.

Itaque fratres mei knum
et desiderantissimi gaudium meum et co
rona mea: sic state in domino knum. Eucho
diam rogo et sinthicen deprecor idipsum
sapere in domino. Etiam rogo et te germa
ne compar: adiuua illas que mecum
laborauerunt in euangelio cum clemente
et ceteris adiutoribus meis: quorum nomina
sunt in libro uite. Gaudete in domino sem
per: iterum dico gaudete. Modestia uestra
nota sit omnibus hominibus: dominus prope est.
Nichil solliciti sitis: sed in omni oratione

et obsecracone cū grāz actone. petā
ones uē ñotescant apud deum. Et pax
dei que exsuperat omnē sensū: custodiat
corda uestra et intelligencias uras. ī xpo
ihu. De cetero frēs quecūq; sūt uera. que
cūq; pudica. quecūq; iusta. quecūq; scā.
quecūq; amabilia. quecūq; bone fame.
si qua uirtus. si qua laus disciplne: hec
cogitate que et didicistis et accepistis et
audistis et uidistis in me. Hec agite:
et deus pacis erit uobiscū. Gauisus sum
autē in dño uehemēter: quū tandē aliq
quū refloruistis pro me sentire sicut et
sentiebatis. Occupati autē eratis. Non
quasi propter penuriā dico. Ego enī didi
ci in quibz sum sufficiens esse. Scio et
humiliari: scio et habundare. Ubiq; et in
omnibz instructus sū: et saciari et esuri
re. et habundare et penuriam pati. Oīa
possū in eo qui me confortat. Veruptā
bene fecistis cōmunicantes tribulacōi
mee. Scitis autē et uos philippenses qd
in principio euangelij quū profectus sū a
macedonia. nulla mihi ecclia cōmu
nicauit in racone dati et accepti. nisi
uos sola: quia et thessalonicam semel
et bis in usū mihi misistis. Non quia
quero datū: sed requiro fructū habun
dantē in racōne uīa. Habeo autē omnia:
et habundo. Repletus sum acceptis ab
epaphrodito. que misistis in odorem sua
uitatis. hostiam acceptam et placentē
deo. Deus autē meus impleat omne
desiderū uīm secdm diuicias suas in
gloria in xpo ihu. Deo autē et patri
nō gloria: in secula seculoz amen. Salu
tate omnē scm in xpo ihu. Salutant uos
qui mecū sūt frēs. Salutant uos omēs
scī: maxime autē qui de domo cesaris
sūt. Gracia dni nī ihu xpi cū spū uro
amen. Explicit epla ad philippenses.

Incipit argu" in epla ad colosenses.

Colosenses et hy sunt laodi
censes sūt asiani. Et ipi pre
dicti erant a pseudo apls.
Nec ad hos accessit ipe apls:
sed et hos p epistam corrigit. Audierūt et
uerbū ab epaphra: qui et ministerū me
os accepit. Ergo aplus iam ligatus scri
bit eis ab epheso p tychicū diaconem. Ex
plicit argume". Incipit epla ad Co
lossenses.

Paulus apostolus xpi ihu per
uolūtatem dei. et timotheus
frater: hys qui
sūt colosis scīs
et fidelibz frib⁹
in xpo ihu. Gra
cia uobis et pax a deo pē nrō. Grās agi
mus deo et patri dñi nri ihu xpi semp p
uobis orantes: audientes fidem uram in
xpo ihu. et dilacōnē quā habetis in scos
omnes, propter spem que reposita ē uob
in celis. quā audistis in uerbo ueritā
tis euangelij. qd̄ pruenit ad uos sicut
et in uniuerso mundo est et fructificat
et crescit. sicut in uobis ex ea qua die
audistis et cognouistis grām dei in ueri
tate: sicut didicistis ab epafra karissi
mo conseruo nro. qui est fidelis pro uo
bis minister xpi ihu: qui etiā manifesta
uit nobis dilacōnē uram in spū. Ideo
et nos ex qua die audiuimus non cessa
mus pro uobis orantes et postulātes.
ut impleamini agnicone uoluntatis ei⁹
in omni sapencia et intellcū spuali:
ut ambuletis digne deo p omnia place
tes. in omni ope bono fructificantes. et
crescentes in scīa dei: in omni uirtute
confortati. secdm potenciā claritatis
eius in omni pacencia et longanimi
tate cū gaudio: grās agentes deo pri
qui dignos nos fecit in ptem sortis scō
rum in lumine: qui eripuit nos de pote
te tenebraz. et transtulit in regnū filij
dilacōnis sue: in quo habemus redēp
cionē et remissionē peccatoz. qui est y
mago dei invisibilis primogenitus omis
creature: quia in ipo condita sunt uni
uersa in celis et in tra. visibilia et inui

sibilia: siue throni siue dn̄aciones siue
p̄ncipatus siue ptātes. Omnia p ipm̄ ⁊
in ipo creata sunt: et ipe est ante om̄s.
et omnia in ipo constant. Et ipe est ca
put corpis eccl̄ie: qui est principiū pri
mogenitus ex mortuis. ut sit in omni
bus ipe p̄mātū tenēs: quia in ipo cō
placuit omnē plenitudinē inhabitare.
et p eum reconciliare omnia. in ipm̄ pa
cificans p sanguinē crucis eius siue q̄
in celis siue que in t̄ris sunt. Et uos
cum essetis aliqn̄ alienati et inimici se
su in opibz malis: nūc autē recōcilia
uit in corpe carnis eius p mortē exhi
bere uos scōs et īmaculatos et irrep̄he
sibiles corā ipo: si tamē p̄maneatis ī
fide fundati. et stabiles et īmobiles a
spe euangelij qd audistis. qd p̄dicatum
est in vniuersa creatura que sub celo ē:
cui⁹ fc̄us sum ego paulus mīster. qui
nūc gaudeo in passionibz pro uobis.
et adimpleo ea que desunt passionū
xp̄i in carne mea pro corpe eius qd ē
eccl̄ia: cui⁹ fc̄us sum ego mīster scdm
dispensacionē dei que data est m̄ in uo
bis. ut impleam uerbū dei. misteriū
qd absconditū fuit a seculis et gn̄aci
onibz: nūc autē manifestatū est scīs e
ius. quibz uoluit deus notas facē diui
cias glorie sacramenti hui⁹ in gentibz
qd est xp̄us in uobis spes glorie: quē
nos annūciam⁹ corripientes omnē ho
minē. et docentes omnē hoīem in om
ni sapiencia. ut exhibeam⁹ omnē hoīez
p̄fc̄m in xp̄o ihu: in quo et laboro cer
tando scdm opacionē eius quā opatur
in me in virtute.

Volo eū uos scire qualē sollici
tudinem habeam pro uob̄ et
pro hijs qui sūt laodicie. et q̄cū
q̄z non uiderūt faciē meā in carne: ut
consolentur corda ipoꝝ. instructi in ca
ritate et in om̄es diuicias plenitudinis
intellc̄us in agnicionē misterij dei pa
tris xp̄i ihu: in quo sūt om̄es thesauri
sapiencie et sciencie absconditi. Hoc aūt
dico: ut nemo uos decipiat in sublimi
tate sermonū. Nam et si corpe absens
sum: sed sp̄u uobiscū sum gaudens et
uidens ordinē ur̄m. et firmamentū ei⁹
que in xp̄o est fidei ur̄e. Sicut ergo acce
pistis xp̄m ihm dn̄m nr̄m: in ipo am
bulate radicati et supedificati in ipo ⁊
confirmati fide. sicut et didicistis. habū
dantes in illo in gr̄aꝝ actione. Videte
ne quis uos decipiat p phylosophiam
et īanē fallaciā. scdm tradicionē hoīm.
scdm elementa mūdi et non scdm xp̄m:
quia in ipo inhabitat om̄s plenitudo
diuinitatis corpalit̄: et estis in illo re
pleti qui est caput om̄s principatus
et ptātis: in quo et circūcisi estis circū
cisione non manufacta. in expoliacio
ne corpis carnis. sed in circūcisione xp̄i.
consepulti ei in baptismo: in quo et re
surrexistis p fidem opacionis dei. qui
suscitauit illū a mortuis. Et uos cum
mortui essetis in delictis et p̄pucio car
nis ur̄e. cōuiuificauit cū illo. donans
uobis omnia delicta: delens qd aduersū
nos erat cyrographū decreti qd erat cō
trariū uobis: et ipm̄ tulit de medio
affigens illud cruci: expolians princi
patus et ptātes traduxit confidenter.
palā triūphans illos in semetipo. Ne
mo ergo uos iudicet in cibo aut in po
tu. aut in p̄te diei festi aut neomenie.
aut sabbatorū: que sūt vmbra futuro
rū. corpus autē xp̄i. Nemo uos sedu
cat. uolens in hūilitate et religione ā
geloꝝ. que non uidit ambulans frus
tra inflatus sensu carnis sue: et nō te
nens caput ex quo totū corpus p nex
us et cōiunctiones subm̄istratū et con
structū crescit in augmentū dei. Si mor
tui estis cū xp̄o ab elementis hui⁹ mū
di: quid adhuc tamq̄ viuētes in mundo
de cernitis: Ne tetigeritis neq̄z gustaue
ritis neq̄z contrectaueritis: que sūt oīa
in īteritū ipo usu scdm p̄cepta et doctri
nas hoīm: que sūt rōnem quidē habē
cia sapiencie in sup̄sticione et hūilita

te. et ad non pcendū corpi: non in ho
nore aliquo ad saturitatem carnis.
Igitur si consurrexistis
cū xpo: que sursū sunt querite. ubi
xpus est in dextera dei sedens. Que sur
sum sūt sapite: nō que sup terram. Mor
tui enī estis: et uita uā abscondita ē
cū xpo in deo. Cum eī xpus apparue
rit uita uā: tūc et uos apparebitis cū
ipo in gloria. Mortificate ergo mēbra
uā que sūt sup terrā: fornicacionem
īmūdiciā. libidinē. concupiscēciā ma
lam. et auariciā que est ydolor serui
tus. Pter que uenit ira dei sup filios
incredulitatis: in quibz et uos ambu
lastis aliqn cū viueretis in illis. Nūc
autē deponite et uos omīa: iram īdig
nacionē. maliciam. blasphemiā. tur
pem sermonē de ore uro. Nolite menti
ri īuicē: exspoliantes uos uetere homi
nem cū actibz suis: et induentes nouū
eum qui renouat in agnicionē scdm
ymaginē eius qui creauit eū. Ubi nō
est gentilis et iudeus. circūcisio et ppuci
um. barbarus et scita. seruus et liber:
sed omīa et in omībz xpus. Induite
uos ergo sicut elcī dei sancti et dilcī uis
cera misericordie. benignitatē. humilita
tem. modestiā. paciam: supportantes ī
uicem. et donantes uobismetipis. Si
quis aduersus aliquē habz querelam:
sicut et dns donauit uobis. ita et uos.
Sup omīa autē hec caritatē habete:
qd est vinculū pfectionis. Et pax xpi
exultet in cordibz vris. in qua et uocati
estis in vno corpe: et grati estote. Ver
bum xpi habitet in uobis habūdanter:
in omī sapiencia docentes et cōmonen
tes uosmetipos: in psalmis et ymnis
et canticis spiritalibz. in gracia cantā
tes in cordibz uris deo. Omē qdcūqz fa
citis in uerbo aut in ope: omīa in noīe
dnī nri ihu xpi facite. grās agentes dō
et pri p ipm. Mulieres subdite estote vi
ris: sicut optet in dno. Viri diligite ux
ores: et nolite amari eē ad illas. Filij

obedite pntibz p omīa. Hoc enī placitū
est in dno. Patres nolite ad indignaci
onem puocare filios uros: ut nō pusil
lo aīmo fiant. Serui obedite p omnia
dnis carnalibz: nō ad oculū seruiētes
quasi hominibz placentes: sed in simpli
citate cordis timentes dnm. Qdcūqz
facitis ex aīmo opanū sicut dno et nō
hominibz: sciētes qd a dno accipietis re
tribucionē hereditatis. Dno xpo serui
te. Qui enī īiuriam facit: recipiet id
qd inique gessit. Et nō est psonar ac
ceptio apud deum.

Domini qd iustū est et equū ser
uis pstate: scientes qm et uos
dnm habetis in celo. Orōni
instate: uigilantes in ea in grār acti
one. Orantes simul et pro nobis: ut
deus apiat nobis ostiū sermonis ad
loquendū misteriū xpi: ppter qd eciā
vinctus sum. ut manifestem illud. ita
ut oportet me loqui. In sapiencia am
bulate ad eos qui foris sūt: tēpus redi
mentes. Sermo uester semp in gracia
sale sit conditus: ut sciatis quomō o
porteat uos vnicuiqz rndere. Que cir
ca me sunt omīa uob nota faciet ty
ticus karissim frater et fidelis minister
et conseruus in dno: quē misi ad uos
ad hocipm ut cognoscat que circa uos
sunt. et consolentur corda uā cū onesi
mo kmo et fideli frē qui est ex uob: qui
omīa que hic aguntur nota faciet uob.
Salutat uos aristarcus cōcaptiuus
meus: et marcus consobrin barnabe.
de quo accepistis mandata: si uenerit
ad uos. excipite illū: et ihus qui dicit
iustus. qui sunt ex circūcisione. Hij so
li sunt adiutores mei in regno dei: qui
michi fuerūt solacio. Salutat uos epa
fras qui ex uob est seruus xpi ihu: sem
p sollicitus pro uob in orōnibz. ut stetis
pfecti et pleni in omī uolūtate dei. Tes
timoniū enī illi phibeo qd habz multū
laborē pro uobis et pro hijs qui sūt lao
dicie et qui ierapoli. Salutat uos lucas

medicus kmis: et demas. Salutate fra
tres qui sunt laodicie: et nimpham. et
que in domo eius ē ecclīam. Et cū lecta
fuerit apud uos epl'a: facite ut et in lao
dicensiū ecclīa legat'. et ea que laodicen
siū est uob' legatur. Et dicite archippo.
Vide mīsteriū qd' accepisti in dn̄o: ut il
lud īpleas. Salutacio mea manū pauli.
Memores estote vinculoꝝ meoꝝ. Grā
dn̄i ihu uobiscū amen. Explicit epl'a ad
colosenses. Incipit argumentū in e
pistola ad thessalonicenses prima.

Thessalonicēses sūt macedo
nes. Qui accepto ūbo ueri
tatis pstiterūt in fide: eciam
in psecucione ciuiū suoꝝ. P
terea nec receperūt falsos aplos: nec ea
que a falsis aplis dicebant'. Hos col
laudat aplus: scribens eis ab athenis
p tyticū et onesimū. Explicit argumē
tū. Incipit epl'a ad thessalonicēses p'a

Paulus et silua
nus et thymo
theus: ecclesie
thessalonicen
siū. in deo pr̄e
et dn̄o ihu xp̄o.
Gracia uobis
et pax. Grās
agim' deo sēp
pro omnibꝫ uobis. memoriā uri facien
tes in orōnibꝫ nr̄is sine intermissione:
memores opis fidei ur̄e. et laboris et ca
ritatis et sustinēcie spei dn̄i nr̄i ihesu
xp̄i. ante deū et patrē nr̄m. Scientes
fratres dilcī a deo elcīonem ur̄am': qa
euāgeliū nr̄m nō fuit ad uos in sermo
ne tantū. sz et ī uirtute et in sp̄u sanc
to et in plenitudine multa: sicut scitis
quales fuerim' in uob' ꝓpter uos. Et
uos imitatores nr̄i facti estis et dn̄i ex
cipientes uerbū in tribulacione mlta
cū gaudio sp̄us sc̄i: ita ut fc̄i sitis for
ma omnibꝫ credentibꝫ in macedonia et
in achaia. A uobis eni diffamatus ē
sermo dn̄i nō solū in macedonia et in
achaia': sed in omni loco fides ur̄a que
est ad deū pfecta est: ita ut nō sit nob'
necesse quicq̄ loqui. Ipi eni de nob' an
nūciant qualē introitū habuerim' ad
uos: et quomō conuersi estis ad deū a si
mulachris seruire deo viuo et uero. et
expectare filiū eius de celis quē suscita
uit ex mortuis ihm. qui eripuit nos ab
ira ventura.

Nam ipi scitis fr̄es introitū nos
trū ad uos. quia non īanis
fuit: sed ante passi et contumelijs af
fecti sicut scitis in philippis. fiduciam
habuim' in deo nr̄o loqui ad uos euā
geliū dei in multa sollicitudine. Exhor
tacio eni nr̄a nō de errore neq̄ de īmū
dicia neq̄ in dolo': sed sicut pbati sum'
a deo ut credētur nobis euangeliū ita
loqmur: nō quasi hominibꝫ placentes.
sed deo qui probat corda nr̄a. Neq̄ eī
aliqn̄ fuim' in sermone adulacionis
sicut scitis': neq̄ in occasione auaricie.
deus testis est: neq̄ querentes ab hoī
bus gloriā. neq̄ a uobis neq̄ ab alijs.
cū possem' oneri uob' esse ut xp̄i apli:
sed facti sum' puuli in medio ur̄m. Tā
qm̄ si nutrix foueat filios suos. ita de
siderantes uos cupide. uolebam' tradē
uobis non solū euangeliū dei. sed eciā
aīmas nr̄as: qm̄ kmū nobis facti estis.
Memores eni estis laboris nr̄i et fati
gacionis: nocte et die opantes. ne quē
ur̄m grauarem'. Predicauim' in uo
bis euangeliū dei. Vos testes estis et de
us. qm̄ sancte et iuste et sine querela uo
bis qui credidistis fuim': sicut scitis q̄
lit' vnūquēq̄ ur̄m tamq̄ pater filios
suos deprecantes uos et consolantes
testificati sum'. ut ambularetis digne
deo. qui uocauit uos in suū regnū et
gloriā. Ideo et nos grās agim' dō sine
intermissione': qm̄ cum accepissetis a
nobis ūbū auditus dei: accepistis illud
nō ut uerbū hoīm. sed sicut est uere ū
bū dei. qui opatur in uob' q' credidistis.
Vos eni imitatores facti estis fr̄es ecle

ciaꝝ dei que sunt in iudea in xpō ihu:
quia eadem passi estis et uos a cogna
tionibz uris. sicut et ipi a iudeis qui et
dnm occiderunt ihm et pphetas et nos
persecuti sunt. et deo nō placent. et omnibz
hominibz aduersantur: prohibentes nos
gentibz loqui ut salue fiant: ut impleant
peccata sua semp. Pervenit enim ira
dei sup illos usq; in finem. Nos autem fra
tres desolati a uobis ad tempus. ore.
aspectu. nō corde. habundantius festi
nauimus facie uram uidere cum mul
to desiderio: quia uoluimus uenire ad vos.
ego quidem paulus semel et iterum: sed in
pediuit nos sathanas. Quis est enim
nra spes aut gaudium aut corona glie:
Nōne uos ante dnm nrm ihm xpm
estis in aduentu eius? Vos enim estis
gloria nostra et gaudium.

Propter quod nō sustinentes āplius
placuit nobis remanere athenis
solis: et misimus timotheum
fratrem nrm et ministrum dei in euangelio
xpi ad confirmandos uos et exhortā
dos pro fide ura: ut nemo moueatur
in tribulationibz istis. Ipi enim scitis:
quod in hoc posita sumus? Nam et cum a
